This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

THESAURUS MONUMENTORUM ECCLESIASTICORUM ET HISTORICORUM,

SIVE

HENRICI CANISII LECTIONES ANTIQUÆ,

Ad Sæculorum Ordinem Digeſtæ

VARIISQUE OPUSCULIS AUCTÆ,

Quibus

PRÆFATIONES HISTORICAS, ANIMADVERSIONES CRITICAS, ET NOTAS IN SINGULOS AUCTORES ADJECIT

JACOBUS BASNAGE,

Cum Indicibus Locupletiſſimis.

TOMI II. *PARS* II.

ANTVERPIÆ,

APUD RUDOLPHUM & GERHARDUM WETSTENIOS

MDCCXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

OPUSCULA QUATUOR,

CONTRA

ICONOMACHOS.

I. Duodecim capita contra principes Apoſtaſiæ de Incarnatione Chriſti.
II. Decem Syllogiſticæ demonſtrationes, de differentia Imaginis Chriſti & Crucis.
III. De Cherubinis à Moyſe factis.
IV. Ex libro S. Nicephori de Imaginibus.

INTERPRETE

FRANCISCO TURRIANO

SOCIETATIS JESU.

Omnia a Caniſio *primùm ex m. ſ. in lucem edita.*

Digitized by Google

CANISIUS
AD LECTOREM.

Sæc. IX. Anno 810.

HÆc quatuor opuscula Nicephori habemus beneficio R. P. Possevini Societ. Jesu, qui optimè de Antiquitate adeoque de Ecclesia Dei mereri non cessat. Is hæc à Turriano translata, ad nos Venetiis misit. Nos publico bono communicamus omnibus. Quis Nicephorus hic fuerit, si quis quærat, dicimus esse illum sanctitate conspicuum Patriarcham Constantinopolitanum, cujus memoria tam apud Latinos in Martyrologio, 13. Martii, quàm apud Græcos in Menologio 2. Jun. celebris est. In Menologio, quod tom. 2. Antiquæ Lect. edidimus, hæc de S. Nicephoro: Sancti Patris Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, qui fuit temporibus impii Imperatoris Constantini cognomento Copronymi, ortus & educatus in urbe regia Constantinopoli, claris parentibus Theodoro & Eudocia. Fuit autem Theodorus Scriba regalium edictorum, qui delatus ut cultor divinarum imaginum, flagris cæsus, exul missus est in urbem Nicæam, in qua multas ærumnas perpessus migravit. Ejus filius Nicephorus in numerum scribarum aggregatus, cùm omnia stercora & telas aranearum arbitratus esset, secessit in Propontidem, ubi dum sibi ipsi & Deo vacaret, mortuo Tarasio, beato illo Constantinopolitanæ civitatis Patriarcha, in demortui locum eligitur, regnante Nicephoro Imperatore, patre Stauratii. Pervenit autem usque ad Imperium Leonis Sanctarum Imaginum oppugnatoris, qui religiosissimum Michaëlem ab Imperio expulit, ab hoc impio Tyranno exul factus beatus Nicephorus & in carcerem conjectus, exacto septuagesimo anno, in manus Dei spiritum commendavit, cum novem annos in Patriarchatu, tredecim vero in exilio vixisset. Hæc Menologium. Theophanes ponit annos quatuordecim exilii, quem Baronius sequitur, & ait diem obiisse anno Christi 828. Scripsit S. Nicephorus Epistolam Synodicam ad Leonem III. quæ extat apud Baron. anno 811. num. 20. item aliam ad eundem, quæ extat, de qua vide Baronium ibidem. Scripsit quoque Chronographiam ab Anastasio Bibliothecario Latinitati donatam, quæ extat tum alibi, tum in Bibliotheca SS. PP. & nos manuscriptam habuimus. In Zonaræ magno canonum volumine extant item S. Nicephori Canones. Item Epitome Gesneri citat S. Nicephori librum hac inscriptione: Adversus Mamonæ dicta contra Incarnationem Christi. Liber Græcus Romæ in Vaticana Bibliotheca. Qui tractatus sine dubio, hic ipse est, quem primo loco, inter quatuor opuscula S. Nicephori damus.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII

DE

NICEPHORI

SCRIPTIS

OBSERVATIO.

Nicephori vitam ſcripſit *Ignatius*, quem conſulere poſſis: Nos illius opera à *Caniſio* hic omiſſa indicabimus. I. Miror illius Breviarium Hiſtoriæ à Mauritii cæde ad ann. 769. deductum non laudaſſe: Editum à Petavio nunc Hiſtoriæ Byzantinæ Tomo primo eſt inſertum. II. Chronographia, de quâ hic Caniſius, dubia eſt, præſertim ſi Nicephori gloriæ conſulatur; quippe quæ ſcateat erroribus: Deinde vero varia Imperatorum nomina ipſi poſteriora hic leguntur. III. De Canonibus etiam nihil certi poteſt aſſeri, præter eos, quos apud *Zonaram* legas. Alios edidit *Cotelerius* Monumentorum Eccleſiæ Græcæ Tomo tertio. Sed quàm diverſis modis indicentur illi Canones, facile ex ipſius notis conjicias. IV. Epiſtolam edidit ibidem *Cotelerius*, in qua multa occurrunt obſervatione digna: Presbyteros Romæ ordinatos recipi non vult niſi hæreſi graſſante, propter neceſſitatem. Eccleſias ab iis qui hæreſi communicaverunt detentas ingredi vetat, quia dictum: *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* V. Stichometria, ſive librorum in Eccleſia receptorum numeratio tribuitur Nicephoro. De ea contendunt viri docti, ob *Epiſtolas Ignatianas*, quas inter Apocrypha recenſet. Saltem edita fuit illa Stichometria his temporibus, utpote ab *Anaſtaſio* laudata, quinimo Nicephori eam credidit *Anaſtaſius.* VI. Antirrhetica adverſus Iconomachos non viderat *Caniſius*, quorum ab eo tempore fragmenta vulgavit *Combefiſius*, qui novam Nicephori editionem pollicebatur; ſed non ſtetit promiſſis. VII. Hîc adverſus eoſdem Iconomachos inſurgit, quàm vehementer & quàm inique, judicare poſſis ex eo, quod ipſos incarnationem negare contendat: quod a veritate quàm alienum ſit, neminem latet. Machinas adhibet ut illud eliciat ab ipſo operis initio. *Euſebium* Arianis multo pejorem aſſerit, ob *Incircumſcriptum:* quis ſanæ mentis hoc ferat?

Sæc. IX. Anno 810.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 810.

SANCTI PATRIS NOSTRI NICEPHORI

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

CAPITA XII.

Quibus redarguuntur principes Apoſtaſiæ, qui in ſacram & omni macula carentem fidem impegerunt, evertentes myſterium ſalutaris incarnationis Chriſti Domini & Dei noſtri, unde ſecundum divinos Canones & pias leges à Catholica & Apoſtolica Eccleſia alieni ſunt, & cum eis nec in Eccleſia nec in judicio communi & populari loqui licet.

I. Traditio Eccleſiæ.

TRaditionem, quam à principio ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia & omnes Chriſtiani ſervaverunt, & ſervant, hi improbaverunt, & rejecerunt. Omnibus autem liquet, quod vetuſta & priſca Eccleſiæ traditio valentiſſima eſt, & omni demonſtratione evidentior & firmior, ut ſancti patres noſtri docent Apoſtolica oracula ſequentes: magnus enim Apoſtolus traditiones tenere jubet, quas accepiſtis, inquit, ſcripto & ſine ſcripto. Et ſi quis præter hæc evangelizat vobis, anathema ſit.

II. Concilia œcum. recipienda.

Euſeb. Arianus.

Conſtantia Auguſta, uxor Licinii. Ex 7. Synod. Seſſ. 7.

Item ſanctas & œcumenicas Synodos abjecerunt: primam quidem Synodum repudiaverunt, objicientes Euſebium Pamphili magiſtrum, & eos qui cum eo ſentiunt, qui fuit Arianæ inſaniæ princeps, & plura & pejora quàm omnes Ariani in filium Dei & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & Deum contumeliosè & impiè protulit, & eum creatum ac factum eſſe malè & impiè docuit, ut tum cetera ejus ſcripta declarant, tum Epiſtola, quam ad Conſtantiam Reginam dedit, in qua *incircumſcriptum* contra Chriſtum ſalvatorem noſtrum vanè effutivit. Qui autem impium ejus dogma amplexi ſunt, & aiunt pœnituiſſe eum, & à Synodo ſuſceptum eſſe, ſciant falſum eſſe, ſiquidem poſt aliquot annos cum nonnulli ex ſimplicioribus eum in Eccleſia commemorarent, coacta eſt Synodus Alexandriæ, & iſtis quidem pœnas conſtituit, memoriam verò ejus ex Eccleſia deleverunt, & tanquam ab hac ſancta Synodo ejecto nequaquam in Eccleſia memoria ejus habetur. Qui autem à ſancta Synodo ejectos ſuſcipiunt, eodem anathemate damnantur.

III. Præterea à ſancta Synodo tertia anathema in eos decretum eſt, ſiquidem ipſa ſancta tertia Synodus prædicavit circumſcriptum eſſe Chriſtum Deum noſtrum ſecundum carnem, & in eos qui hanc vocem non reciperent, anathema decrevit.

IV. Deinde eadem anathemata ſunt in hos ſancita à ſancta & magna Synodo quarta, quæ hoc dogma tradidit, eſſe Dominum noſtrum & Deum Jeſum Chriſtum ex duabus naturis & in duabus naturis, & in una perſona perfectum in divinitate, & perfectum in humanitate, quod nihil aliud eſt, quàm confiteri incircumſcriptum eſſe ſecundum divinitatem, circumſcriptum verò ſecundum humanitatem. Perfectum enim in utriſque non aliter ſervari poteſt. Hi verò exploſa Synodo incircumſcriptum ei tribuunt in omnibus.

V. De imagine Chriſti ſub forma Agni. vide Bellarm. lib. 2. de Sanct. cap. 8. & Jacobum Gretſerum de S. Cruce tom. 1. lib. 2. cap. 12.

Tum etiam quæ rectè & piè à patribus ſanctæ ſextæ (*a*) Synodi tradita & decreta erant, hæc reſpuerunt, & conculcarunt. Hi enim divini patres noſtri cum in quibusdam venerandarum imaginum picturis agnum etiam depictum reperiſſent, ad figurandum agnum Chriſti, qui tollit peccatum mundi, hunc quidem tanquam figuram & umbram omiſerunt; gratiam verò & veritatem præferentes, decreverunt, ut ex eo tempore deinceps humana tantum figura effigies Salvatoris poneretur.

VI. Adhæc ſanctam Oecumenicam ſeptimam Synodum Nicææ ſecundò habitam rejiciunt, quæ canonicè & divinè coacta eſt, conſedentibus reliquis Apoſtolicarum ſedium

(*a*) De quinta Synodo ſilet Nicephorus. Sed eam recipit quidem in epiſtola ad Leonem III. ambigue tamen; nihil enim de tribus capitulis habet. BASN.

Digitized by Google

dium præſidibus, in cujus definitione omnes ſubſcripſerunt, qui nunc ab Eccleſia de- SÆC.
fecêre, protritis propriis chirographis & gratia in ipſos collata ſpreta & repudiata, & IX.
gratia ſpiritus ſancti amiſſa, atque inani & humana opinione divinæ & veræ ſententiæ ANNO
præpoſita. Hæc autem ſancta Synodus conſuetudinem, quæ à principio in Eccleſia 810.
viguerat, Apoſtolicè, & more patrum dogmate decreto ſanxit, eos verò qui divinam Salvatoris noſtri œconomiam, id eſt, myſterium incarnationis rejicerent & contumelia afficerent, anathemate affecit, tanquam ſceleratè & impiè manus Eccleſiæ Chriſti afferre auſos.

Hi rurſus Incarnationem verbi Dei propriè & non fictè neque falſa ſpecie factam, VII. Incarnatio negatur ab iis qui imagines reſpuunt. negaverunt, impia dogmata impiorum Manichæorum docti & ſecuti, profitentes & nugantes incircumſcriptum eſſe Chriſtum ſecundum humanitatem, & fictè ac inani ſpecie factam eſſe divinam incarnationem, & œconomiam, & idcirco imaginem Chriſti *idolum* vocare auſi ſunt, ſibi ipſis & Chriſtianis crimen Idololatriæ inferunt, accuſantes Chriſtum, quaſi non potuerit nos ab idolorum cultura liberare, quamobrem tanquam gentiles à fide alieni damnantur.

Item negata fide Chriſtianorum, quæ ab omni macula vacat, & antiqua traditione, VIII.
templa veneranda funditus demoliti ſunt, aras everterunt, indumenta ſacra in medio fori incenderunt, & reliqua vaſa ſacra comminuerunt, cum quibus crucem Chriſti & Dei noſtri protriverunt & diſſiparunt, pejora *quàm Judæi & Gentiles* auſi in fidei noſtræ ſigna; quæ quidem à principio pii Imperatores & Sacerdotes, aliique viri Dei amatores, deſiderio & fide in Chriſtum fecerant & ei obtulerant.

Item Authores & duces fuerunt mutilandi membra Chriſtianorum & ſanguinem eo- IX.
rum fundendi, & ut cædes novæ ac inopinatæ fierent, & vincula, cuſtodiæ, fames, exilia, & publicationes bonorum, ſiquidem cum eſſent plani, id eſt, errones, veneficiis & præſtigiis uſi, impios propter peccata noſtra magiſtratus ad cædem piorum amplius incitabant, pollicentes eis diuturnitatem vitæ & felicitatem, quorum mendacium & fallaciam, finis calamitoſus, & durus exitus eorum, qui decepti fuerunt, convicit.

Accedit etiam quòd libros ſanctorum Patrum, quos ad doctrinam & Eccleſiæ utili- X.
tatem ediderunt, improbarunt & corruperunt.

Præterea facti duces Apoſtaſiæ, & ſeipſos ſponte ab Eccleſia ſeparantes, & coitio- XI.
nes facientes ab Epiſcopis, qui tunc erant, per ſacros Canones dejecti fuerunt.

Denique poſtquam penitus à fide Eccleſiæ Catholicæ defecerunt, & omnes gentes XII.
& leges & myſteria Chriſtianorum conculcarunt, & omnem traditionem Apoſtolorum & patrum contempſerunt, ipſosque noſtros ſanctos patres anathemate affecerunt, ab Apoſtolicis & magnis præſidum ſedibus, atque ab omnibus Chriſtianis ejecti ſunt, nullamque communionem neque conſortium cum piis habent, quin immo mille mala meriti mille anathemata ſubierunt à ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia, & à ſpe atque ſalute Chriſtianorum disjuncti & alienati ſunt: quamobrem etſi aliquando ullo tempore pœnitentiam innumerabilium blaſphemiarum ſuarum & flagitiorum atque impietatum cepiſſe hoſtes Chriſti videantur, tamen non ſunt ad recipiendum digni apud Deum & apud Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, non enim eſt pura eorum pœnitentia, quamvis converſionem promittant, ſed potius fictio & ſimulatio: talem enim fuiſſe ſcimus Manichæorum impiam & tenebris involutam ſuperſtitionem, cujus iſti participes & magiſtri fuerunt: lex enim eſt apud eos, & iis, quos docent, propoſitum eſt decretum, ut cum à Chriſtianis deprehenſi fuerint, & repoſcatur ab eis ratio nefarii erroris eorum, negent & rejiciant ſua dogmata, & rurſus tempus nacti & libertatem adepti, ad vomitum ſuum redeant erroremque ſuum & fœtorem retineant, & ei adhæreſcant. Quocirca qui hoc recipit, interitus eorum conſors eſt, & infinita anathemata meritus. Quod autem ex Eccleſia Catholica ejecti ſint, apertè teſtantur literæ ſanctiſſimi & beatiſſimi Pontificis Senioris Romæ, id eſt, primæ & Apoſtolicæ ſedis, præterea etiam legati ejus & Apocriſiarii, qui non ſolum communionem cum eis non habuerunt, ſed nec in aſpectum, nec in ſermonem eorum venire voluerunt, & cum eis comprandere penitus recuſarunt. Propter hæc igitur omnia nos etiam communionem eorum averſamur, & cum eis verſari recuſamus, ne ſimiliter eadem judicia ſubeamus, & ab Apoſtolicis ſedibus alieni & extranei reperiamur, &, quod gravius eſt, à regno Chriſti Dei noſtri excidamus, condemnati in ignem ſempiternum relegemur.

Scholium Turriani in Nicephorum.

„ ADvertendum eſt quomodo & qua ratione Euſebius imaginem Chriſti tollebat,
„ non quidem quaſi Idolum eſſet, & cultus ejus cultus idoli, minimè; ſciebat
„ traditionem Apoſtolorum de veneratione ſanctarum imaginum Cæſareæ Paleſtinæ,
„ unde & ipſe erat, & ubi beatus Petrus prædicavit, relictam, & ſemper conſerva-

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 810.

„ tam, & in Hieroſolymitana Eccleſia, unde verbum Domini in univerſam terram
„ exivit, juxta Prophetiam Eſaiæ, immo in tota Syria; ſed tollebat ſecundum dogma
„ Arianorum, quia aiebat incarnatam formam in naturam deitatis mutatam eſſe: ſic
„ enim ſcripſiſſe in Epiſtola ad Conſtantiam Auguſtam, uxorem Licinii, teſtatur in ſe-
„ ptima Synodo Nicææ ſecundò habita, actione ſexta, Epiphanius Diaconus & ibi-
„ dem Gregorius Epiſcopus Neocæſareæ, qui bonam partem epiſtolæ recitat, in qua
„ ſuadet Conſtantiæ, ne imaginem Chriſti habeat, quia non poſſet, ut ait, effigiari
„ forma ſervi, jam poſt reſurrectionem in Domini & Dei gloriam tranſlata, poſt mor-
„ tis victoriam, poſt aſcenſum in cœlos, & cum Deo patre à dextris confeſſum. In
„ hac Epiſtola ſcripſit Chriſtum eſſe ἀπερίγραπτον, ut Nicephorus Patriarcha Conſtant.
„ teſtatur: hanc hæreſin renovavit noſtra ætate Brentius, fortaſſis eam ex Euſebii
„ Epiſtola, quam dixi, ad Conſtantiam, hauſit. Redarguit igitur hæc Hæreſis Aria-
„ na Iconomachos Lutheranos, Ariani enim quamvis Chriſtum unam naturam com-
„ poſitam facerent, quam hæreſim poſtea Acephali repetiverunt, & ideo imaginem
„ Chriſti tollendam tradebant & profitebantur, quia humana natura in divinæ naturæ
„ gloriam mutata nullo modo effigiari poſſet, tamen nunquam traditionem quam ab
„ Apoſtolis in Eccleſiis relictam & omni tempore retentam & cultam in Eccleſiis
„ Catholicorum eſſe ſciebant, tollere aut negare auſi ſunt, & imaginem Chriſti non
„ propter crimen Idololatriæ, ut dixi, ſed propter incircumſcriptum tollebant: nun-
„ quam itaque criminis idololatriæ, quod Lutherani objiciunt, illis, alioqui inſanis,
„ in mentem venit. Deinde quod illi imprudentes committebant cum imaginem Chri-
„ ſti tollebant, hoc ipſum Lutherani neſcientes committunt, cum imaginem Chriſti
„ tollunt. Negant enim myſterium Incarnationis reipſa, licet verbis confiteantur, ut
„ ex his capitibus Nicephori Patriarchæ colligi poteſt, ſed melius & luculentius ex
„ Dialogo ejusdem eruditiſſimo contra Iconomachos, qui Orthodoxus inſcriptus eſt:
„ Cum ſcriptum ſit de Chriſto: & adorent eum omnes angeli ejus, ſitque omnis ho-
„ mo imaginis ſuæ prototypon, nec ullus homo reperiatur, quin ejus forma effingi
„ poſſit, liquet Chriſtum, utpote qui debuit per omnia, ſicut Apoſtolus ait, fratribus
„ aſſimilari, prototypon eſſe imaginis ſuæ, tametſi verbis ſcriptum non ſit. Quare
„ cum quærit hæreticus, ubi ſcriptum ſit de adoranda imagine Chriſti, reſponden-
„ dum eſt, ibi ſcriptum eſſe, ubi ſcriptum eſt, adorandum eſſe Chriſtum, ſiquidem
„ inſeparabilis eſt à prototypo effigies ejus. Etſi enim nunquam ſcriptum eſt verbis
„ Chriſtum eſſe imaginis ſuæ prototypon, multa tamen alia ſimiliter non ſunt ſcripta
„ verbis, quæ idem valent, atque illa quæ ſcripta ſunt, ut homouſios, theotocos,
„ quæ vocabula neceſſitas adverſus hæreticos adinvenit: ad hunc modum hæreſis Ico-
„ nomachorum fecit, ut diceremus prototypon imaginis Chriſti, quod eandem vim
„ habet, ut illud, quod ſcriptum eſt. Etenim ſi non eſt Chriſtus prototypum imagi-
„ nis ſuæ, ergo nec incarnatus eſt, manetque incircumſcriptus infinitate divinitatis
„ ſuæ: quod ſi factus eſt homo & in noſtra natura, & more noſtro apparuit, cur non
„ tribuimus illi quod omni homini, ut ratio ſimilitudinis poſtulat? Hactenus Nicepho-
„ rus Patriarcha, eruditiſſimus & graviſſimus author.

CANISIUS.

Addam in hoc Scholio, ſi quid forte aliquos ex Lutheranis moveat, quod Germanus Patriarcha Conſtant. de origine & authore Syntheſeos Iconomachorum ſcribit author graviſſimus, & qui ætatem Synodi Nicææ ſecundæ anteceſſit, ait enim fuiſſe authorem quendam Epiſcopum Natoliæ civitatis in provincia Phrygiæ, indoctum, qui in lectione ſanctarum ſcripturarum in ſolam, inquit, & nudam contemplationem, & intelligentiam litteræ intentus tradebat nova præter ea quæ ſancte & pie tradita ſunt. Is te contra traditiones patrum inſtruxit, & armavit, quem alii ab eodem Satana inſtigati ſecuti ſunt, qui Sanctarum imagines in idola convertere nituntur. Quibus, inquit hic author & Patriarcha Germanus, dicendum eſt, ſi, ut vos dicitis, imagines ſanctorum inſtar idolorum prohibetis, fere ſumma & potiſſima fidei evertetis, dicturi enim ſunt non ſemper Gentiles, ſiquidem Chriſtiani etiam dicent, quod nihil jam deinceps firmum traditio Eccleſiæ habere poterit, quæ ſuperiora improbaverit. Revera enim omnibus fidelibus & orthodoxis liquet & conſtat, nos adorationem noſtram, & culturam in ſolam ſanctam Trinitatem, divinitatem unam corde & ore confiteri, imagines vero ſanctorum propter deſiderium ſolum honorandi eos prodierunt, ſicut in tabernaculo effigies Cherubinorum, qui imagines erant cœleſtium poteſtatum.

SANCTI

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 810.

SANCTI NICEPHORI
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,
DE DIFFERENTIA
IMAGINIS CHRISTI ET CRUCIS,
DECEM
SYLLOGISTICÆ DEMONSTRATIONES.

I. Imago præstat cruci.

IMago Christi similitudo ejus est, & corpori ejus similis est, figuramque corporis ejus nobis describit & delineat, ac speciem denuntiat, & modum actionis vel doctrinæ, vel passionis ut plurimum imitando significat. Figura vero crucis nulla parte similis est corpori ejus, nihilque eorum quæ dixi ostendit, quod autem simile est alicui, magis propinquum & cognatum est ei, quam quod non est simile, notiusque illud propter similitudinem efficit, ac proinde honoratior est imago Christi, utpote magis illi finitima & notior. Cum igitur figura crucis apud nos sit in honore & veneratione, erit honoratior & venerabilior imago Christi.

II. Præterea imago Christi primum & sine medio, statim & primo congressu speciem ejus nobis indicat & memoriam affert, siquidem eum, qui effigiatus est, in ipsa effigie tanquam in speculo spectamus. Crux autem non hoc facit, cum enim crucem videmus, primum quidem mentem ad id quod apparet intendimus, deinde cogitamus, quid est, & quomodo sanctificata est, & à quo, contemplamur; atque ita secundo loco ad crucifixum, & ad eum qui crucem sanctificavit, transimus. Quocirca quod primum transit ad aliquid, & illud inprimis manifestum efficit, honoratius eo est cruce Christi, quæ alioqui honorata est.

III. Deinde certum est apud omnes, qui cor habent, quod qui sanctificat, sanctificanti præstat, sine contradictione enim, inquit Apostolus, quod minus est à meliore benedicitur, quare si corpus Christi crucem sanctificavit cum eam tetigit, in ea crucifixum est, & nobis benedictionem per se immisit, crux vero per ipsum sanctificata est: quorum autem exemplaria honoratiora sunt, & ipsa sunt magis honorata, quandoquidem utraque figura est, & figura crucis sanctificatæ honorata est, figura igitur corporis quod crucem sanctificavit, magis honorata est.

IV. Rursus quantum typus extensionis manuum Christi & figuræ differt à figura Christi, tantum different quæ ab eis proficiscuntur; quorum enim exemplaria in majore honore sunt, eo in majore honore ipsa erunt, siquidem figura propter corpus est, & extensio; non autem retro, corpus propter figuram: ac corpus quidem substantia & subjectum est, figura vero accidens & conjunctum: quanto igitur substantia præstantior est accidente, aut quanto anima præstantior est scientia, tanto corpus figura: ac figura quidem est & dicitur quod figuratum est: figuram vero factam esse corpus nemo sanæ mentis dicturus est: sic enim & corpus colore præditum dici potest, non autem corpus color, neque color corpus: præstantiora igitur quæ corporis, quam quæ sunt ejus qui est typus figuræ.

V. Crux simplicem quodammodo & sine varietate nobis passionem repræsentat; à rusticis vero & agrestibus vix intelligitur esse Symbolum passionis: sacræ vero imagines non solum passionem variant & subtilius describunt, sed etiam miracula & prodigia quæ Christus fecit, latius, & clarius nobis exprimunt. Quæ igitur explanatius & dilucidius hæc nobis ostendunt, honoratiora & significantiora sunt, quam quæ obscurius hæc declarant.

VI. Crux passionis symbolum est, & modum, quo, qui passus est, passionem sustinuit in ænigmate significat, quid enim aliud vult significare illud: tolle crucem tuam & sequere me, quàm illum qui confixus est timore Domini & vanitatibus mundi nuntium remisit, paratum esse ad sufferendum omnia amore ejus? sic qui in carne sua stigmata

Christi

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 810.

Christi ferebat, & in passione gloriabatur inquiens, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, crucifixionem nobis, id est, passionem Christi his verbis depingebat: si vero imago est ipsius, qui passus est, expressa similitudo, quæ familiarius & probabilius ipsum nobis repræsentat quam figura, quæ exteriora & quæ Christum circumstant designat; Imago igitur quæ ipsum Christum nobis designat, probabilior est ad honorandum quam crux quæ passionis modum nobis denotat obscurè.

VII. Nomen Christi homonyme de imagine Christi prædicatur, Christus enim vocatur ipsa imago, sicut vocatur rex ipsa imago regis; de cruce autem non potest prædicari, nemo enim cordatus crucem ullo modo appellabit Christum: quare quod participat ipsum nomen, sicut participat figuram corporis, magis honoratum est, quam quod nihil horum participat: imago igitur honoratior est, quam figura crucis.

VIII. Causa antecedit effecto, & magis causa efficiens: quod autem antecedit, magis honoratum est, quam id cui antecedit. Quia igitur causa figuræ crucis est passio corporis Christi, & corpus est principalis causa figuræ crucis, efficitur ut imago corporis Christi tanquam causa efficiens figuræ crucis, honoratior habeatur.

IX. Quod alicujus causa factum est, inferius est eo, propter quod factum est: Si igitur Crux propter corpus Domini facta est, necesse est ut in figuris horum, corporis scilicet Christi, & carnis ejus, inferiores partes ferat figura crucis. Demonstratum igitur est pluribus rationibus, quod crux vivifica in honore alioqui habeatur, imago tamen Christi, ut superioribus argumentis confectum est, honoratior est: quare qui crucem honorare professus est, imaginem etiam Christi honorabit, sin vero hanc non honorat, multo minus illam honorabit.

X. Postremo, videmus in multis locis crucifixionem Christi imagine depictam, & ut convenientia rei poscit, sicut acta est, videmus Christum pendere & manus extensas ac clavis confixas, quibus salutaris passio Christi omnibus miraculis admirabilior, & ceteris, quibus salvi facti sumus, beatior depingitur nobis. Quid igitur inimici crucis Christi hic facient? Necesse est alterum ex duobus facere, aut adorantes crucem, imaginem adorare, nisi malint frustrari professionem suam, aut demolientes imaginem, simul crucem demoliri.

EJUSDEM NICEPHORI

DE

CHERUBINIS

A MOYSE FACTIS.

I. Cherubini fuerunt imagines imaginum.

NAtura Cherubinorum aut una est, aut non una in multitudinem dispersa, & omne quod Cherubin nominatur, aut sub intelligentiam cadit aut sub sensum. At si Deus dixit Moysi de cadentibus sub intelligentiam, fac, est Moyses effector incorporeorum. Quod autem sensu comprehendi potest duplex est, unum quidem arte factum; alterum vero quod arte fieri non potest: hoc sane est quod à Prophetis videtur, & Symbolicum proprie dicetur. Quod autem arte fieri potest, non videtur esse unum quid, est enim aliud alterius arte facti imago, tanquam imago imaginis, & figura figuræ; aliud vero tanquam imago alicujus rei naturalis facta nullo intermedio ad similitudinem prototypi. Utro igitur modo facti sunt Cherubini, quos Deus dixit Moysi? Nempe quatenus sensu percipi poterant: quid igitur horum, utrum quod arte fit, an quod non? Symbolicum vero sermo divinus distinxit, non enim est hic sermo simplex & non varius. Vel nemo dicet dicere hic scripturam Symbolicum esse. Non enim scriptum est, visio, quam vidit Moyses, sed fecit Moyses secundum exemplar. Si igitur non hoc modo, id est, symbolico, dixit, liquet dixisse eo modo, quo proprie dicitur artefactum. Si igitur divina scriptura introducit Moysem spectatorem eorum, quæ à Deo primum facta sunt, nec enim dixit: vide Cherubinos & facies, sed

Digitized by Google

ſed dixit ſecundum exemplar tibi monſtratum, relinquitur feciſſe Moyſem Cherubinos, quatenus artifex ad artefactum refertur: quare quæ à Moyſe facta ſunt, imagines imaginum fuerunt, angelo enim adumbrante exemplar Cherubicum ipſi Moyſi oſtendebatur, qui igitur Cherubini artefacti à Moyſi oſtenſi ſunt, omne autem artefactum alicui ſimile eſt: lectus enim alteri lecto ſimilis, ſive ſecundum mentem, ſive ſecundum ſenſum, Cherubini igitur facti ſunt alienis ſimiles, & rurſus, Cherubini vel ſub intelligentiam cadunt, vel ſub ſenſum, atque de cadentibus ſub intelligentiam non dixit Deus Moyſi, fac; reſtat igitur ut de cadentibus ſub ſenſum, & artefactis dixerit. Rurſus, Cherubini ſimilitudines ſunt, vel ſymbolice vel ſecundum ſenſum; at ſi non ſunt ſymbolice, relinquitur ut ſint ſecundum ſenſum. Præterea nomen Cherubin aut dicitur ſecundum ſubſtantiam, aut quatenus reſpicit ſubſtantiam. At non eſt juſſum Moyſi ut faceret quæ ſecundum ſubſtantiam eſſent; relinquitur igitur juſſum eſſe, ut faceret quæ ad ſubſtantiam reſpiciunt: omnia quæ ad imaginem alterius imaginis facta ſunt, aut ſunt corporea aut incorporea; at incorporea non ſunt: cum igitur Moyſes Cherubinos corporeos fecit, vel ſub intelligentiam vel ſub ſenſum cadentes fecit; at ſub ſenſum cadere, quæ ſub intelligentiam cadunt, impoſſibile eſt: ſenſibilia igitur ſunt, quæ Moyſes fecit. Symbola autem ſunt quæ diſſimiliter per ænigmata nos ad ea, quorum Symbola ſunt, revocant. Hæc eſt enim proprietas Symboli, & quæ non ſingulariter & uno modo oſtenduntur à Deo iis quibus oſtenduntur. Hoc enim eſt etiam proprium Symbolum, ut Deum alius vidit in ſolio, alius ex electro vidit. Imagines autem dicuntur quoniam cum ſimilitudine quanta eſſe potuit, nomen etiam prototyporum acceperunt, quod quidem imagines conſequitur. Hæreticus. Si imagines & ſimilitudines vocare oportet, quæ ſunt effigiata ac figurata ſecundum ſpeciem & formam Cherubinorum, quandoquidem omnis imago ſimilis eſt prototypo; perſpicuum eſt Cherubinos ab authore univerſi factos, eandem figuram & formam habere, atque illos quorum prototypa eſſe dicuntur, & nominantur. Si enim hæc illis ſimilia ſunt, non differunt ab illis figura & forma. Si autem non ſunt ſimilia; non habent figuræ imagines orthodoxas, eorum quæ ſunt partim natura & per ſe figurantur, partim θέσις & ſecundum accidens, natura quidem & per ſe illa, quorum viſio apta eſt ad perceptionem, poſitione vero & ſecundum accidens, ſicut ſubſtantiæ incorporeæ. Atque illa quidem priora neceſſario imagines ipſæ ſequuntur, cum ſint corpora, & umbram habeant adjunctam. Eorum quæ corpore vacant, non neceſſe eſt imagines eſſe, ſicut nec eſt impoſſibile eſſe, poſſe enim eſſe concedit ſermo divinus. Nemo enim dicet non potuiſſe Deum jubere Moyſi ut faceret, non quæ ipſe primum fecit, ſed eorum ſimilitudines. Licet enim per diſſimilia Symbola aſſimilare incorporea, autore magno Dionyſio, ut cum ſimilitudo ignis & electri ad Symbola, ac ſigna virtutum & operationum nos revocant. Imago enim vel eſt ſolius figuræ, aut figuræ & formæ, aut ſolius operationis, aut horum trium ſimul coëuntium: ſolius figuræ, ut lapidis vel ligni imago: formæ autem & figuræ, ut pingere hominem nihil agentem: ſolius operationis, ut ſubſtantiarum incorporearum: figuræ, ut ſi quis Gabrielem Archangelum pingeret ſalutantem virginem: trium autem, id eſt, formæ, figuræ & operationis, ut ſi quis David Regem pingeret ſaltantem ante arcam. Quare effigies ſubſtantiarum incorporearum imagines erunt figuræ & formæ ſecundum accidens, operationis autem & actionis proprie & per ſe: Moyſes igitur ſi non fecit Cherubinos, mentiuntur ſcripturæ; ſi autem fecit, omnino jam erant; non enim quod non erat factum eſt; hæc autem quæ fecit, non ſunt, quæ primum facta ſunt, neque ſymbolica; relinquitur igitur, ut fecerit, quæ figuris & materiis effinguntur, quamobrem Cherubini Moyſis & facti ſunt, & fuerunt, & ſimilitudines vocantur, & imagines honorantur.

Sæc. IX. Anno 810.

Quod boni & venerandi fuerunt Cherubini.

II. Venerandi Cherubini.

FUitne bonum facere Cherubinos, an malum? At ſi non fuit bonum, apage cum hac ignorantia. Quare fecit eos Moyſes ille amicus Dei? & non ſolum is, ſed Deus ipſi Moyſi juſſit facere? Si bonum fuit facere, quod igitur factum eſt, bonum eſt. Si vero utrumque bonum, facere ſcilicet & factum, igitur bona eſt factio. Liquet enim quod in iis quæ ſunt ejusdem ordinis, quale unum eſt vel bonum, vel malum, talia ſunt reliqua. Fecit Aaron idolum, ſi eum forte omnino interroges, malum hoc eſſe pronuntiat, quare contraria hic ſequentur in factionibus, & in faciente, & in factis imaginibus. Si igitur contrarium eſt bonum non bono, contraria autem ſunt in his venerari & non venerari: Si igitur in factis à Moyſe eſt facere, & bonum facere, in factis vero ab Aaron, eſt non facere, & non bonum facere, alterum conſequetur veneratio, alterum conſequetur contrarium: quod enim fecit Aaron, conſequetur ut non habeat venerationem; quod vero factum eſt à Moyſe, conſequetur ut habeat: aut ſi hæc à Moyſe facta non erant veneranda, ſed potius quod Aaron fecit,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 810.

cit, omnino neceſſe eſt hoc eſſe venerandum; utrumque enim eſſe non poteſt, ut habeat ſcilicet venerationem & non habeat. Quare ſi in Aaron negatio convenit, in Moyſe igitur convenit affirmatio; ſunt autem inter ſe contrarie oppoſita, illa enim Moyſis ſunt bona, idolum autem malum. In contrariis autem, ut tradunt, qui in his ſunt valentes, contrariorum eſt conſecutio, omnes autem confitentur malum, quod eſt imago ab Aarone conflata, conſequi fugam ab eo & contumeliam, dedecus. Bonum igitur conſequetur electio gloria & honor. Si autem honorem ſequitur veneratio, & has igitur imagines honoratas ſequitur ipſa veneratio. Sed rurſus huc confugiunt, ajunt enim non dixiſſe Deum ut veneremur. Quid igitur? Si quid dictum eſt à Deo, hoc faciendum & honorandum eſt. Si quid autem non dixit, non eſt hoc accuſandum & ſine honore relinquendum? At ſi quid prohibitum & vetitum eſt, fugiendum hoc eſt. Quæ enim prohibuit, etiam odit. Quæ autem non prohibuit, neque nobis quin ea honoremus, neceſſario negabit; aut honore & veneratione indigna exiſtimabit. Si enim ita eſſet, neque crucem veneraberis, ubi enim habes vocem de hoc? Aut de veneratione Evangeliorum? Quare imaginem inhonoras? Quia non dixit Deus ut honoremus? Non dixit Deus, & dixerunt patres. Quid de arca, de tabulis à Deo ſcriptis, & de propitiatorio dices? Nunquid de his docuit? Nequaquam? Unde tibi veneratio ſacrorum Evangeliorum, crucis, ſacrorum vaſorum, & venerandarum veſtium? Quod ſi hæc veneraris ſine doctrina patrum, venerationem quoque venerandarum imaginum admittes. At ſi has improbas quia non exſtat de hoc vox Dei, omnium quæ veneranda ſunt ratio effluet & evaneſcet.

Honorandi etſi Scriptura ſileat.

Quod imagines Cherubinorum ſanctæ ſunt.

III. Imagines Cherubinorum ſanctæ.

FAc mihi duo Cherubim, & ponas ea ex utraque parte propitiatorii, poſtea, & cognoſcar à te illinc, & loquar è ſuperiore parte propitiatorii inter duo Cherubim. Audis quod per ea Deus apparet, & non credis quod ſancta ſint? An non ſunt ſancta? Etenim & terra ſancta & locus ſanctus, & omnia ſancta, unde, & ubi, & ex quo vult Deus dignoſci. Quod autem ſancta ſint, ex his perſpici poteſt, facies enim & oleum unctionis ſanctum, & unges eo tabernaculum, & omnia vaſa ejus, & ſanctificabis ea, & erunt ſancta ſanctorum, omnis, qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Quæcunque vero ſancta veneranda ſunt, omne enim ſanctum eſt venerandum. Deinde ſi tangenti ſanctum ſanctificatio advenit, veneranti quid adveniet? An igitur non ſanctificabit?

Contra eos qui dicunt, Neque venereris, nec inhonores.

IV. Cultus Cherubinorum honori Prototypi vertebat.

IGitur fieri poteſt ut imagine culta, prototypum nec honoretur nec inhonoretur? Si imaginibus venerationem habentibus, & honoratis, prototypa honore & contumelia privas, affirmans nec honorari, nec inhonorari ea, primum quidem ſuapte ſponte apparet hic fatuitas, quibus enim privabis ipſum prototypum, cum rurſus volueris contumelia afficere, & inhonorare exempla prototypi? Non enim potes dicere privare honore ſimul & dedecore. Si autem veniat tibi in mentem ut transferas in exempla, quæ nunc vereris dicere in prototypis, quas rationes & modos excogitabis, ex quibus hæc nectas & pendere facias? Si rurſus vero nec hic conſiſtas, ſed graveris honorare & inhonorare exempla; ſane quidem non omnibus projectis effugies dubitans, quomodo prototypis inſultabis, & illudes? At dicis, inhonorari prototypum, ſi exemplum prototypi honoratur? Quid igitur? Imagines Moyſis, quatenus imagines, exemplum fuerunt, prototypum vero ipſi Cherubini: ſimiliter dicendum eſt in eo quod fecit Aaron, quatenus imago exemplum fuit, dæmonium vero ad cujus ſimilitudinem factum eſt prototypum fuit, & ſicut imago dæmoniaca ad prototypum ferebatur, ſic imagines Moyſi ad ſua prototypa. Utraque enim diſſimiliter ſimilia erant prototypis ſuis, & figuræ vocabantur eorum quæ figurari non poterant. Si igitur cultus, & veneratio Idoli non dedecus, ſed potius honorem prototypo adjungebat, ut omnibus conſtat; etiam veneratio imaginum Cherubicarum cultum & venerationem prototypis cherubicis adjungebat. Si vero veneratio imaginum Cherubicarum prototypa inhonorabat, idoli etiam Aaronis cultus dedecus erat dæmonis. Quod ſi hoc ita eſt, quia ſtudium nobis eſt ut faciamus, quæ ad dedecus diaboli ſpectant, pone tibi imaginem Antichriſti, & diaboli, & colatur ut ille inhonoretur, ut tu delirans dicis. Quod ſi non licet dicere inhonorari prototypum, ſi honoratur exemplum, liquet igitur omnibus honorem imaginis ad prototypum pertinere: & dedecus imaginis dedecus fieri prototypi. Si igitur oportet vos honorare Chriſtum, oportet etiam honorare imaginem ejus; aut ſi hanc inhonoratis, Chriſtum inhonorare.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 810.

V. De effectu in Prototypo & imagine.

De Causa & effectu in prototypo, & imagine.

OMnis effectus habet plures causas. In iis quæ natura sunt, quatuor causæ sunt, in iis autem quæ artefacta sunt, præter quatuor sunt aliæ duæ. Et quia nunc non est nobis sermo de iis quæ natura constant, his omissis de artefactis nobis tractandum est. In omni igitur effectu sex sunt causæ, materia, forma, efficiens, finis, instrumentum, exemplar. Ut in imagine materia causa, aurum; forma causa, forma Petri: exemplar, ipse Petrus, ad cujus similitudinem facta est imago. Efficiens causa artifex; instrumentum, quo facta est; finis, propter quem facta. Omnis igitur imago, id est, effectus vel ad inhonorandum prototypum effecta est, vel ad honorandum, vel ad neutrum horum. Si ad inhonorandum, dicendum est, quomodo primum antiqui in Ecclesia imagines ad inhonorandum Christum facere potuerunt. Sin vero ad honorandum prototypum factæ sunt imagines, honorentur à vobis: si autem ad neutrum, frustra igitur factæ sunt, neque tu inhonores. Deinde, aut est imago effectus malus, & tanquam malus fit, ut si quis proditorem se suspendentem depingat; aut est bonus effectus, & tanquam malus fit, ut si quis Judæus Christum crucifixum pingat tanquam de malefico triumphans. Si autem ad honorandum causam, id est, prototypum fit effectus, id est, imago, & hoc dupliciter, aut enim bonum fit tanquam bonum, ut si quis Stephanum coronatum depingat; aut malum tanquam bonum, ut cum gentilis facit idolum; aut nec ad honorandum fit, ut pictura pavonis vel leonis: si bonus igitur effectus tanquam bonus fit, omnes ejus causæ bonæ sunt. Exempli gratia, exemplar bonum, ad cujus similitudinem facta est imago Stephani, forma item bona, figura scilicet, qua facta est, finis bonus, ut spectetur scilicet coronatus, & excitans nos ad imitandum. Et bonum aurum, ex quo facta est imago, & instrumentum, quo facta est; & efficiens, à quo scilicet effecta est. Omnis enim qui facit bonum, quatenus bonum, erit secundum illud bonus; non enim simpliciter qui causa bonorum est, bonus est, neque simpliciter causa malorum, malus: cædes enim quatenus cædes mala, Phinees vero bonus; neque rursus cum Judæi crucem fecerunt, bonum feciſſe dicimus, non enim honoris causa, sed dedecoris facta ab illis est. Illos autem bonos proprie vocare justum est, qui tales esse videntur, quia propter aliquem bonum finem faciunt. Si autem effectus fit ab aliquibus tanquam bonum quid, & revera sit malum, omnes causæ ejus sunt malæ. Exemplar Idololatriæ, scilicet dæmonia malum est, similiter artifex idoli malus, instrumentum quo factum est idolum, malum; imo & materia ex qua factum est. Etsi enim natura bona est, secundum accidens non bona, sed mala est. Ferrum enim quatenus ferrum bonum est, quatenus vero gladius cædis iniquæ, malus est. Quare in omni effectu malo mala est causa ex exemplari, & ex forma, & ex fine, sicut Judas, & species sive forma ejus, & finis suspendii. Causa vero efficiens, & alia non eundem modum habent. Qui enim effigiem Judæ fecit, ad dedecus prototypi fecit. Si autem effectus bonus est, & tanquam malus fit, exemplar & forma bona sunt, ut Christus & forma ejus, & instrumentum, similiter & materia. Causa vero efficiens, id est, Judæi, & finis, malum. Ostensum igitur est in omni bono effectu quomodocunque facto, causam exemplar, & causam formarum necessario bona esse, sicut in omni malo effectu, utcunque existat, exemplar causa, & forma causa omnino mala sunt. Si autem est medium inter bonum & malum, id est, neutrius particeps, in omni ejusmodi effectu exemplar, & species sine forma erunt talia, qualia postulat consecutio superius dicta. Imago igitur Christi, quæ effectus vocatur, aut bona est, aut mala, aut neutrum: si mala, apage cum ista blasphemia: si Christus est exemplar, demonstratum est in omni malo effectu, omnino malum esse exemplar. Si autem neque bona neque mala est, sic etiam sequitur absurdum, erit Christus neque bonus neque malus. Relinquitur igitur ut sit bona. Si exemplar bonum est, ut Christus, effectus autem, ut imago, mala est opinione vestra, vide quæ sequuntur. Causa & effectus sunt ad aliquid; ex his autem, ut vos dicitis, causa est bona, & effectus malus: bonum igitur & malum sunt ad aliquid; quæ autem sunt ad aliquid, eorum esse dicuntur, quorum sunt; malum igitur est boni malum; & bonum mali bonum.

Rursus bonum & malum sunt eorum quæ sunt ad aliquid, quæ autem sunt ad aliquid, eorum esse dicuntur, quorum sunt; cernuntur autem quæ sunt ad aliquid in omni habitudine, & ea consequitur amicitia, & conjunctio; igitur bonum & malum sunt nobiscum copulata & amica. Præterea causa & effectus opinione vestra sunt bonum & malum, hæc autem sunt contraria; igitur causa & effectus sunt contraria. Quæ autem contraria sunt, se interimunt; causa igitur & effectus interitum sibi inter se afferunt: quod si hoc verum est, Christus igitur imaginem suam tollit & interimit. Et rursum causa & effectus sunt eorum, quæ sunt ad aliquid, non sunt autem horum

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 810.

bonum & malum, non ſunt igitur hæc, id eſt, bonum & malum cauſa & effectus. Ac rurſus non ſunt contraria cauſa & effectus, ſunt autem contraria bonum & malum, non ſunt igitur cauſa & effectus bonum & malum. Adhæc cauſa & effectus habitudine conjunguntur, bonum autem & malum minime; non ſunt igitur cauſa & effectus bonum & malum.

De Adoratione.

VI. Inhonoratâ imagine inhonoratur Chriſtus.

PRæterea, Imago Apollinis eſtne colenda, an non? Quod ſi neutrum dicatis, id eſt, neque colendam neque inhonorandam, erit neceſſario vobis tale prototypum. Si autem imago Apollinis inhonoranda eſt, an quia aurum eſt, an quia tulit ſpeciem prototypi, & appellatione nihil ab eo differt? quatenus enim materia eſt, bona eſt, & quia prototypum inhonoratum eſt, inhonoratione digna eſt. Quia ſi Apollo eſt exemplar imaginis cauſa, quale eſt exemplar, talis eſt omnis effectus, id eſt, inhonoratus. Imago igitur Chriſti vel honore digna eſt, vel dedecore, vel neutro: ſi dedecore, non quatenus aurum, aliud abſurdum ſequitur, erit inhonoratum quod accepit pro cauſa exemplar; eſt autem Chriſtus cauſa ut exemplum participet ſpeciem ac formam prototypi, non eſt igitur primum, quod dedecore dignum eſt, imago, ſed Chriſtus: quo nihil eſſe poteſt magis abſurdum & blaſphemum. Relinquitur igitur ut imago Chriſti colatur, & honoretur. Ut autem neque honoretur, neque inhonoretur, paulo ante & modo confectum eſt dici non poſſe, neque vos dicitis, ſed potius dicitis inhonorandam eſſe. Si ergo inhonorato prototypo, neceſſe eſt ejus ſimilitudinem inhonorari, ratio reciprocationis poſtulat, ut honorata ſimilitudine, colatur & honoretur prototypum, honor enim imaginis ad prototypum tranſit. Ponamus eſſe imaginem Jovis & Petri, & hominis nec honorati nec inhonorati. At imago Jovis, quia prototypum contumelioſum habet, & rurſus non eſt media inter honorata & inhonorata, ſequitur ut ſit inhonoranda, quoniam nomen Jovis, qui eſt prototypum, participat. Rurſus hominis, qui neque honore, neque dedecore dignus eſt, imaginem ubi pones? In honore, an in dedecore? Non dices in honore, neque rurſus in dedecore. Quid enim iniqui fecit ut odio habeas? Prototypum vero imaginis ſancti Petri juſtumne eſt colere an non? Eſſe dices. Quid igitur cultum & venerationem exempli moraris & recuſas? Si enim prototypum colis, liquet, quod exemplum quoque colis. Si enim hominis medii imaginem neque colis neque vituperas, quem colis & honoras, quomodo ejus exemplum inhonoras? Si autem dicas te nec honorare, nec inhonorare; ſi propter prototypum, oportebat illud etiam nec honorare nec inhonorare; ſi vero quia ſimpliciter imago aurum, aut argentum eſt, hac ratione neque ſimulacra dæmoniorum confringere juſtum erat, & abſurde Moyſes hæc confregit. Sin vero propter prototypum juſte confracta ſunt, igitur imago ſancti propter eum honorabitur, ſi enim hanc imaginem ſancti non ſequitur honor; nec illas dæmoniorum ſequetur dedecus. Sin vero illas ſequitur contumelia; & hanc ſequitur veneratio: hæc eſt enim lex reciprocationis in contrariis. Oportet igitur omnium ſanctorum imagines colere: ſi enim aurum alioqui bonum & Dei creatura, cum ſpeciem & nomen dæmonis accepit, factum eſt malum, & execrabile: ſic cum ſit bonum, & nomen formamque ſancti accipit, quomodo non efficitur melius? Quod enim melius eſt, magis amat bonum, quàm malum, & unumquodque magis ad ſibi cognatum, quam ad contrarium habet converſionem. Hoc in vaſis & in domibus, & in veſtibus evenit, ſi hæc ſanctis adhibentur, aut in eorum nomine ædificantur, ſancta ſunt & veneranda, & omnis divinæ gratiæ plena. Si autem conſecrantur dæmoniis, profana & execranda.

Cum ſint duo circa corpus, umbra ſcilicet, & imago, umbra quidem tenuem ſignificationem hominis oſtendit, eſt enim umbra privatio luminis à corpore facta. Imago vero id quod pictum, vel fictum eſt, apertè & clare demonſtrat, & effigie exprimit, & in ſe prototypum oſtendit. Si igitur quod ſemper exiſtit, ut imago, præſtantius eſt eo quod quandoque eſt, ut umbra, & quod per ſe eſt excellentius, quam quod per privationem, & quod lucidum, magis eligendum, quam quod obſcurius, & tenuius, imago igitur præſtantior eſt umbra: atqui umbræ ſanctorum utiles ſunt, igitur ſanctorum imagines multo ſanctiores erunt. Quod ſi ſanctæ ſunt, liquet venerandas & colendas eſſe.

Digitized by Google

Quomodo Chriſtus Deus & homo pingitur.

VII. Quomodo Chriſtus Deus & homo pingitur.

INterrogatio, quomodo Chriſtum Deum & hominem imagine exprimis, cum hæc ſeparari non poſſunt? Reſp. Quid igitur? Eſt ne homo corpus ſolum, an anima etiam corporis & figuræ expers? An igitur impedimentum eſt anima, quin hominis imago fiat? An potius adjuvat & plures habitus imagini imponit, ut habitum operantis, incedentis, aſpicientis? ſi enim ſine anima pingeretur & fingeretur, nihil horum pingeretur neque fingeretur: ſic in Chriſto divina ſubſtantia non ſolùm non prohibet, quin imago Chriſti fiat, ſed potius ornat imaginem oſtendens reſurgentem ex ſepulchro, aſſumptum in cœlum, & ſanantem morbos. Chriſtus vel habere dicitur imaginem, vel non: ſi non habet, quid de eo quod non eſt, diſceptatis? Nemo enim ſic inſanit, ut quod non eſt, tollere contendat. Si autem corpus Chriſti dixeritis eſſe imaginem Chriſti; ipſe quidem corpus proprium vocat: Conſtantinus vero Iconomachus, imaginem Chriſti vocat, quod nobis dedit Chriſtus ad manducandum; quomodo igitur idem dicitur corpus Chriſti & imago Chriſti? Quod enim eſt alicujus imago, hoc corpus ejus eſſe non poteſt; & rurſus, quod eſt corpus, non poteſt eſſe ejus imago. Omnis enim imago alia eſt ab eo, cujus imago eſt. Quod ſi filium dicit ſcriptura imaginem patris, at ſi non natura, hypoſtaſe tamen & perſona differt filius à patre. Si igitur ſanctum corpus, quod in communione ſacra ſumitur, imago Chriſti eſt, aliud dicitur eſſe præter corpus Chriſti; nullum enim corpus alicujus eſt imago, ejus ſicut imago: ſi vero pars Chriſti eſt, & non aliud præter Chriſtum, recidet corpus in duo: quin potius Chriſtus habebit μόρια σώματος, id eſt, partes corporis. Homo, inquiunt, eſt imago Dei, at imago Dei, & ſecundum imaginem Dei, non ſunt idem, ſicut opus quod fit ſecundum voluntatem Dei, & voluntas Dei, non ſunt idem neque notionibus neque verbis: at nullus ex patribus dixit hominem eſſe imaginem Dei, quod de libera poteſtate voluntatis Dei intellexerunt. Si autem homo eſt imago Chriſti, utrum ſecundum divinitatem, an ſecundum humanitatem? Si ſecundum divinitatem, primum omnino fuit eſſe Dei; & quomodo erat Adam imago Chriſti, qui poſt multos annos factus fuit homo? Si autem quatenus erat Chriſtus homo, imago ejus eſt homo, liquet quod quatenus Chriſtus eſt homo, dicemus Petrum eſſe imaginem ejus, ſi autem hoc ita eſt, non ſolum Petrus eſt imago Chriſti, ſed nihilominus Chriſtus eſt imago Petri, & Petrus imago Judæ, & omnes aliorum inter ſe imagines. Alii dicunt, quod Chriſtus nullam habet imaginem, nec eam quæ ex coloribus fit, nec eam quæ ex figura ſine coloribus. Omne igitur corpus non animatum vocat figuram & formam: imaginem autem habet omne quod figura & forma circumſcriptum eſt, igitur omne corpus animatum neceſſe eſt habeat imaginem: ſi igitur omne corpus animatum habet imaginem, ergo cujus non eſt imago, neque corpus animatum eſt hoc. Quod ſi non habet imaginem Chriſtus, neque corpus animatum eſt: at habet corpus animatum: igitur habet imaginem. Et ſi Chriſtus non habet corpus animatum, neque homo habet: at Chriſtus Deus & homo eſt, omnis autem homo, qui corpus animatum eſt, figuratur & imaginem habet. Chriſtus igitur qui Deus & homo eſt, imaginem habebit. Interrogant, qualem pingis & figuras Chriſtum? Pannis involutum, an baptizatum, an crucifixum? Tu vero quam partem membrorum Chriſti colis? Si unum Chriſtum tu colis, qui hæc omnia operatus eſt, & ego unum Chriſtum figuro, & pingo, qui hæc omnia operatus eſt.

De circumſcripto & incircumſcripto.

VIII. De circumſcripto & incircumſcripto.

CUm duæ naturæ ſint in Chriſto, quia neutra ab altera ſecundum hypoſtaſim aliena eſt, appellatio vero Chriſti non ſeparans naturas particulariter, ſed toti hypoſtaſi conveniens, ambas naturas ſignificare creditur, liquet ſi Chriſtus creditur circumſcriptus eſſe, etiam naturæ, ex quibus conſtat, erunt circumſcriptæ. Cum duæ naturæ ſint in Chriſto, quia neutra ab altera aliena eſt, liquet cum vos dicitis, Chriſtus crucifixus eſt, & paſſus eſt, & fuit tempori ſubjectus, naturas ſimul crucifixas eſſe & paſſas: alterum enim è duobus neceſſarium eſt opinione veſtra, aut divinitatem una cum carne Chriſti paſſam eſſe, & eidem tempori ſubjectam fuiſſe, aut cogitare, nec in carne ejus hæc fuiſſe: in quibus enim negatum eſt circumſcriptum, in eisdem negatum eſt aſpectabile, & tractabile: aut rurſus, cum duæ naturæ ſint in Chriſto, quandoquidem appellatio Chriſti neutram ſolam præter alteram ſignificat, liquet, quod cum Chriſtus dicatur Deus, & filius Dei, dicatur inviſibilis, & immutabilis, erit hæc omnia natura humana, ſiquidem neutram naturam ſeparat appellatio Chriſti. Sed advertendum eſt quod circumſcriptum reperitur dictum vel modo, (a) vel tempore, vel comprehenſione circumſcriptum eſt: cum igitur quatuor ſint ſignificata hu-

(a) vel loco;

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 810. jus vocis, patet totidem esse differentias circumscripti. Quot modis enim dicitur unum oppositorum, totidem dicitur alterum. Quia igitur in rebus aliæ sunt materia, aliæ habentis materiam, quæcunque materiam habent, loco & tempore sunt circumscriptæ, & nostra intelligentia comprehensæ sunt: loco quidem, quia distantia & dimensione comprehensæ sunt, tempore vero; quia omnia quæ materiam habent in tempore facta sunt. Sunt autem comprehensione mentis terminatæ, quia nihil prohibet ea, quæ materiam habent, agitatione mentis & operatione indagare & circumscribere. Circumscriptione autem sensus perspicue licet videre unumquodque eorum, quæ materiam habent, circumscriptum: ac definitum sensu quidem tactus, quæcunque tractari & tangi possunt; aspectu, quæcunque aspectabilia sunt; manifestum est igitur omne corpus materia præditum necessario circumscriptum esse: nequaquam vero circumscriptus est Deus, nulli enim modo circumscriptionis subjicitur, non loco, non tempori, non reliquis. Quæcunque vero naturæ expertes sunt materiæ, infra divinitatem, quæ supra substantiam est, sunt. Hæ igitur partim circumscriptæ, tempore quidem, tanquam quæ sub tempore sunt, comprehensione mentis, utpote quæ finitæ & terminatæ sunt, & definiri possint, non enim effugiunt circumscriptionem finiti & terminati. Hoc autem circumscriptione ejus, quod mente percipitur, comprehensum est. Sunt autem incircumscriptæ loco, & comprehensione sensus, quia colore & figura carent. Loco autem, quia carent magnitudine, & mole, & dimensione: etsi enim Angeli dicuntur esse in loco, non tamen dicuntur loco circumscribi, propter aliud enim dicuntur esse in loco, & non quia circumscribuntur: sic etiam anima est in corpore, sed neque circumscribitur anima corpore, quia non potest ipsa esse, aut operari per se in alio corpore, nisi in quo est. Angeli vero quia non possunt ipsi esse, nec operari, ne uno quidem momento in diversis locis, hoc enim est solius Dei. Hoc autem cum esse in loco dicimus, non proprie dicimus, sed quia loco certo, & definito, & non ubique operantur: quod vero substantiæ incorporeæ non possunt circumscribi, perspicuum est, locus enim semper corpora continet intermedia superficie. Locus enim est terminus continentis, quatenus continet ea quæ continentur. Natura autem angelorum incorporea est, etsi cum non est corpus, non est superficies, cum vero superficies non est, neque locus est, unum enim horum cum est, etiam reliqua consequuntur.

EX

Digitized by Google

EX LIBRO
SANCTI NICEPHORI
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI
DE
IMAGINIBUS.

ATqui divini Cherubini ſimplices ſunt & materiæ expertes, ac ſine forma, & figura, ac proinde incorporei; & tanquam incorporei loco circumſcribi naturaliter non poſſunt, ſicut ante dictum eſt. Etſi enim aliquando angelos alicubi in corpore apparuiſſe audimus, nemo tamen aliud quidpiam ſignificari ſuſpicetur, quàm quia natura ſunt ignoti, apparuiſſe figuratos ſymbolice iis formis, quibus miniſteria mandata apud eos, qui in terra ſunt, quibus præſunt, obeunt, & eatenus dici in loco eſſe, quatenus non alibi oracula edunt, aut aliud quid operantur, quod quidem ſoli divinæ naturæ, & quæ omni intelligentiæ antecellit, ineſt. Neque ſic apparuiſſe rationem incorporei vidit. Nec enim exiſtimandum eſt ſubſtantiam cœlitum formis animalium, & ferarum, aut pennis avium exprimi, ſed nutu Dei, cui omnia ſunt facilia, ſic figuratos & in imaginibus oſtenſos eſſe. Perſpicuum igitur eſt iis, qui advertunt, poſſe divinum in ſuſcepta tractatione, eſſe archetypum, principium, & exemplar, quod per ſe exiſtit, ejus formæ, quæ ab ipſo exprimitur, & exempli, quod ei aſſimilatum eſt, cauſa: definitio autem imaginis hæc erit, ut in iis quæ arte fiunt, explicari poteſt, ſimilitudo archetypi, quæ in ſe totam ſpeciem, ſive formam figurati per aſſimilationem exprimit, ſola diverſitate ſubſtantiæ ſecundum materiam ab eo differenti; aut imitatio archetypi, & aſſimilatio, ſubſtantia, ac ſubjecto differens; aut ſic, effectus artis ſecundum imitationem archetypi formatus, ſubſtantia autem & ſubjecto differens. Si enim non in aliqua re differret, non imago, nec aliud quid præter quam archetypum eſſet. Sic igitur imago ſimilitudo, & forma eſt ab iis, quæ per ſe ſunt, expreſſa. Idolum vero fictio eorum quæ non exiſtunt, neque per ſe ſunt. Cujusmodi ſunt formæ quædam, quas gentiles fatue & impie tanquam Deo carentes fingunt, ut Tritonum, & Centaurorum, & aliorum. Sic imago & idolum diſtinguuntur. Quare qui horum differentiam non approbant, neque tenent, merito idololatræ vocari poſſunt. Ac imagines quidem bonorum & malorum imagines ſunt, de quibus diſſimiliter exiſtimandum eſt. Bonorum quidem imagines honorandæ ſunt; malorum vero repudiandæ, & æque atque idola fugiendæ, & potiſſimum, quibus aliqui ex priſcis venerationem idolorum impie adhibuerunt, Deum univerſorum, & primam cauſam ignorantes. Quod quidem fecit tum hominum, cupiditatibus & terrenis rebus ſervientium, affectio erga ſuos, tum tyrannis in fines, & jura juſti honoris dominata; idcirco nunquam in aliquo ex bonis idolum dicetur, quia imparticipata eſt maxime hæc vox in ethnico cultu, qui dæmonibus adhibetur, ſicut Apoſtolus ait. Arbitror non eſſe nunc inopportunum noſtro ſermoni addere hoc, habere ſcilicet imaginem ad archetypum habitudinem cauſæ & effectus, quare neceſſe eſt, eſſe & dici eorum, quæ ſunt ad aliquid. Quæ autem ſunt ad aliquid, ipſa illa quæ quidem ſunt, aliorum eſſe dicuntur, & reciprocatur ipſorum inter ſe habitudo, ut pater filii pater, & rurſus filius patris filius dicitur. Similiter amicus amici, & dextrum ſiniſtri, & reciproce, ſiniſtrum dextri, item dominus ſervi, & ſimiliter in aliis ejusmodi. Sic igitur prototypum imaginis prototypum, & imago prototypi imago, nec ullus imaginem habitudine ſolutam alicujus imaginem dicat. Simul enim alterum cum utroque introducitur, & cogitatur, & licet archetypum alio abierit, habitudo tamen non ſimul eſſe deſiit, non enim ratio ſimul inter-

SÆC. IX. ANNO 810.

Diſcrimen inter imagines.

SÆC. IX. ANNO 810.

intereundi, in omnia quæ hujusmodi sunt, manat: siquidem aliquando habitudines incolumes remanent rebus orbatæ, & nudæ, ut in patre & filio, & similibus evenit. Eum enim qui recessit tanquam præsentem, dum per similitudinem & memoriam forma & imago ostendit habitudinem cum tempore continuatam servat, id est, habitudo media, extremis interjecta est formæ scilicet assimilatæ, & cui assimilata est, copulans eam cum imagine, licet natura differat; etsi enim utrumque aliud & aliud natura est, non tamen alius & alius, sed ipse ille cujus imago est: per figuram enim formæ, quæ à principio extitit, cognitio illius formæ efficitur, & in ipsa figura ille ipse qui pictus est, conspicitur, quod quidem in alio eorum, quæ hujusmodi sunt, non cernitur, ut in patre, aut filio, aut amico. Hæc enim contra atque illa, se habent, unumquodque enim horum non aliud, & aliud est, siquidem eandem substantiam participant. Alius vero & alius sunt diversitate hypostaseon. Quod si in his habitudo etiam partita in diversas hypostases, non perit, multo magis in illis conservabitur. Hoc vero amplius fit, quod similitudo communitatem nominis largitur, una enim est in ambobus appellatio. Rex enim dicitur etiam imago regis, quæ dicere posset. Ego & rex unum sumus, scilicet præter substantiæ differentiam. Hæc autem diximus, ut ostenderemus, quomodo imago ad archetypum, cum imago consideratur, habitudinem habet, nec idem est cum eo secundum substantiam, nec enim quæcunque de archetypo dicuntur, necessario de ejus imagine dicuntur. Illud enim fortassis est animatum, hæc vero inanimata. Aut illud est rationis particeps, & movetur, hæc vero sine ratione, & sine motu, non igitur ambo idem. Quin potius partim similitudinem imaginis inter se habent; partim similitudinem substantiæ. Quia igitur imago est eorum, quæ sunt in habitudine, idcirco honorato prototypo, simul honoratur imago ejus: & rursus inhonorato, simul inhonoratur. Nos autem à doctoribus Ecclesiæ instituti, intra terminos & fines pietatis consistimus, non naturam verbi ad passiones carnis trahentes, sed has eum sibi attribuentem œconomicè passum esse dicimus, nullo in his modo à recta ratione excidentes, siquidem unus & idem est, qui honoris ac gloriæ, & contumeliarum particeps fuit. Sicut igitur passiones corporis œconomice attribuit, & sicut corpus Dei dicitur, sic imago sanctissimi corporis ejus, & similitudo tanquam propria ad eum refertur, atque ita attributa & facta propria communique nomine naturarum affecta, eadem appellatione qua prototypum, homove appellatur. Divina quidem operatio æterna, immo ipsa per se operatio est, quia non distinguitur operatio à subsantia, quin potius eandem rationem recipit, propter simplicis & incorporeæ naturæ sempiternitatem, adest autem in omni differenti κατὰ ταυτὸν, id est, simul, & ut ita dicitur, incircumscripte, non enim cum prius esset potestate, postea & potestate ad actum adducta est. Huc pertinet quod Dominus dixit, Pater meus usque modo operatur, & ego operor; non solum dicit illam à principio creationum rerum ex nihilo, sed earum conservationem & providentiam, ut facere angelos spiritus, extendere cœlum sicut pellem, & tegere aquis superiora ejus & fundare terram super stabilitatem ejus, quæ quidem semel facta divina operatione continuata permanent ac perseverant. Operatio autem humana non est æterna, sed finita, &, ut magis proprie dicatur, circumscripta. Silentium enim interrumpit differentem, & qui dormiebat, evigilavit, & quies motum circumscripsit, & ut summatim dicam, qui hoc facit, ἐν ταυτῷ, id est, simul, ferme non aliud faciet. Quis enim, qui parum sit rationis particeps, non intelligat aliud esse picturam, aliud circumscriptionem? Pictura enim, ut à simplicioribus incipiamus, dupliciter dicitur, altera enim characteribus horum elementorum serie & ordine signata, & syllabatim procedens, à scriptoribus expromitur, altera vero per similitudines ad imitationem exemplaris formatur ac figuratur, ut in ea pictura fit, quæ nunc in quæstione posita est. Atque illa quidem per voces, quæ proferuntur, patefacit ea, quæ sermones contexti nunciant: hæc vero per ea, quæ apparet, ostendit imitationem personarum, quæ repræsentantur: non est autem nunc necessarium considerare, an aliquando imago quarundam formarum, & rerum ἔμφασιν afferat. Pictores autem utrique, qui hæc faciunt, consuetudine sic loquendi vocantur, qui scilicet sermonem describit, & qui scientiam pingendi consecutus est. Quod enim veteres γράψαι dicebant pro eo, quod est polire, non longe abest à significatione horum, id est, scribendi & pingendi. Circumscriptio autem, ajunt, his efficitur, aut enim circumscriptum loco circumscribitur, aut tempore, aut inchoatione, aut comprehensione: loco quidem ut corpora, loco enim continentur, siquidem locus est terminus corporis continentis; tempore autem, quæ non erant prius, à tempore autem cœperunt esse, sicut angelos, & animas circumscribi dicimus, corpore enim non continentur loco angeli, quia non figurantur, operantur vero in loco secundum naturam suam, quia adsunt ibi νοητῶς, id est, spiritualiter, utpote spiritus ac mentes, & non sunt alibi, sed illic ut mentes circumscribuntur. Potest etiam dici definitos & circumscriptos eos esse à creatore: tempore etiam

Christus pingi potest.

Digitized by Google

etiam circumſcripta ſunt non ſolum quæ cœperunt eſſe, ſed quæ finem habent, & extremum, cujusmodi eſt vita noſtra, immo ipſa valde circumſcripta & terminata eſt, unusquiſque enim morte finem vitæ accipit, & hujus univerſi finis conſummatio eſt; in qua univerſum in aliam formam mutabitur. Circumſcriptum autem comprehenſione eſt, quod notione & lingua comprehenditur: una enim ſpecies circumſcriptionis eſt comprehenſio, qua angeli naturam ſuam inter ſe aliquantum cognoſcunt, ut ſit circumſcriptio comprehenſio comprehenſi, & definiti, aut terminatio cœpti, & moti, aut comprehenſio intellecti & cogniti: quod autem nullo horum continetur, incircumſcriptum eſt. Chriſtus igitur hujusmodi jam dictis modis humane circumſcriptus eſt, ſiquidem corpus vere, ſicut nos, non ficte geſtavit, loco circumſcribitur, qui eſt incorporeus, & qui non cœpit eſſe principium, cœpit in tempore, & cum hominibus corpore verſatus, comprehenſus eſt qui erat incomprehenſus. Cum tot modis dicatur circumſcriptio, magna in his differentia reperitur, nec enim qui pingit, id eſt, imaginem hominis facit, de quo nunc propoſitum eſt dicere, eundem ſimul pingendo circumſcribet, ſicut ſic includens eum etiam non præſentem, ſi quis aliquem loco, quo continetur, complectatur: in circumſcriptione enim neceſſario adeſt ille; cum depingitur vero, non neceſſario: immo neque circumſcribet præcipuè, quamvis aliquis exiſtimet ſe hoc facere, omnino enim in iis, quæ corporeè circumſcribuntur, locus eſt, qui ea proxime circumſcribit: quid autem ſit locus, jam dictum eſt. Neque, rurſus, ſi quis aliquem corporeè circumſcribat, eundem depingit, id eſt, imaginem ejus facit; nulla enim ratio cogit hoc dicere, quia nec habent hæc, pingere ſcilicet & circumſcribere, inter ſe conſecutionem, ut dicetur. Ac rurſus in hoc loco, in aliquo ſcilicet pariete, aut tabula dicimus quidem pingi hominem, ſed in illo ipſo loco nemo prudens & cordatus dicat circumſcribi, id eſt, definiri. Homo enim in imagine ſua pingitur quidem, non tamen in ipſa circumſcribitur, ſed in loco ſuæ propriæ circumſcriptionis. Et modus horum propter multa differt, pingitur enim homo coloribus, & calculis, ſi ita facere contingat, idque variè & multipliciter figuratus, diverſiſque coloribus; nequaquam tamen poteſt his ipſis circumſcribi, quia circumſcriptionem aliter ſe habere diximus. Præterea pictura, id eſt imago, ſpeciem corpoream picti repræſentat, & figuram ac formam ejus ſignatum, & ſimilitudinem. Circumſcriptio vero nihil horum commune habens, tribus modis ea quæ continet, terminat, & imago ad ſimile relata, juxta archetypum eſt, & imago archetypi eſt, & dicitur, & ab eo ſeparata eſt, & ſeparatim aliquando eſt & exiſtit: circumſcriptio vero neque ſimilis, neque diſſimilis fit, neque facta eſt ſpecies, neque forma; neque dicitur circumſcriptio archetypi, nec ad archetypum refertur, & inſeparabiliter ac ſuapte natura cum iis ſimul exiſtit, quæ continet, & ſemper illis adeſt. Semper enim in loco eſt homo, & in tempore, & in comprehenſione, & natura circumſcriptum neceſſario ſequitur circumſcriptio ex loco, nullo vacuo dirempta, ſicut quis poteſt cernere in circumſcriptione, quam facit locus, quæ terminos utriuſque corporis, ſcilicet continentis & contenti, ad ſuperficiem amborum adjungit: ubi enim eſt moles & magnitudo, neceſſe eſt cogitetur locus. Pictura autem, id eſt, imago ſimpliciter, & infinite definiens, cum iis omnibus, quæcunque circumſcribi natura ſua poſſunt, circumfertur. Non enim in hoc quidem circumſcribit, in illo vero non. Atque imago quidem in ſenſu, & oſtenſione tota conſiſtit, circumſcriptio vero magna parte in notione: forſitan enim ſolum locum circumſcribentem ſentimus. Et ut in ſumma dicam, nec imago hominis circumſcribit hominem, licet ſit circumſcriptus, utrumque enim rationem ſuam habet. Præterea imago quidem continetur à circumſcriptione, circumſcriptio vero non continetur ab imagine, ſed continet eam, idcirco non fit reciprocatio. Latius namque patet circumſcriptio: nam ſi quid eſt pictum, id eſt, imaginem habet, homo, inquam, & ipſa imago dici poteſt circumſcriptum, de quo nunc nobis ſermo eſt, quod ubique notare oportet, non enim de alio agimus. Non tamen remeat, ut ſi quid eſt circumſcriptum, etiam imaginem habeat: imo & ſermones ipſi imagines rerum ſunt, & eas ſequuntur tanquam cauſas, ac primum quidem auditu accipiuntur, & ſonitus dictorum in eos, qui ſono pulſi ſunt, incurrunt, ſecundo autem ſermo auditus per ratiocinationem in notionem rerum ſignificatarum venit. Imago vero primum, & nullo medio ad ipſas res tanquam præſentem animum inſpectantium adducit. Ac ex prima inſpectione & congreſſu planam & limatam cognitionem horum præbet, ſiquidem quæ narratio deſcripſit, hæc imago tacens per imitationem demonſtrat: quanto igitur opus ſermone præſtantius eſt, tanto imitatio & ſimilitudo operis ſonitu verborum ad declarationem rerum excellentior erit, unde ſæpenumero ſermones per hujusmodi imaginum inſpectionem potentiores & clariores fiunt: ſæpe namque ex verbis dubitationes & quæſtiones proficiſcuntur, ac diverſi ſenſus in animis, ut conſentaneum eſt, oriuntur. Itaque multi à ſeipſis & aliis diſſentiunt, ac de verbis certant, de iis, quæ dicuntur ambigentes; facere vero fidem per

SÆC. IX. ANNO 810.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 810.

ea, quæ videntur, ex omni parte ab omni dubitatione liberat. Tanta autem eſt in utriſque, in imagine ſcilicet & narratione communitas, ac ſocietas, ut in uno eodemque libro, ſicut multis in locis in vetuſtis chartis videre licet, ex una parte contingat, depingi ſermonem per Symbola & imagines, ex altera per hiſtoriam, eandemque narrationem in literis oſtendi. Videmus autem leges ſcriptas, neglectas tamen, quia traditio & conſuetudo, quæ alia eſt, vigeat. Conſuetudo enim eſt, quæ omnia confirmat, quia opus potentius validiuſque ſermone. Quid enim aliud eſt lex quam conſuetudo ſcripta? Conſuetudo vero lex eſt non ſcripta. Hoc autem facile perſpici poteſt in externis. Grammatici enim, ſi forte accidat ut aliqua vox præter regulam poſitam, aliter propter conſuetudinem vigentem ſcribatur, traditionem excuſant tanquam regulam regulæ. Quod autem nomen imaginis non eſt è numero earum vocum, quæ ſimpliciter, ſed potius vox homonyma, ex iis quæ multipliciter dicuntur, ſubtiliter hic ipſe pater alio loco de hac diſtinctione diſſerit, ut prima quidem notionis informatione imago in naturalem, & artificioſam diſtinguatur, altera vero diſtinctione infra hanc, imaginem artificioſam ait eſſe formæ, & figuræ, & ſpeciei ac coloris. Dicant ergo nobis, quis modus cogit alteram partem diſtinctionis amplecti, quæ in naturalibus imaginibus accipitur, & exiſtimare affinitatem & habitudinem pure ſervari, alteram vero partem quæ in artificioſis eſſe dicta eſt, rejicere? Cur non hæc etiam habitudinem & cognationem ſecundum propriam rationem non habebunt? Siquidem ratio imaginis ut imaginis ſimpliciter in utriſque æqualiter, & æque honorate apud eos, qui mentem habent, accipitur, licet res ipſæ ſignificatæ, in quibus verſatur ratio imaginis, differentes ſint: ſicut enim in naturalibus ratio imaginis, ut imaginis, ſimilitudinem habet, & non variatur: ſic in artificioſis ſecundum ſpeciem & formam, quamvis natura in ſeipſis differentiam oſtendunt, unde unum & idem nomen homonyme comparticipaverunt. Dicimus igitur, à ſimili ordiamur, ſiquidem ſimile eſt imago, quoniam imago Chriſti ſimilitudo ejus eſt, &c.

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTIO DEI,

HOC EST,

COMMENTARIOLUS,

QUOMODO DEUS, PRÆCIPUE

PER

PSALMOS, BENEDICENDUS,

Atque LAUDANDUS ſit.

EX

CASSIODORO ET ISIDORO

Magna ex parte contextus.

AB

ANONYMO

Quodam, ſed, ut videtur,

MONACHO RATISBONENSI.

AD

BATHURICUM

EPISCOPUM RATISBONENSEM,

Qui Sedem illam obtinuit Anno Redemptoris D. CCC. XIV.

A Caniſio *primum in lucem editus.*

STUDIO

PETRI STEVARTII LEODII,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS, ET PROFESSORIS, &c.

Digitized by Google

PETRUS STEVARTIUS LEODIUS, &c.

LECTORIS.

Sæc. IX. Anno 814.

HUnc Commentariolum antè aliquot centenos annos ex verbis veterum Patrum contextum, visum est cæteris adjungere; quod ego post duos & triginta annos, quibus publice SS. Scripturam in Academiâ Ingolstadiensi prælegi; hoc ipso anno Psalmorum Davidicorum explanationem sim auspicatus. Continet vero hic libellus non pauca, quæ ad dictorum Psalmorum commendationem & intelligentiam plurimum facere possunt.

Secutus est autem hujus Opusculi Collector, (quisquis fuit) inveteratum quorundam morem, qui cùm aliquid scriberent, semper antiquorum potius, quàm suis verbis loqui optabant: quod etiam in nonnullis venerabilis Bedæ Commentariis videre licet. Tu, amice Lector, hoc libello jam primùm publicato fruere, & quod docet, age. At nil aliud docet, quàm Angelus ille, cujus hoc ad Tobiam & familiam monitum: *Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini illi; quia fecit nobiscum misericordiam suam.*

JACOBI BASNAGII

IN HUNC

TRACTATUM

DE

BENEDICTIONE DEI OBSERVATIO.

HIc author nihil de se protulit, ut facile cuique legenti probabitur. Ex eo solummodo discimus ritus ecclesiasticos, imo cultum divinum nono sæculo à præsulibus pejus ac laicis fuisse summa cum negligentia observatos. Totam *Cassiodori* præfationem in psalmos describit, ne omissa quidem illa particulâ, quæ difficultatem Criticis aliquando movet, dum *Pater Apostolicus* ab eo indicatur. Ansam inde arripuit *Baronius* argutandi *Cassiodorum* jussu Pontificis Commentarium in Psalmos compilasse. Pontificem illum *Agapetum* dicunt quidam. Quàm insulsè omnia! I. Neminem *Apostolicum Patrem* dici præter Episcopum Urbis, si crediderunt, errabant. Diversa plana occurrunt exempla in infinitum. *Apostolicus Pater* dicebatur Episcopus Trecensis

Digitized by Google

Trecenſis, imo *Papa:* qui nihil cum Apoſtolis habuit commune præter fidem. II. Non imperio nec juſſu, ſed *imitatione provocatum* ſe dicit *Caſſiodorus*; at quos imitaretur præ oculis habebat quàm plurimos III. *Agapetus*, ut alias obſervatum fuit, jam ante inceptum Caſſiodori Commentarium obierat: non ergo ille potuit imperare ut tentaretur illud opus. IV. Illud autem *Apoſtolice Pater* referunt quidam ad Hieronymum paulo ſuperius à Caſſiodoro indicatum; ego vero potius ad *Auguſtinum*, in cujus Laudes excurrit ſtatim ab initio præfationis, qui Pſalmos fuerat commentatus; ex cujus Commentariis excerpſit Caſſiodorus; cuique conveniunt quæ niſi difficillime & immerito Hieronymo poſſis aptare: *Clemens errata corrigis, nec ſeverus imputas quod emendas.* SÆC. IX. ANNO 814.

Cum Caſſiodorum deſcripſerit author noſter, variantes lectiones ad marginem appoſuimus.

Iſidori æque ac Caſſiodori veſtigia premit omiſſis aliquot tantum capitibus: ejus methodo vocibus ita tenaciter adhæret, ut Hiſpanorum mores & Ritus ſuos dicat; *verum apud nos ſecundum antiquam Hiſpaniarum traditionem:* quæ deleri potuerant ab autore Germano. Bedam iterum compilat ut ne verbum quidem ipſius hic legatur. Hæc Benedictio Dei iterum edita fuit in Supplemento Bibliothecæ maximæ Patrum.

PRÆFATIO AUCTORIS

AD

BATHERICUM

EPISCOPUM RATISBONENSEM.

Domino ſemper in Chriſto venerando, Batherico *Epiſcopo.*

EGo deſiderii veſtri flagrans amore, memor benignitatis & charitatis veſtræ, ac ſermocinationis invicem ſæpius habitæ, de divinæ ſervitutis officiis; quâ ſcilicet reverentiâ & honore debeant celebrari; Sanctorum & venerabilium Doctorum pro exiguitate ſenſus mei perſcrutans eloquia: ex quibus; qua valui brevitate, quoſdam colligens floſculos, vobis obtuli relegendos: quatenus veſtro ſtudio magna ex illis ſuavitas accepta, divinis offeratur conſpectibus. Sunt etenim maximè ex Pſalmorum expoſitione: qui quodam privilegio Deitatis ſacrati habentur laudibus: ipſa, per parva excerpta capitula; quos ſancti Patres noſtri & Doctores Eccleſiæ expoſuerunt, Hieronymus videlicet, Auguſtinus, Caſſiodorus magnus & eloquens vir; ſed & Iſidori de Antiphonis, Reſponſoriiſque, & aliis rebus; Bedæ quoque eximii Magiſtri inſerui monita: ut, quod reverenter interim agitis, perſpectâ Patrum auctoritate, ferventior, divinâ inſtigante gratiâ, in veſtrâ Eccleſiâ, ad hæc peragenda ſtudioſus accendatur affectus.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Contigit enim me multa peragrando loca, audiſſe divina officia inordinatè, & ſine auditus delectatione celebrari. Sunt namque nonnulli, qui tantum ob verecundiam hominum, ne fortè ignavi ab ipſis judicentur, intrantes Eccleſiam, ſine antiphone, curſim, & omni cum velocitate, ut citius ad curam carnis exeant peragendam, divinis negligenter aſſiſtunt laudibus, cùm in mundanis ſtudioſi habeantur operibus. Qui neſciunt, quia ſancti Doctores & eruditores Eccleſiæ, ſancto Spiritu & gratia Dei repleti, inſtituerunt modulationem, in Antiphonarum vel Reſponſoriorum repetitione honeſtiſſimam: quatenus hac dulcedine animus audientium delectatus, ad Dei laudes, & amorem cœleſtis patriæ ardentius accenderetur. Hujusmodi verò tales, non ſolùm alios ad Deum laudandum non excitant, ſed nec ſe ipſos. Quia, ſi ſine verecundia potuiſſent, penitus dimitterent.

Laicorum negligentia circa ſacra.

Epiſcoporum.

Alii vero, qui, quod pudet dicere, etiam Epiſcopi, tota die conviviis & poculis vacantes, & penè uſque in noctis medium, vel uſque ad gallorum cantum, aut eo amplius, diverſis ſtudent potionibus ſuæ ſatisfacere voluntati, quibus convenit illud, quod dixit Spiritus Sanctus per Salomonem: *Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Et illud Prophetæ: *Cithara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in conviviis veſtris; & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum ejus conſideratis.* Iſti tales, magis ſtudentes hominibus placere quàm Deo, priuſquam dormitum eant, nocturnas vigilias deſidiosè perſolventes ſtratu mox decubant; donec iterum tempus manducandi & bibendi redeat. Surgentes vero, dum ſe veſtibus induunt, diurna peragunt officia; putantes, ſibi ſufficere poſſe, ſi ſaltem quoquo modo illa decantent: ignari, quia horæ ſunt in ſancta Eccleſia conſtitutæ; quibus per diem & noctem divinæ ſervitutis officia perſolvantur: id eſt; matutinum, prima, tertia, ſexta, nona, veſpera, completorium. De his enim dixit Propheta; *Septies in die laudem dixi tibi.* De nocturnis verò vigiliis ait; *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Sed & de matutinis alibi dicit; *In matutinis meditabor in te; quia tu fuiſti adjutor meus.* In iſtis enim debemus laudes cum ſummo ſtudio creatori noſtro referre. Nam reliquæ horæ noſtris uſibus ſunt conceſſæ. Quas ſi negligimus, ſanctorum Patrum inſtitutis contraimus: quibus contraire, periculoſum eſt. Neque enim poſſunt communionem ſanctæ Eccleſiæ habere, qui ejus inſtituta, etſi non verbis, operibus verò oppugnare nituntur; dum, quod permaximum eſt, in ſancta Eccleſia; (ſi cum charitate & ſtudio pietatis peragatur) id eſt, laudis divinæ pſalmodia modulata, & miſſarum ſolennia, nec temporibus congruis, nec religioſis celebrant affectibus. Non enim talia referendo, vos denotare volo; ſed, ne his participemini ammonere ſumma humilitatis ſubjectione præſumo; ideoque SS. Patrum, quæ ſequuntur, dicta pauca obtuli: ut, horum devitantes errorem, & iſtorum ſequentes exemplum, irreprehenſibiliter coram Deo & hominibus divinitatis opera, divinis digna conſpectibus ſtrenuè in veſtra Eccleſia perſolvantur: quatenus, ſicut aliis mirandis & magnificandis præclari eſtis operibus, in hoc etiam ſitis perlucidi: ut exemplo veſtro corrigatur ſupradictorum ignavia.

Prov. 23.

Iſai. 5.

Hæc, Domine Pater, quæ ſolo charitatis & amoris inſtinctu pauca collegi ex pluribus; licet veſtra ſagacitas potiora, ſicut ſunt in dictis Patrum ſanctorum, valeat invenire, gratiſſimo ſuſcipite affectu; ut meus labor veſtro perficiatur ſtudio. Benè vos valere ſemper opto in Domino, veſtri benignè memor.

Pſal. 118. Ibid. Pſal. 62.

DE

Digitized by Google

DE LAUDE PSALMORUM ET PSALTERII.

EX

PRÆFATIONE CASSIODORI IN PSALMOS.

REpulsis aliquando in Ravennati urbe sollicitudinibus dignitatum, & curis sæcularibus noxio sapore conditis; cùm Psalterii cœlestis animarum mella gustassem; id quod solent desiderantes efficere, avidus me perscrutator ingessi, ut dicta salutaria suaviter imbiberem post amarissimas actiones. Sed familiaris inchoantibus occurrit obscuritas; quæ variis est intexta personis, & velata parabolis. Hæc in dictis vitalibus noxia dissimulatione præteritur; dum sæpe illud reperiri solet ambiguum, quod magni sacramenti gestat arcanum. SÆC. IX. ANNO 814.

Tunc ad Augustini facundissimi patris confugi (a) opinatissimam lectionem: in qua, tanta erat copia congesta dictorum; ut retineri vix possit relectum; quod abunde videtur expositum. Credo, cùm nimis avidos populos Ecclesiasticis dapibus explere cupit, necessariò fluenta tam magnæ prædicationis emanavit. Quocirca, memor infirmitatis meæ; mare ipsius quorundam Psalmorum fontibus profusum, divina misericordia largiente, in rivulos vadosos, compendiosa brevitate deduxi, uno codice tam diffusa complectens, quæ ille in decadas quindecim mirabiliter explicavit. (a) M.s. S. Germani à Pratis habet: dissertissimam lectionem.

Sed, ut quidam de Homero ait; Tale est de ejus sensu aliquid surripere, quale Herculi clavam de manu tollere. Est enim literarum omnium Magister egregius; &, quod in ubertate rarum est, cautissimus disputator. Decurrit quippe tanquam fons purissimus, nulla fece pollutus; sed in integritate fidei perseverans. Nescit hæreticis dare, unde se possint aliqua colluctatione defendere. Totus Catholicus; totus orthodoxus invenitur: & in Ecclesia Domini, suavissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiatur. Augustini Laus.

Quædam verò noviter inventa, post tam mirabilem Magistrum, sola Domini præsumptione subjeci; qui parvulis confidentiam, cæcis visum, mutis sermonem, surdis præstat auditum.

Quem tamen Codicem etiam per quinquagenos Psalmos cum Præfationibus suis trina sum divisione partitus; ut claritas literæ (b) sanioribus oculis se pulchrius aperiret; & desiderio legentium fratrum numerosi Codicis corpora præstarentur: ita & ad Bibliothecæ cautelam unus relictus est: & propter congregationis studium commodissimè forsitan esse noscitur divisus. Elogium Psalmorum. (b) al. senioribus.

Quapropter mandato Domini confidentes, cœlestis mysterii claustra pulsemus, ut aperiat sensibus nostris floriferas sedes; quatenus in illo cœlesti paradiso salutariter introducti, spiritalia poma, sine aliqua primi hominis transgressione carpamus. Verè coruscus liber, sermo (c) lampabilis, cura sauciati cordis, favus interioris hominis: pinax spiritualium personarum; occultarum lingua virtutum; quæ inclinat superbos humilitati, (d) reges pauperibus subdit; affabilitate parvulos nutrit. Quanta enim illic est pulchritudo sensuum, & stillantium medicina verborum: ut meritò hîc illud Salomonis aptetur, quod dixit in Cantico Canticorum: *Hortus conclusus, & fons signatus, paradisus plenus omnium pomorum.* Modò enim quidam Psalmorum salutari institutione formati, turbidos & tempestuosos animos declinant in limpidam & tranquillissimam vitam. Modò promittentes Deum propter salutem credentium visualiter humanandum; & ad judicandum orbem esse venturum. Modò (e) commonent, lachrymis peccata diluere; eleemosynis delicta curare. Modò sacris orationibus reverenter attoniti: Modò Hebræi Alphabeti virtute profundi. Modò de passione & de resurrectione Domini salutaria prædicantes. Modò lamentantium deploratione piissimi. Modò versuum repetitione, quædam nobis sacramenta pandentes. Modò Canticorum graduum ascensione mirabiles. Postremò, supernis laudibus feliciter inhærentes, beata copia, inexplicabile desiderium, stupenda profunditas. Non potest animus fidelis expleri, qui cœperit inde satiari. (c) Ita M. s. & impressus quoque Cassiodori ait à lampade: quasi fermo lucidus, illuminans. *Can.* 4. (d) l. humiliatis. B. (e) M.s. cod. commovent.

Psalmi sunt denique, qui nobis gratas faciunt esse vigilias; quando silenti nocte, psallentibus choris, humana vox erumpit in musicam: Verbisque arte modulatis, ad illam

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

illum redire facit, à quo pro ſalute humani generis divinum venit eloquium. Cantus, qui aures oblectat, & animas inſtruit, fit vox una pſallentium; & cum Angelis Dei, quos audire non poſſumus, laudum verba miſcemus: per illum ſcilicet, qui venit ex ſemine David, Dominum Chriſtum; ſicut ipſe in Apocalypſi dicit; *Ego ſum radix, & origo David:* A quo & religionem ſalutarem accepimus; & ſanctæ Trinitatis myſteria revelata cognoſcimus. Unde meritò eis Patris & Filii & Spiritus Sancti una gloria ſociatur; ut perfecta eorum præconia comprobentur. Ipſi enim diem venturum, matutina exultatione conciliant. Ipſi nobis primam horam diei dedicant. Ipſi nobis horam tertiam conſecrant. Ipſi ſextam in panis confractione lætificant. Ipſi nobis nonâ, jejunia reſolvunt. Ipſi diei poſtrema concludunt. Ipſi noctis adventu, ne mens noſtra tenebretur, efficiunt: ſicut ipſi dicunt: *Nox illuminatio in deliciis meis; quoniam tenebræ non tenebrabuntur abs te Domine:* ut meritò ſe à vera vita credat alienum, quiſquis hujus muneris jucunditate non fruitur. Quorum virtutes, ut breviter divinus ſermo concluderet, in 70. Pſalmo dicturus eſt: *Ego autem confitebor tibi in vaſis Pſalmorum veritatem tuam.* Reverâ vaſa veritatis, quæ tot virtutes capiunt, tot divinis odoribus farciuntur, tot theſauris cœleſtibus cumulantur. Hydriæ, quæ vinum cæleſte recipientes, puritatem ejus ſemper in novitate cuſtodiunt.

Apoc. 22. *Pſal.* 138. *Pſal.* 70.

Dulcedo mirabilis, quæ ſeculi corruptionibus non aceſcit: ſed, in ſua permanens dignitate, gratia ſemper puriſſimæ ſuavitatis augetur. Apotheca valdè copioſa, de qua cùm bibant tam magni terrarum populi, ubertas ejus neſcit expendi.

Quam mirabilis autem ex ipſis profluit ſuavitas? Dulciſonum organum humanis vocibus æmulantur. Tubarum ſonitus, grandiloquis clamoribus reddunt. Vocalem citharam viventium chordarum permiſtione componunt. Et quidquid antè inſtrumentis muſicis videbatur agi, nunc probatur per rationales ſubſtantias explicari.

Veruntamen, nequaquam nobis, ut pſittacis, meruliſque vernandum eſt; qui, dum verba noſtra conantur imitari, quid tamen canant, noſcuntur modis omnibus ignorare. *Melos ſiquidem blandum animos oblectat: ſed non compellit ad lachrymas fructuoſas. Permulcet aures; ſed non ad ſuperna erigit audientes.* Corde autem compungimur, ſi quod ore dicimus, animadvertere valeamus: ſicut in Pſalterio legitur: *Beatus populus, qui intelligit jubilationem.* Et iterum: *Quoniam Rex omnis terræ Deus, pſallite ſapienter.* Philippus quoque Apoſtolus; cùm Reginæ Candaces eunuchum Eſaiam legere cognoviſſet; ſcripturas ei ſanctas competenter expoſuit. Qui poſtquam, quod legebat, advertit, ſtatim gratiam baptiſmatis exquiſivit; & mox perfectè munera ſalutis accepit. In Evangelio etiam Dominus ait: *Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit; venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ejus.* Unde congruè datur intelligi; hæc illis provenire non poſſe, qui Scripturas ſanctas puro corde merentur advertere. De qua pulchrè pater Hieronymus ait; *Margaritum quoddam eſt ſcriptura divina, & ex multis partibus forari* (a) *poteſt.*

Pſal. 88. *Pſal.* 46. *Actor.* 8.

(a) al. formari.

Quocirca, Pater Apoſtolicè, qui cœleſtes literas ſanctis moribus reddidiſti; præſtante Deo, tua imitatione provocatus, abyſſos divinos ingrediar: Qui clemens errata corrigis; nec ſeverus imputas, quod emendas.

Sed antequam apothecas ſpiritales attingam, quædam diviſis capitibus, quæ ſunt numero decem & ſeptem, æſtimo prægustanda: ut, cùm earum rerum locus ſe intulerit, magni nectaris potus, ſuaviſſimis delectationibus hauriatur.

I. De prophetiæ diverſis ſpeciebus nihilominus eſt dicendum; ut, quæ ſit iſta Davidica, poſſimus diſtinctus edoceri.
II. Cur in Pſalmorum Titulis, quaſi auctorum nomina diverſa reperiuntur.
III. Quid ſignificet, *in finem*; quod frequenter invenitur in Titulis.
IV. Quid ſit Pſalterium, vel Pſalmi, quare dicantur.
V. Quid ſit Pſalmus.
VI. Quid ſit Canticum.
VII. Quid ſit pſalmocanticum.
VIII. Quid ſit Canticum Pſalmum.
IX. De quinquefaria diviſione.
X. De unica inſcriptione Titulorum.
XI. Quid ſit diapſalma.
XII. Utrum in quinque voluminibus Pſalmorum ſit ſecanda contextio; an certè unus liber debeat nuncupari.
XIII. Quemadmodum in Pſalmis ſit de Chriſto Domino ſentiendum.
XIV. Quemadmodum ſit expoſitio digeſta Pſalmorum.
XV. De eloquentia totius legis divinæ.
XVI. De propria eloquentia Pſalterii.
XVII. Laus Eccleſiæ.

Nunc ad præmiſſum ordinem, Domino præſtante veniamus.

I. De

Digitized by Google

I. *De Prophetia.*

SÆC. IX. ANNO 814.

(*) PRophetia, eſt aſpiratio divina, quæ eventus rerum, aut per facta, aut per dicta quorundam, immobili veritate pronunciat. De qua bene quidam dixit: *Prophetia eſt ſuavis dictio, cœleſtis doctrinæ favos, & dulcia divini eloqui mella componens.* Unde & ipſe David in 118. Pſalmo dicturus eſt; *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & favum ori meo.* Multis autem modis gratiæ iſtius munera præſtabantur: ſed, ut de plurimis pauca complectar: acta eſt per operationes hominum; ut fuit arca Noë; & ſacrificium Abrahæ, & tranſitus maris rubri. Per nativitates quoque geminorum Eſau & Jacob, qui futurarum Sacramenta geſtabant. Per angelos; ſicut locuti ſunt Abrahæ; vel, Loth: Zachariæ, & Mariæ. Per viſiones; ſicut Eſaiæ & Ezechieli, & cæteris ſanctis. Per ſomnia; ſicut Salomoni & Danieli. Per nubem & vocem de cœlo, ſicut Moyſi. Unde conſtat, ſecundum David; non per operationes hominum; non per nativitates geminorum; non per angelos; non per viſiones; non per ſomnium, non per nubem, & vocem de cœlo; nec, per alios quoſcunque modos; ſed, cœleſti aſpiratione fuiſſe completum, ſicut de ipſo legitur in primo Regum volumine: *Et directus eſt ſpiritus Domini in David; à die illa, & deinceps.* Ipſe quoque Dominus in Evangelio dicit; *Si David in ſpiritu vocat eum Dominum; quomodo dicitis, quod filius ejus eſt?* Quo dicto recognoſcimus evidenter; per Spiritum Sanctum fuiſſe Pſalmos prophetatos. Sciendum eſt ſanè; quod omnis prophetia, aut de præterito, aut de præſenti, aut de futuro tempore loquatur, aut agat aliquid.

De Prophetia.

(a) Hæc omnia ſunt Caſſiodori ut & ſequentia.

Pſal. 118.

1. *Reg.* 16. *Matth.* 22.

Animadvertendum eſt quoque, Spiritum Sanctum ſic fuiſſe Prophetis ſanctiſſimis attributum; ut tamen ad tempus, pro infirmitate carnis, & contrarietate peccati, ab ipſis offenſus, abſcederet: Et iterum placatus, ſub opportunitate temporis adveniret. Unde & S. Hieronymus, exponens Evangeliſtam Marcum, in loco, ubi ait de Joanne; *Vidi apertos cœlos: Et Spiritum tanquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo:* ita evidenti ratione tractavit; ut nemo contra ſententiam ipſius venire præſumat. In Pſalmo quoque 50. Propheta poſt Prophetam rogat; *Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.* Nam, ſi ſemper, ut ait B. Hieronymus, in Prophetis eſſet ſermo divinus, & juge in pectore eorum haberet hoſpitium, nunquam crebrò Ezechiel poneret; *Et factus eſt ſermo Domini ad me dicens.* In libro quin etiam Regum, *Heliſæus Propheta dicit de muliere, cujus filius extremum clauſerat diem; Dimitte eam, quia in amaritudine eſt; &, Dominus celavit me, & non indicavit mihi.* Apoſtolus quoque dicit; *De Virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do.* Item ipſe commemorat; *Hoc ego præcipio, non Dominus.* Et alio loco ſic meminit: quæ loquor, non loquor ſecundum Deum. Unde ſimiliter etiam cæteris Prophetis, aliqua quidem Dominus locutus eſt; & non Prophetæ: Et aliqua Prophetæ, & non Dominus. Nec illud ſpecialiter de Domino Jeſu Chriſto diceret Joan. Baptiſta; *Qui miſit me baptizare, ipſe dixit mihi: ſuper quem videris Spiritum Sanctum in ſpecie columbæ deſcendentem, & manentem in eo, hic eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Nunquam enim proprium eſſet in Domino Chriſto, quod additur; & manentem in eo; niſi ab aliis nonnunquam recedere probaretur. In Chriſto enim permanſit: quia peccatum non habuit. Ab aliis jure diſceſſit; quia pollutionis maculam perceperunt. Spiritui enim Sancto non poteſt eſſe communio cum delictis. Nam ſic ſcriptum eſt in libro Sapientiæ Salomonis: *Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.*

Spiritus Sanctus non ſemper manſit in Prophetis.

Marc. 1.

Pſal. 50.

Ezech. 6. & 7. 4. *Reg.* 4.

1. *Cor.* 7.

Ibid.

Joan. 1.

Sap. 1.

Eſt autem prophetiæ magnificum nimis & veriloquum dicendi genus, non humana voluntate compoſitum, ſed divina inſpiratione profuſum, ſicut ait Petrus Apoſtolus: *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.* Nam & Paulus Apoſtolus dicit; *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & conſolationem.* Et paulò poſt: Qui prophetat, Eccleſiam ædificat. Ædificat planè; quando res incognitas, nimiſque neceſſarias, prælocutionis beneficio facit eſſe notiſſimas. Nam & quibus data eſt facultas benè intelligendi, vel interpretandi ſcripturas divinas; à munere prophetiæ non videntur excepti: ſicut Apoſtolus ait in Epiſtola ad Corinth. 1. *Spiritus prophetarum Prophetis ſubjectus eſt.*

1. *Petr.* 1.

1. *Cor.* 14.

Uti ſuprà.

Sed quoniam de prophetiæ muneribus competenter forſitan, quæ leguntur, agnovimus; nunc, quæ reſtant, ſolicite perſcrutemur.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

II. *Cur in Pſalmorum titulis, quaſi auctorum nomina diverſa reperiuntur.*

De titulis Pſalmorum.

IN 1. lib. Paralipomenon legitur; *Cum Prophetâ David devotâ Domino ætate ſenuiſſet; quatuor millia juvenum ex Iſraëlitico populo delegiſſe*; qui Pſalmos, quos ipſe Domini aſpiratione protulerat, organis, citharis, nablis, tympanis cymbalis, tubis, propriaque voce, in magna jocunditate ſupernæ gratiæ perſonarent. Quæ ſuavis adunatio, tribus partibus diviſa conſtabat. Rationalis pertinebat ad humanam vocem. Irrationalis; ad inſtrumenta muſica. Communis autem, de utriſque partibus aptabatur: ut & vox hominis certis modulationibus ederetur; & inſtrumentorum melos conſona ſe vicinitate conjungeret. Sic ſuavis illa, & jucunda muſica Eccleſiam Catholicam tali actu prædicebat: quæ ex diverſis linguis, varioque concentu in unam fidei concordiam erat, Domino præſtante, creditura.

1. Par. 23.

Ex quo numero, indita nomina frequenter in titulis invenimus; ut, Idithum, Aſaph, filii Chore, & his ſimilia. Non quia ipſi, ut quidam volunt, auctores fuêre Pſalmorum; ſed quemadmodum Præpoſiti Artificibus, adminiſtratores earum rerum probabiles exſtiterunt, ut honorem de tali commemoratione ſumerent, qui officio ſancto devotis mentibus ſerviebant; maximè, quia & nomina eorum intellectus rerum congruos indicare noſcuntur. Non enim ſuprà dicti viri ad Pſalmos faciendos electi ſunt; ſed eos congregatos tantum legimus ad canendum: Pſalmographos autem fuiſſe, hiſtoria nulla teſtatur. Et præſumptuoſum eſt, dicere, quod nulla poſſit auctoritate firmari. Pſalmos enim ad ſolum Prophetam David pertinere, certis declaratur indiciis. Denique in Apocalypſi, volens iſtud opus intelligi, ſolius meminit dicens: *Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clavem David; qui aperit, & nemo claudit, claudit,* & *nemo aperit.* In Evangelio quoque Phariſæis ipſe Dominus dicit: *Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum dicens; Dixit Dominus Domino meo, &c.* Unde probatur; Univerſos Pſalmos non multorum exiſtere; ſed tantum ipſius, quem à Domino conſtat eſſe nominatum. Uſus quoque Eccleſiæ Catholicæ, Spiritus Sancti inſpiratione generaliter & immobiliter tenet; ut quicunque eorum cantandus fuerit, qui diverſo nomine prænotantur, lector aliud prædicare non audeat, niſi Pſalmos David. Quod ſi eſſent proprii, aut Idithum, aut filiorum Chore, aut Aſaph, aut Moyſi, eorum nomina utique prædicarentur, ſicut & in Evangeliis fit, quando aut Marci, aut Lucæ, aut Joannis vocabulo pronunciantur. Quod etiam ſecutus Pater Auguſtinus, congruenter omnes Pſalmos dicit eſſe Davidicos.

Apoc. 3.

Matth. 22.

Solus David author Pſalmorum.

III. *Quid ſignificet*, in finem, *quod frequenter invenitur in Titulis.*

Finis duobus modis dicitur.

FInem duobus dicimus modis. Prima eſt ille communis, atque mortalis, quando res aliqua ad extremum deducta pervenerit; nec ulterius poteſt prodire; qui motus ſui terminum probatur accipere. Sic enim dicimus; finitum cibum; qui ſedula comeſtione conſumptus eſt. Finitam pecuniam, quæ docetur expenſa, &c. quæ hoc modo probantur edici. Secundus dicitur, finis perfectus, atque perpetuus, quem modò quærimus: qui tum nobis protendi magis, ac dilatari incipit, quando ad eum mens devota pervenerit. Finis ergo legis ac plenitudo Dominus noſter eſt, Chriſtus, ſicut Apoſtolus dicit; *Finis enim legis eſt Chriſtus ad juſtitiam omni credenti.* Ad quem dum pervenerimus, nihil ultra perquiremus: ſed in ipſo beatitudinis fine contenti, pleniſſima jucunditate perfruemur. Cujus tantum amor proficit, quantum intellectus noſter, Domino præſtante, clareſcit. Et ideo, quoties in titulis Pſalmorum, *Finem*, reperis, ad Dominum Salvatorem aciem intende, qui eſt finis ſine fine, & bonorum omnium completiva perfectio.

Rom. 10.

IV. *Quid ſit Pſalterium, vel Pſalmi quare dicantur.*

Quid ſit Pſalterium.

PSalterium eſt, ut Hieronymus ait, in modum Δ (a) literæ, formati ligni ſonora concavitas; obeſum ventrem in ſuperioribus habens, ubi chordarum fila religata, diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuaviſſimam dicuntur reddere cantilenam. Huic citharæ poſitio videtur eſſe contraria; dum, quod iſta in imo continet; illud converſa vice, geſtat in capite. Hoc autem genus organicanorum, atque ſingulare, aptatur corpori Domini Salvatoris: quoniam ſicut iſtud de altioribus ſonat: ſic, & illud glorioſæ inſtitutionis ſuperna concelebrat, ſicut ipſe in Evangelio dicit: *Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. Qui autem de cœlo venit, quæ vidit, & audivit, teſtatur.*

(a) Deltæ.

Joan. 3.

Unde quidam hoc opus Davidicum Pſalmos dictos eſſe, præfiniunt: quia, de ſuperno culmine reſonare noſcuntur. Cognoſce verò quòd iſti tantùm pro excellentia ſui

Digitized by Google

ſui dicantur Pſalmi, qui hoc volumine continentur. Nam & Pſalterium, genus eſſe Muſicorum (a) Daniel Propheta teſtatur, inquiens; *Vocem tubæ, fiſtulæ, ſambucæ, citharæ, pſalterii & ſymphoniæ, omniſque generis muſicorum.* Nam & Paralipomenon exponit, cùm dicit, *de lignis thyinis, quæ vulgò* (b) *evelina* (c) *vocantur, gradus factos in domo Domini, & in domo Regia; citharas quoque, & pſalteria cantoribus.* Hoc apud Hebræos dicitur nablum: quod tamen in ſupra ſcripto libro frequenti repetitione vulgatum eſt.

Ipſum verò Pſalmum Græcum eſſe conſtat vocabulum; quem dictum quidam vo-unt, ἀπὸ τῦ ψαύειν, hoc eſt, à tangendo. Nam & pſaltrias, citharœdas vocamus, docto pollice modulationes muſicas exprimentes.

SÆC. IX. ANNO 814.

(a) Inſtrumentorum. *Dan.* 3.

(b) LXX. eſt 2. *Par.* 9. πεύκινα.

(c) l. Ebena.

V. *Quid ſit Pſalmus.*

Quid Pſalmus.

PSalmus eſt, cùm ex ipſo ſolo inſtrumento muſico, id eſt, Pſalterio, modulatio quædam dulcis & canora profunditur.

VI. *Quid ſit Canticum.*

Quid Canticum.

CAnticum eſt, quod ad honorem Dei canitur, quando quis libertate propriæ vocis utitur: nec loquaci inſtrumento cuiquam muſico conſona modulatione ſociatur. Hoc eſt, quod etiam nunc in divinitatis laudibus agitur.

VII. *Quid ſit Pſalmocanticum.*

Pſalmocanticum.

PSalmocanticum erat, cùm inſtrumento muſico præcinente, canens chorus ſociatis vocibus adclamabat; divinis duntaxat vocibus obſecutus.

VIII. *Quid ſit* (d) *Canticumpſalmum.*

(d) Canticopſalmum.

CAnticumpſalmum erat, cum choro antecedente, ars inſtrumenti muſici in unam convenientiam (e) comiter aptabatur; verbaque hymni divini ſuavis copula perſonabat.

(e) al. communiter aptabatur. Garet. in edit. Caſſiod.

IX. *De quinquefaria diviſione.*

Quinquefaria diviſio.

HAnc autem, quam diximus quinquefariam diviſionem, prout unaquæque earum, Pſalmorum titulis potuerit invenire, locis aptiſſimis admonebo: ubi, ſignificantiam quandam ſubſequentibus rebus myſtica interpretatione contradunt. Sed quia ſunt & aliæ multifariæ ſuperſcriptiones, quas prætereundas eſſe non arbitror, breviter in unam concluſionem æſtimo colligendas; ut, nec faſtidium lector incurrat; nec in damno intelligentiæ neceſſaria fortè prætereat.

X. *De unica inſcriptione Titulorum.*

Inſcriptiones Titulorum per allufionem intuendæ.

QUaſdam ſuperſcriptiones Pſalmorum per alluſionem conſimilem conſtat ſpiritualiter intuendas. Quia, ſi literam non conſideres, extraneum eſt: cùm non ea invenias in Pſalmis, quæ continentur in Titulis. Si verò trahantur ad Tropicum intellectum, nimis videntur accommodæ: Ut eſt illud, ubi res geſtæ ſignificantur; id eſt, cum fugit à facie Abſalon. Ubi locus; ut eſt; cùm eſſet in deſerto Idumeæ. Ubi dies; ſicut eſt; in prima Sabbati. Ubi Hebræa nomina; ſicut eſt, Idithum. Ubi facta eſt comparatio geſtorum: id eſt, cùm mutavit vultum ſuum coram Abimelech. Vel ſpecierum conſimilium: id eſt, pro torcularibus. Quapropter, in ſuperſcriptionibus titulorum; ſive Pſalmum, ſive Canticum, ſive Pſalmocanticum, ſive Canticumpſalmum, ſive, in finem; ſive aliquid de ſexta, quam diximus, complexione, reperire potueris: aut ſigillatim, aut unum, duo vel tria, ſive quatuor ex eis inſerta cognoveris, ad illas virtutes trahe: quia, rerum iſtarum commemoratio, ad ſimilitudinem occultæ intelligentiæ poſita ſubtiliter invenitur. Iſta enim ante fores Pſalmorum tanquam ſacrata vela pendent: per quæ, ſi aciem mentis intendas, rareſcentibus quibusdam filis, facilè eorum penetralia contueris. Quis enim cauſas tot diverſitatis nominum putat otioſas? cùm nefas ſit, credere, ſcripturas divinas aliquid ſupervacuum continere. Legitur enim; *amen amen dico vobis, quod jota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia compleantur.* *Matth.* 5.

Digitized by Google

SÆC. IX.

XI. *Quid sit diapsalma.*

ANNO 814.

INter expositores Psalmorum de hoc nomine quædam noscitur proveniſſe diverſitas. Hieronymus, Hebraicæ linguæ doctiſſimus inquiſitor, continuationem Spiritus Sancti eſſe confirmat; ob hoc, quia diapsalma ſignificet, ſemper. Beatus autem Auguſtinus, rerum obſcurarum ſubtiliſſimus indagator; inter ardua ſine offenſione diſcurrens, hanc potius partem elegiſſe cognoſcitur: ut magis diviſio eſſe videatur, nominis ipſius diſcutiens qualitatem: σύμψαλμα (ſympſalma) quippe dicitur Græco vocabulo, vocum adunata copulatio. διάψαλμα, (diapſalma) verò ſermonum rupta continuatio; docens, ubicunque repertum fuerit, aut perſonarum, aut rerum fieri permutationem. Meritò ergo tale nomen illic interponitur, ubi vel ſenſus, vel perſona dividi comprobantur. Unde & nos diviſiones congruè faciemus, ubicunque in Pſalmis diapſalma potuerit inveniri.

Diapſalma.

Reliquas autem, prout datum fuerit, indagabimus, ubi tamen autoritas hujus nominis non potuerit inveniri.

XII. *Utrum in quinque voluminibus, Pſalmorum ſit ſecanda contextio, an certè unus liber debeat nuncupari.*

Diſtinctio Pſalmorum.

BEatus Hieronymus prophetiam Pſalmorum quinque libris putavit eſſe dividendam: quia, in textu operis hujus quarto legitur, fiat, fiat: *dum hoc verbo intercedente, nonnulla ſe videatur aperire diviſio.* Huic favit aſſenſa poſteritas, credo; dum ſibi conſultum judicavit; quod in multas partes curtabatur tædioſa longinquitas. Hilarius autem Pictavienſis Epiſcopus, divinarum rerum acutiſſimus & profundiſſimus exquiſitor; congruentius librum æſtimat dici debere Pſalmorum: quia in Hebræo unum volumen eſt: & maximè, cùm in Actibus Apoſtolorum legatur dictum; *in libro Pſalmorum.* Quapropter meritò unus liber dicitur: qui tanta auctoritate firmatur.

Pſal. 88.

Actor. 1.

XIII. *Quemadmodum in Pſalmis ſit de Chriſto Domino ſentiendum.*

Prophetiæ de Chriſto in Pſalmis.

TRibus modis Pſalmi loquuntur de perſona Domini Jeſu Chriſti, pro inſtructione fidelium. Primum per id, quod ad humanitatem ejus noſcitur pertinere, ut eſt illud ſecundi Pſalmi; *Adſtiterunt Reges terræ & Principes convenerunt in unum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.* Et in 20. Pſalmo; *Deſiderium ejus tribuiſti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum.* Secundò, quod æqualis & coæternus oſtenditur patri; ut eſt illud ejusdem ſecundi Pſalmi; *Dominus dixit ad me; filius meus es tu; ego hodie genui te.* Et in 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Tertiò à membris Eccleſiæ, cujus ipſe dux & caput eſt Chriſtus; ut eſt illud 21. Pſalmi; *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.* Et in 68. *Deus tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita:* quod dictum pro uno quoque fidelium debemus accipere. Cæterum delicta à Chriſto probantur funditus aliena. Unde Tichonius in libris Regularum latius, diligenterque diſſeruit. Hoc, ſi animo recondimus, nulla confuſione turbamur: quia error maximus inde naſcitur; quando inconvenienter redditur alibi, quod dictum conſtat ad aliud. Nam ſi uno modo fuiſſet locutus, quis ejus potuiſſet geminam ſubſtantiam agnoſcere; cùm etiam nunc in tam evidentiſſima diſtinctione, naturam divinitatis & humanitatis Domini Chriſti, aliqui nitantur ſacrilega voluntate confundere.

Pſal. 2. *Pſal.* 20. *Pſal.* 2. *Pſal.* 109. *Pſal.* 21. *Pſal.* 68.

Multa quoque ſecundum literam commonet; multa ſpiritaliter jubet, perſonas ſubitò decenter immutat; ut nunc Chriſtus Deus Verbum incarnatus, & homo factus caput Eccleſiæ, nunc ipſa Eccleſia, nunc homo juſtus, nunc pœnitens loqui videatur; ut omnia neceſſaria tangat, atque concludat. Ubique pleniſſimum cœleſtium rerum, ſanctum (a) vibrat eloquium, & multiplici diverſitate Virtutum, propter humani generis largiendam ſalutem, regni ſui adoranda myſteria, pius redemptor inſinuat. Hæc ideo præfati ſumus; ut, cùm ventum fuerit ad loca talia, intrepidus lector audire poſſit, quod ſe jam ſalubriter didiciſſe cognoverit. Illud tamen auctoritate Patrum, & veritatis ipſius atteſtatione firmiſſima credulitate tenendum eſt. Unum de Trinitate; ſive, unam ex Trinitate perſonam, Deum Verbum, miſeratione mortalium ex Maria Virgine hominem factum, ſpontanea virtute, non miniſtratoria neceſſitate: quia, nec naturæ ſuæ ullam mutabilitatem ſuſtinuit; nec aſſumptione carnis, augmenta Trinitatis effecit; ſed, ſicut quidam ait; Maculas noſtras lavit in ſanguine, rugas etiam tetendit in Cruce. Hoc cùm ſit ſpei noſtræ ſingulare præſidium, beatitudo credentium, felicitas magna juſtorum; non deſinunt hæretici impia voluntate corrodere; quæ humano generi ſalutis cauſam cognoſcitur præſtitiſſe.

(a) cod. m. s. librat. Garet.

XIV. *Quem-*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

XIV. *Quemadmodum ſit expoſitio digeſta Pſalmorum.*

De expoſitione Pſalmorum.

PRimò nobis de titulorum inſcriptione, Domino juvante, dicendum eſt; Unde, velut uberibus expreſſis lacteus ſenſus divinæ prædicationis emanat. Tum, unusquiſque Pſalmus, pro ſua qualitate dividendus eſt; ne, nobis intellectum permiſceat, aut occulta mutatio rerum, aut varietas introducta loquentium. Tertiò, arcanum Pſalmi, partim ſecundum ſpiritalem intelligentiam, partim ſecundum hiſtoricam lectionem; partim ſecundum myſticum ſenſum, ſubtilitates rerum diſcutiens, proprietateſque verborum, prout conceſſum fuerit, conabor aperire. Quartò; prout locus exegerit, Virtutem ejus breviter demonſtrare contendam: quatenus intentio digeſti carminis, divino munere, oculis interioribus eluceſcat. Virtutem Pſalmi dico inſpirationem divinam: qua nobis intentio ſuperna reſeratur; & ſermone Davidico, à vitiis nos removet, & rectè nobis vivere, perſuadet. Quintò, de Ordine numeri Pſalmorum, cùm res exegerit, memorabimus; qui reverentiſſimarum rerum honore ſacratus eſt. Hoc enim per ſingulos quoſque Pſalmos facere nobis difficile fuiſſe profitemur, quod inde terminatum, atque ſuſpenſum, Patrum etiam reliquit auctoritas. Reliquos autem ſibi calculos diligens perſcrutator exquirat. Quoniam multa acceſſu temporis in ſcripturis divinis fiunt clara, quæ nunc videntur abſcondita. In concluſionibus verò, aut ſummam totius Pſalmi ſub brevitate complectemur; aut contra hæreſes aliquid dicimus deſtruendas. Ipſa eſt enim Domini vera dilectio; adverſarios ejus odio habere perfecto.

XV. *De eloquentia totius Legis divinæ.*

Eloquentia Scripturarum.

ELoquentia legis divinæ, humanis non eſt formata ſermonibus; neque confuſis incerta fertur ambagibus: ut aut à rebus præteritis oblivione diſcedat, aut præſentium confuſione turbetur; aut futurorum dubiis caſibus eludatur; ſed cordi, non corporalibus auribus loquens; magna veritate; magna præſcientiæ firmitate cuncta dijudicans; auctoris ſui veritate conſiſtit. Sic enim in Evangelio, de Domini Chriſti prædicatione dictum eſt: *Loquebatur autem ſicut poteſtatem habens; non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.* Matth. 7. Ille indubitata loquitur, cui omnia præſentia ſunt: & rerum exitus probatur eſſe ſubjectus. Eloquentia ſiquidem eſt ad unamquamque rem competens, & decora locutio. Hæc igitur caſta, fixa, verax, & æterna prædicatio, nimis puriſſimo nitet eloquio; cujus utilitas lucet; magnificentia Virtutis apparet; operatio ſalutis arridet: ſicut & in centeſimo octavo decimo Pſalmo dicturus eſt: *quia eloquium tuum vivificabit me.* Pſal. 118. Et iterum; *Lucerna pedibus meis Verbum tuum, Domine, & lumen ſemitis meis.* Ibid. Re verâ lumen; quia ſemper vitalia jubet; noxia prohibet; terrena removet; cœleſtia perſuadet.

Hinc & Doctor gentium in Epiſt. ad Cor. ſcribit; *Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in Virtute.* 1. Cor. 4. Item ad Timotheum in ſecunda meminit dicens; *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum, ad corrigendum in diſciplina, quæ eſt Juſtitiæ; ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* 2. Tim. 3. Hæc, ſicut Patris Hieronymi teſtatur auctoritas, apud Hebræos, aut rhitmo, aut metrica conſtat lege compoſita, quæ, ut ipſi dicunt, faſtutiis continetur. Faſtutium enim eſt per commata procedens ad depromendum ſenſum naviter explicata conceptio. Cujus ſi Virtutem lector diligens perſcrutaris, audi Apoſtolum ad Hebr. dicentem; *Vivus eſt enim Dei ſermo & efficax, & acrior omni gladio ancipiti: & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum; & diſcretor cogitationum & intentionum cordis.* Hebr. 4. Scripturæ autem divinæ ſancta profunditas, adeò communes ſermones habet, ut eam univerſi incunctanter admittant. Senſus autem recondit veritatis arcanos, ut in ipſis ſtudioſiſſimè vitalis ſententia debeat indagari. Nam eam re verâ eſſe divinam, hinc maximè datur intelligi; quòd indocti ſubtiliſſima, temporales æterna, non niſi divino repleti ſpiritu, potuiſſe tradere, ſentiuntur.

Poſtremò; quot miracula jugiter facta ſunt? donec ſcriptura ipſa mundi ambitum divulgata compleret, ſicut ſcriptum eſt: *In omnem terram exivit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal. 18. Unde, ad probationem pertinet maximam: quia, lex divina per cunctas mundi partes cognoſcitur fuiſſe ſuſcepta. Hæc multis modis genera ſuæ locutionis exercet; diffinitionibus ſuccincta, ſchematibus decora, verborum proprietate ſignata, ſyllogismorum complexionibus expedita, diſciplinis irrutilans, non tamen ab eis accipiens extraneum decorem, ſed potius illis propriam conferens dignitatem. Hæc enim, quando in divinis ſcripturis ſplendent, certa atque puriſſima ſunt. Cùm verò ad opiniones hominum, & quæſtiones inaniſſimas veniunt, ambiguis

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 814.

altercationum fluctibus agitantur; ut, quod hîc est firmissimè semper verum, frequenter alibi reddatur incertum. Sic & lingua nostra, dum Psalmodiam canit, nobilitate veritatis ornatur. Cùm ad fabulas ineptas, & blasphema se verba convertit, ab honore probitatis excluditur, sicut Apostolus Jacobus dicit: *Ex ipso ore benedicimus Deum & Patrem; & ex ipso ore maledicimus hominem, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est.* Hæc mundanarum artium periti, (quos tamen multò posterius ab exordio divinorum librorum extitisse, manifestum est) ad collectiones argumentorum, quæ Græci Topica dicunt, & ad artem Dialecticam, & Rhetoricam transtulerunt, ut cunctis evidenter appareat, prius ad exprimendam veritatem justis mentibus datum; quod postea gentiles humanæ sapientiæ aptandum esse putaverunt.

Jac. 3.

Hæc in lectionibus sacris, tanquam clarissima sidera, relucent; & significantias rerum utilissimis compendiis decenter illuminant: Quæ nos breviter locis aptissimis admonebimus. Quoniam res ipsæ commodissimè deducentur ad medium; per quas concepti sensus clarius elucebunt. Nam & Pater August. in lib. 3. de doctrina Christiana, ita professus est: *Sciant autem literati modis omnium locutionum, quos Grammatici Græco nomine tropos vocant, auctores nostros usos fuisse.* Et paulò post sequitur: *Quos tamen tropos, id est, modos locutionum qui noverunt, agnoscunt in literis sanctis, eorumque scientia, ad eas intelligendas aliquantulum adjuvantur. Cujus rei & in aliis Codicibus suis fecit evidentissimam mentionem.* In libris quippe, quos appellavit de modis locutionum, diversa schemata sæcularium literarum inveniri probavit in literis sacris. Alios autem proprios modos in divinis eloquiis esse declaravit, quos Grammatici, sive Rhetores nullatenus attigerunt. Dixerunt hoc apud nos & alii doctissimi Patres; id est, Hieronymus, Ambrosius, Hilarius; ut nequaquam nos præsumptores hujus rei; sed pedissequi esse videamur.

Sed dicit aliquis: Nec partes ipsæ syllogismorum, nec nomina schematum, nec vocabula disciplinarum, nec alia hujuscemodi ullatenus inveniuntur in Psalmis. Inveniuntur planè in virtute sensuum, non in effatione verborum. Sic enim vina in vitibus, messem in semine, frondes in radicibus, fructus in ramis, arbores ipsas sensu contemplamur in nucleis. Nam & de profundissima abysso delicioſus piscis attingitur; qui tamen ante captionem suam humanis oculis non videtur. Meritò ergò esse dicimus, quæ inesse nihilominus virtute sentimus. Nam & Apostolus vetat, nos seduci per vanam sapientiam mundi; ista verò non abnegat in literis esse divinis.

Certè accedamus ad Psalmos, & interrogemus, quæ omni disputatione major est, rerum fidem. Istud ergò principale, Virgineum, & salutare locutionis genus; plerunque res aliquas refert: & sæpe longè alia, quàm audiuntur, exponit. Simplicitas duplex; &, sine dolo bilinguitas: *sicut fecit Joseph; qui, dum fratres suos aspectu ipso & sermone patrio cognovisset; ita eis videbatur loqui, ut nullatenus posset agnosci: quod non est ad deceptionis studium sumptum:* sed ad commodum magnæ utilitatis effectum. Hebræos sermones adhibet, causas profundissimas innuentes. Unam rem in malo, & in bono plerumque ponit: ut, quod nomine videtur esse commune; probetur qualitatibus discrepare. Cœlestia terrenis comparat; ut, quod in comprehensibilis magnitudo vetat intelligi; per notissimas similitudines possit adverti. In verbis autem serendis, mira potentia est: ut subitò, operta nobis, atque incomprehensibila, duobus tribusque sermonibus explicentur. Quid brevius dicam? frequenter etiam una syllaba ineffabilem Domini naturam demonstrat; ut est illud; *Qui est, misit me.* Cujus omne Verbum subtiliter inquisitum, copiosis sensibus scaturit. Nam, sicut fœcundissimus ager odoriferas herbas saluti nostræ producit accommodas, sic lectio divina, cùm per singula verba requiritur, semper illic cura mentis sauciæ reperitur. De cujus eloquentiæ modis, multi Patres latius, prolixiusque dixerunt: quorum nomina in libris introductoriis commemorando perspeximus. Sed fons ille cœlestis, quantum assiduè constat hauriri, tantum nescit expendi. Ac ne diutius in generalibus remoremur; specialia Psalterii, Domino juvante, tangamus. Quoniam ipsa res evidenter agnoscitur, quæ communibus rebus præmissis, postèa sub aliqua proprietate describitur.

Gen. 42.

Exod. 3.

XVI. *De propria eloquentia Psalterii.*

Diligentia Cassiodori in corrigendo Psalterio.

PRimum est; quod ipsi tantum Psalmi singulari nomine vocitantur: quos nos adhibitis hujus linguæ peritissimis, cum eorum volumine conferentes, servato usu psallentium, suis versibus æstimavimus esse reddendos: ne se in præsumptum ordinem auctoritas permista confunderet. Deinde; quod nullum aliud opus auctoritatis divinæ centum quinquaginta sectionibus continetur. Ubi enim tot Tituli diversa leguntur varietate conscripti? hîc; illud votivum nomen; alleluia, in superscriptionibus inchoavit: Hîc, commemoratio historiæ de Regum tracta volumine, in ipso limine posita, virtutes noscitur indicare Psalmorum: Hîc etiam, diapsalmata tantum interjecta monstrantur:

Digitized by Google

ſtrantur: Hîc, Pſalmi ſecundum virtutes ſuas, numerorum ordines tenent. Liber inchoans à beatitudine Chriſti; novi & veteris Teſtamenti ſacramenta percurrens, laudibus ſacris & ſancta jubilatione concluditur: ut meritò, ſe tali munere conſoletur Eccleſia; quæ hîc multarum calamitatum cognoſcitur afflictionibus ſauciari. Novit enim beneficio Domini triumphare de ſuis cladibus ingravata: Perſecutionibus ſiquidem proficit, afflictionibus ſemper augeſcit, ſanguine Martyrum rigatur, triſtitiâ magis erigitur, anguſtia dilatatur, fletibus paſcitur, jejuniis reficitur, & inde potius creſcit, unde mundus deficit. Quid enim in illo libro non invenies, unde ſe humanum genus debeat ſuaviter conſolari? Theſaurus in pectore mundo ſemper excreſcens; conſolatio magna lugentium, ſpes beata juſtorum, periclitantium utile ſuffugium; unde ſemper, quod expedit, tollitur; ejuſque fons, indefectâ perennitate ſervatur. SÆC. IX. ANNO 814.

Beatus quoque Athanaſius Alexandrinæ civitatis Epiſcopus, in libro, quem Marcellino ſuo chariſſimo deſtinavit; de proprietate Pſalterii, ut verbis ipſius utar, ita dicit: *Quicumque* (a) *Pſalmi verba recitat, quaſi propria verba decantat; & tanquam à ſemetipſo conſcripta unus pſallit; & non, tanquam alio dicente, aut de alio ſignificata ſumit & legit; ſed tanquam ipſe de ſemetipſo loquens, ſic hujuſmodi verba profert.* Et qualia ſunt, quæ dicuntur, talia velut ipſe agens ex ſemetipſo loquens, Deo videtur offerre ſermones. (a) Caſſiodor. Pſalterii.

Pſalterii quoque proprium eſt, quod per eum legis divinæ ſanctitas introitur. Non enim tyrones inchoant à Geneſi, non ab Apoſtolo; non inter ipſa initia, aut auctoritas Evangelica ſancta pulſatur. Sed licet Pſalterium quartus Codex ſit divinæ autoritatis: primùm tamen tyrones inchoantes ſcripturas ſanctas, inde legendi faciunt decenter initium.

XVII. *Laus Eccleſiæ.*

Laudes Eccleſiæ.

O Vere ſancta, ô immaculata, ô perfecta mater Eccleſia; quæ, divina gratia largiente, ſola vivificas, ſola ſanctificas, & perditum propriis culpis, inſtitutione ſua, humanum genus inſtauras. Cujus piæ confeſſioni nihil addi, nihil minui poteſt. Per omnes quippe Pſalmos, per omnia Cantica, præconia ſanctæ Trinitatis interſeris: ut, cujus ſunt ſacrata verba, quæ loquimur; ei laus ſemper, & dulciſſima gloria redderetur. Quæ ſalum ſeculi hujus, & hæreticorum ſæviſſimas procellas in arcæ illius Noë ſimilitudine, quæ tam evidenter portavit imaginem, ſola inoffenſo fidei curſu, ſine periculo diluvii, conſtanter enavigas; nec, ullis erroribus acquieſcis: quamvis adhuc inter pravitates hujus ſeculi, graviſſima neceſſitate verſeris. Quidquid enim reperitur præter vitale gremium tuum, mortiferum conſtat eſſe naufragium. Nam cum Sabellius deteſtabilis erret in patre, demens Arius delinquat in filio; Manes ſacrilegus neget Spiritum Sanctum; Alii ſcelerati veteri Teſtamento derogent; Nonnulli, novi gratiam non ſequantur: Tu tantùm devotione fideli, præſtante Domino, inoffenſè cuncta complecteris. Patrem quippe doces ingenitum; Filium, genitum; Spiritum Sanctum, de Patre & Filio procedentem: Unum Deum, ſanctam prædicans Trinitatem coæternam ſibi & æqualiter omnipotentem: Dominumque Chriſtum, manentem in divinitate ſua; & carne humanitatis aſſumptæ; ſalva uniuscujuſque proprietate naturæ, unam confiteris eſſe perſonam. Veteri Teſtamento, de novo fidem faciens, novum à veteri exortum eſſe cognoſcens.

Et, ut breviter cuncta complectar; neſcis loqui, niſi quod expedit credi. Nam quamvis diverſis hîc afficiaris anguſtiis, & doloſi hoſtis contrarietate quatiaris; tamen de totius mundi circulo congregata reſplendens, in modum pulcherrimæ pyramidis, ad æterna regna perduceris. Quæ huic ſchemati non immeritò compararis; quoniam de univerſis gentibus extollens verticem precioſum, juſtorum animas quaſi lumen eximium ad ſuperna regna transmittis: Meta frumentis plena cœleſtibus, de diverſis gentibus ſanctorum beata collectio, ſerenarum mentium lampabilis cœtus, inſolubilis conſtructio de vivis lapidibus fabricata, beatorum omnium æterna felicitas, ſole lucidior, nive candidior, ſine macula, ſine ruga. De qua ſcriptum eſt in Cantico Canticorum; *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulcra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Et paulo poſt: *Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet. Cujus dentes, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, Mater & Virgo, fœta & integra, genetrix & incorrupta, cujus os virtutum omnium fragrat odoribus.* De qua ſponſus dicit; *Odor oris tui ſicut malorum:* Et poſt paululum: *Odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Favus diſtillans labia tua ſponſa: mel & lac ſub lingua tua.* Quæ mereris denique oſculari Chriſtum; & decus illud perenniter cuſtodire virgineum. Tibi enim dicitur; *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt ubera tua vino; fragrantia unguentis optimis:* Et cætera, quæ liber ille divinus myſtica prædicatione complectitur. Cant. 4. ibid. Cant. 7. Cant. 4. Cant. 1.

Qua-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Quapropter, factis auditoribus per quandam isagogen (quæ est sequentis operis introductio, index cœlestium mysteriorum, & sacræ prænuncia dictionis) ut opinor, sufficienter attonitis; & desiderio superno divina largitate flammatis; nunc ad solvenda, quæ promissa sunt, Christo juvante, veniamus. Præsta Domine, cujus est omne, quod expedit; ut intelligenter, ut libenter, ut proficuè mereamur audiri. Tuis enim adjutoriis omnimodis indigemus; ut valeamus concesso sermone, aliquatenus verba tuæ majestatis exponere. Amen.

Ordo dicendorum.

Prolegomena, id est, prædicentia, antequam cœlestis Psalterii mella degustem, & campos illos glorioſissimæ Passionis, Domino præstante, contingam: quædam mihi videntur divisis capitibus, de textu ipsius carminis intimare; ut & legentes distinctius debeamus edocere, & nos ordines ipsos sine aliqua offensione, curramus.

In prima itaque parte, Domini carnalis vita describitur.

In secunda, natura deitatis ipsius subtiliter indicatur.

Tertia, multiplicatos dicit populos, qui eum nitebantur exstinguere.

Quarta, Propheta in eisdem monitis perseverat; ut desinant Judæi mala cogitare, vel facere; quoniam se noverint divinis virtutibus destruendos.

In quinta: Dominus Christus clamat ad Patrem; ut ejus audiatur oratio; & in resurrectione ipsius mundo profutura concedat.

Sexta; per totum Psalmum verba sunt pœnitentis; cui junguntur ejusdem modi alii sex; qui tamen in conclusione quinquagesimi Psalmi descripti sunt.

In septima parte Christus humiliter quidem petit, ut ei subveniatur à Patre, sed habet fiduciam rectæ conversationis; quod magis ad ejus pertinet deitatem. Sed more humanitatis assumptæ sibi postulat subveniri: ne diabolus animam ejus, iniqua præsumptione diripiat: & gloria ipsius in pulverem deducta dispereat.

In octava; parabolis & tropicis allusionibus congregatis, subsequens drama decurritur, & per allegoricas similitudines omnia referuntur ad Dominum Christum. Quæ schemata nos locis aptissimis evidentissimè commonemus, ut lectori studioso ambiguitas cuncta tollatur.

Nona, Post multiplicia præconia, quæ modò à deitate, modò ab humanitate ipsius, mutatis personis, & titulis ponitur Alleluia, quod significat, Laudate Dominum.

Decima, Sequuntur Gradales, qui animum nostrum ad Dominum Salvatorem, purâ & humili satisfactione perducunt.

Undecima, Variatis verbis, iterum laudes Domini, hymnidica exultatione concelebrat: modò Patris, modò Filii, modò Spiritus Sancti precans majestatem: ut nulli sit dubium, sanctam Trinitatem singulariter omnipotentem, quæ vult, facere in cœlo & in terra.

Duodecima, Septem Psalmi relinquuntur in fine, qui exultationibus hymnidicis totam gloriam sanctæ Trinitatis generaliter devotà mente concelebrant. Sic textus totius Psalterii duodecim partibus divisus, in Apostolorum numero, mira laude concluditur: quatenus & iste illud agat, quod Christi discipulos feciſſe cognovimus. Est etiam ejusdem rei aliud evidentius sacramentum; quod 150. diebus diluvio superducto criminibus suis terra diluta est. Sic & hi Psalmi, tali numero producti, genus humanum peccatis suis pollutum, convenienter reddunt absolutum. (a)

(a) Hucusque Cassiodorus. BASN.

Servite Domino in timore. Brevis & plana est ista commonitio; quâ hortamur Domino Deo non servili, sed amabili timore servire. Et ne servitium Dei durissimum fortè putaretur, subjunxit.

Psalm. 2.

Et exultate ei; Quia timor Domini non ad miseriam, sed ad gaudium ducit: *cum tremore.*

Psalm. 5. *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.* Dicendo enim; *Verba mea auribus percipe*; oris significat Psalmodiam. Sequitur; *intellige clamorem meum*, ut affectum cordis aperiret. Vox enim ista non erat labiorum crepitus; sed cordis affectus.

Psalm. 20. *Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.* Cantare est verba Domini ore proferre. Psallere autem, mandata divina bonis operationibus constanter implere. Hæc enim duo omnimodis à nobis expetuntur: ut laudes Domini fideliter ore cantemus: & opere nostro ipsius mandata faciamus.

Psalm. 21. *Qui timetis Dominum laudate eum.* Qui timetis Dominum, dicit: quia timor humanus non laudem parturit, sed vituperationem. Dei autem timor, quia justus & rectus est, laudem generat, amorem tribuit, ardorem charitatis inflammat: quia Deum non meretur prædicare, nisi qui cognoscitur & timere. Ideo dixit; *qui timetis, laudate.*

Ibid. *Apud te laus mea in Ecclesia magna. Vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Apud Deum debet esse nostra laus; id est; de Deo; & hoc, in Ecclesia Catholica, ut vota nostra acceptabilia sint Deo, quæ exhibemus coram timentibus se.

Ut

Digitized by Google

Ut audiam vocem laudis tuæ, & enarrem universa mirabilia tua. Vocem laudationis illam desiderabat fortè audire, qua Angeli Domini laudant Deum, dicentes; *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth:* quam hodie sancta Ecclesia in celebratione Missæ decantat: quando enim istam laudationem devotè canimus, angelorum proculdubio vocibus admiscemur. SÆC. IX. ANNO 814. *Psal.* 25.

Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Decorem domus dicit non pulcritudinem parietum, aut ministrorum preciosissimos apparatus: sed qualitatem bonorum actuum; quæ constat in Psalmorum jubilationem, & in precum sanctitatem, & in Christiani populi humillimam devotionem. *Esai.* 6. *Psal. eod.*

Psallite Domino sancti ejus, & confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Qui sancti sunt, præcipitur ut psallant Domino: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Confitenda & laudanda est memoria sanctitatis ejus; quæ humani generis misericorditer recordans effecit, quod nos salvare potuisset. *Psal.* 29.

Exultate justi in Domino. Injusti exultent in sæculo. Finito seculo finitur injustorum exultatio. Exultent autem justi in Domino: quia; permanente Domino, permanebit justorum exultatio. Exultare autem in Domino, ita convenit, ut laudemus illum, qui solus non habet, quod nobis displiceat. Rectos decet collaudatio; illi sunt recti, qui secundum voluntatem Dei dirigunt cor; & in prosperitate, & in tribulatione laudant Deum. *Psal.* 32.

Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi. Cithara inferius habet lignum, cui superjacent chordæ, quæ tactæ resonant, Psalterium vero in superiore habet ipsum lignum. Per citharam intelligitur terrena prosperitas, sive adversitas. *Confitemini ergò in cithara*; id est, sive tibi abundet aliquid terrenum: gratias age illi, qui dedit: sive tibi desit, vel fortè damno auferatur, similiter gratias age. Non est enim tibi ablatus, qui dedit; licet sit ablatum quod dedit. Potens est tibi, si vult, plura largiri. Per Psalterium verò significantur præcepta cœlitus hominibus data: quod Psalterium decem chordarum dicitur: quia decem sunt Verba legis: quæ, si implemus, perfectè Deo in Psalterio canimus. *Confitemini Domino in cithara, &c.* Isti sunt justi, quos superius dixit, qui sanctis actibus laudem Domini devota modulatione decantant. Cithara est, sicut in præfatione jam dictum est, lignei ventris immodica concavitas; quæ sursum chordarum fila transmittens, sonis dulcissimis percussa proloquitur: quæ ideo tale nomen accepit: quoniam cita iteratione percutitur. Huic meritò comparantur opera, quæ terrenis rebus ad supernam gratiam porriguntur; Id est, dum esurientem pascimus; dum nudum vestimus, dum ægrum visitamus; & cætera, quæ licet videantur carnalia, divinitatis tamen amore peraguntur. *Ibid.*

Citharizamus quoque, cùm passionibus nostris, vel damnis securè ac læti dicimus; *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Psalterium verò decachordum esse diximus, quod ordine converso alvum citharæ in superioribus habet, unde ad inferiorem partem canora fila descendunt; cui præcepta Decalogi convenienter aptantur. Quia secundum formam instrumenti hujus, de supernis venientia Domini jussa suscipimus. Et considera; quia solùm est instrumentum musicum, quod pro excellentia sui decachordum dicatur. Non enim hoc de cithara, vel aliis hujuscemodi instrumentis lectum esse meminimus. Decachordum verò Psalterium, sicut Veteres dixerunt, & illud nobis indicat sacramentum, ut referamus tria ad Deum, qui Trinitas est; Id est; Primum, quod ait; *Non habebis Deos alienos coram me.* Secundum, *Non facies tibi sculptile.* Tertium; *Non assumes tibi nomen Dei tui in vacuum. In quo jungit & de Sabbato.* Septem verò, quæ sequuntur, ad dilectionem dixerunt proximi pertinere: Id est; *honora patrem tuum & matrem; Non occides; Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui; Nec desiderabis uxorem ejus, &c.* Sic totius decachorda Psalterii virtus perfecta nobis & honorabilis indicatur. Psallimus quoque & in decem chordis; quando in quinque sensibus carnalibus, & in quinque spiritalibus probabili nos conversatione tractamus. Verùm ista, quæ dicimus, non sunt extra nos posita; sicut in Musica disciplina. In nobis est cithara; in nobis est Psalterium: imò ipsa organa nos sumus; quando ad similitudinem eorum, per gratiam Domini, actuum nostrorum qualitate cantamus. Hoc autem & illo exemplo datur intelligi, ubi ait; In me sunt Deus vota, quæ reddam laudes tibi. Hæc autem & his similia, sicut sæpe diximus, Tropicis allusionibus edicuntur. Mysteria Decachordi. *Exod.* 20.

Cantate ei canticum novum, bene psallite ei in jubilatione. Cantate canticum novum; exuite vetustatem. Non pertinet canticum novum ad veteres homines. Benè psallite ei in corde, & voce: ne fortè illi displiceat. Non enim vult Deus offendi aures suas. In jubilatione canit; qui tantam laudem Dei cum fervore in corde amplectitur, ut eam voce explere non possit. In qua jubilatione non potest benè psallere; nisi qui bonæ studium conversationis adjunxerit. *Ibid.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Benedicam Dominum in omni tempore; ſemper laus ejus in ore meo. Non ſolùm quando ad laudem Dei faciendam accedimus; ſed omni tempore debes laudare & benedicere Deum; id eſt, talem te exhibere, ut, ſi lingua tacet, vita tua laudet Deum. Sive in proſperitate, ſive in adverſitate ſis, ſemper lauda Deum. Cum tibi adeſt ter-
Pſalm. 33. rena proſperitas, lauda Deum, qui dedit. Cùm verò adverſitas, ſimiliter lauda Deum: cujus juſto judicio agitur, ut tibi adverſitas contingat. Ille laudat Deum in omni tempore, qui humilis eſt: quid eſt, eſſe humilem? nolle, in ſe laudari. Qui in ſe vult laudari, ſuperbus eſt: qui verò ſuperbus eſt, non poteſt laudare Dominum in omni tempore.

Pſalm. 39. *Bene nuntiavi juſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo.* Ille benè nunciat juſtitiam Dei in Eccleſia Catholica, qui benè vivit; & in laudando & prædicando Deum, ſegnis non efficitur, ſed alios ad laudem Dei ſuo exemplo provocat.

Pſalm. 46. *Pſallite Deo noſtro, pſallite, pſallite Regi noſtro, pſallite.* Ut hoc opus ſalutare oſtenderet, ideo quatuor vicibus repetiit, *pſallite.* Pſallere enim eſt bonis actionibus laudes Deo canere: quod, ſi benè exhibeatur, etiam cum angelis nobis probatur eſſe commune. *Pſallite Regi noſtro*; Chriſto dicit, non alieno, quem decet illa laudatio.

Pſalm. 49. *Quoniam Rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter.* Ipſe eſt enim veraciter Rex omnis terræ, cui ſapienter pſallere debemus; ut, non ſolùm cantantes, ſed intelligentes pſallere debeamus. Nemo enim ſapienter quidquam facit, quod non intelligit.

Ibid. *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua.* Quis immolat Deo ſa-
(a) In Edit. Baſ. Qui moritur mundo: ut hoſtia fiat Chriſto. crificium laudis; niſi qui à terrenis vitiis fuerit ſegregatus. (a) Non enim placet Domino, ſi laudes ejus turpis perſona decantet. *Turpem perſonam hîc dico: quæ per vitia & peccata turpis redditur: quia cantandum eſt Domino corde, voce & opere: qui enim ita canit; Deum perfectè laudat.*

Ibid. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Hoc contra illos ponitur, qui indigni, laudes Domini canere præſumebant. *Sacrificium laudis honorificabit me*; non quale ſcelerati canunt, ſed quale pura mens conſuevit offerre. Ipſum enim ſacrificium laudis honorat Dominum; quod puritate fidei, & actionis probitate fuerit immolatum. Sequitur quoque; *Et illic iter eſt*; iter appellat, beatiſſimam pſalmodiam. Sed hæc via ubi ducat, exponit: *quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Glorioſa ſemita, quæ ducit ad cœli terræque creatorem. Verùm iſtud iter, quod dictum eſt, non pedibus, ſed ſanctis mentibus ambulatur: quia, dum dulcedine & ſuavitate cantus delectatur; compunctionis gratia per viſitationem divinam in corde generatur. Unde alius Pſalmus dicit.

Pſalm. 50. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* De hoc ſacrificio, in quo ſpiritus humiliatur, lacrymarum ſolent fluenta decurrere: quia, cùm ſecundum Deum tribulatur; nobis abſolutionem tribuit peccatorum. Et hoc ſacrificium non ſpernit Deus, ſed approbat, & eligit, & in conſpectu ſuo admittit.

Pſalm. 56. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, & Pſalmum dicam Domino.* Paratum dicit ſe habere cor, ad gratias Domino referendum magis quam ad ſeculares honores, & ambitiones appetendum. Cantare ſe dicit vocibus gratiam referre. Pſalmum dicere autem, prædicabili Dominum actione laudare.

Pſalm. 60. *Sic Pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi; ut reddam vota mea de die in diem.* Reddamus & nos vota noſtra in iſto tranſitorio die; ut in illa perennitate laudes Domini, eodem præſtante, decantare mereamur.

Pſalm. 65. *Jubilate Deo omnis terra, Pſalmum dicite nomini ejus, date gloriam laudi ejus.* Hortatur ad Pſalmodiam omnem hominem, ut nomini Domini tali confeſſione gratias referat. *Dat autem gloriam laudi ejus*, qui præconia Domini frequentata exultatione concelebrat.

Ibid. *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, Pſalmum dicat nomini tuo, Altiſſime.* Hoc enim veraciter debemus Domino exhibere, ut adoretur; Id eſt, corde Deum credere: cui pſallere jubemur; id eſt, pſalmodiæ dulcedine ejus magnalia reſonare. Pſalmum verò dicere; id eſt, bonis operibus Dominum confiteri.

Pſalm. 67. *Cantate Deo, Pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. Exultate in conſpectu ejus.* Cantat enim Deo, qui contemplationem ejus puro ac fideli ſemper animo contuetur. Pſalmum dicit nomini ejus; qui operas efficit, quas ille præcepit. Sequitur; *iter facite ei*; id eſt, corda veſtra purificata præparate; quæ dignetur ſanctus Dominus introire. Addidit etiam;

Exultate in conſpectu ejus. Non in præſentia hominum, ubi eſt caduca lætitia; ſed in conſpectu ejus; ubi jugiter ſe puritas mentis oblectat.

Ibid. *Prævenerunt Principes conjuncti pſallentibus.* Conjunctam multitudinem ſignificat pſallentium; qui laudes Domini, & voce & bonis operibus perſonabant.

Pſalm. 77. *Narrantes laudes Domini & Virtutes ejus, & mirabilia ejus, quæ fecit.* Facta quippe

Digitized by Google

quippe Domini narrare, laudaſſe eſt: cujus dum opera referuntur, gloria ſemper augetur. SÆC. IX. ANNO 814.

Beatus populus, qui ſcit jubilationem. Ille beatus populus eſt, qui laudes Dei non ſolum ore cantat, ſed etiam lumine mentis intelligit. Intelligere autem eſt, ſi operam dat, ut ſcripturas ſanctas Catholicis regulis perſcrutetur. *Pſal.* 88.

In decachordo pſalterio, cum cantico in cithara. Decachordum pſalterium decem præcepta legis ſignificat: quod, tunc verè cantamus, ſi ea opere complemus. Ipſe enim cantat cum cithara, qui bona opera perficit ſine aſperitate triſtitiæ. *Pſal.* 91.

Venite exultemus Domino; jubilemus Deo ſalutari noſtro. Velut quidam præco Judicis, excitator populi gallus Eccleſiæ, orantes invitat, ut de ſomno hujus ſæculi evigilantes, laudes Domino debeant jocunda exultatione concinere. Et quia eſt iſtius ſæculi exultatio, quæ maximè animos hominum occupat, inde monuit, ut venientes, non ſæculo, ſed Domino exultemus & jubilemus. *Pſal.* 94.

Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in Pſalmis jubilemus ei. Præoccupare, eſt antè aliquid facere; quàm ille videri poſſit, qui creditur advenire. *Ergò antequam Dominus veniat, ei confiteamur:* id eſt, Domino laudes religioſa devotione perſolvamus. *In Pſalmis etiam jubilemus ei:* id eſt, pſalmorum modulatione, cordis offeramus lætitiam. In opere enim laudis & pſalmodiæ, utrumque debet eſſe ſociatum; quatenus officium linguæ noſtræ conjuncto gaudio compleatur. *Ibid.*

Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Cantat enim Domino canticum novum, qui vetere homine depoſito per gratiam baptismatis, feliciter *innovatus Dominum laudat.* Iſte cantus eſt, qui mentem puriſſimam conſolatur. Iſta modulatio, quæ medullitus delectat; quando verè cantat anima, quæ ſe à peccatis per Dei gratiam æſtimat liberandam. *Pſal.* 95.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus, benè nunciate de die in diem ſalutare ejus. Cantare enim Domino, & benedicere nomen ejus, non unius diei jubemur excurſu, ſed, de die in diem: id eſt, ſemper, ſecundum morem ſanctæ Eccleſiæ, hoc agere debemus. *Ibid.*

Cantate Domino canticum novum; quia mirabilia fecit. Propheta fideles admonet Chriſtianos, *ut cantici novi exultatione lætentur; quando mirabilis eſt Chriſti Domini confeſſus, adventus.* Novus enim homo cantare debet canticum novum: non ille vetuſtus, qui necdum (a) peccata deponens, in prævaricatione veteris hominis perſeverat. *Pſal.* 97. (a) Ada; Edit. Baſil.

Jubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & pſallite. Jubilate dictum eſt; cum magna delectatione in vocis gaudium proſilite. Cantare, eſt graviſſimi Chriſtiani oris officio laudes Domino perſonare. Exultare; cum magna affectione, animi vota declarare. Pſallere verò, bonis operibus Domini mandata complere. *Ibid.*

Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce Pſalmi. Pſallit enim Domino in cithara, qui per actum carnalem, mandata divinitatis operatur. Addidit, *in voce Pſalmi; ut non ſolùm opere, verùm etiam voce Deo cantetur.* *Ibid.*

Jubilate Domino omnis terra, ſervite Domino in lætitia. Ipſa eſt enim juſti perfecta devotio, Domino ſub mentis jucunditate famulari; ſicut & Apoſtolus monet: *ſemper gaudete, ſine intermiſſione orate; in omnibus gratias agite. Hæc eſt voluntas Dei in Chriſto Jeſu;* Licet ſervitia Domini diverſis videantur officiis expedire, ut ſunt Ordines Eccleſiaſtici, monaſteria, fidelium, [cœtus] eremitæ, ſolitarii, laici, devoti: omnia tamen ad hoc propriè referuntur, ut Domino ſub lætitia ſerviatur, non in murmuratione, aut amaritudine mentis. *Pſal.* 99. *1. Theſſ.* 5.

Laudate nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dominus. Ne quis ſe putaret laudando fatigari, aut continuo labore laſſeſcere, cauſam reddidit; quare laudandum ſit nomen ejus; id eſt; *quoniam ſuavis eſt Dominus; & æterna ſit miſericordia ejus, & uſque in ſeculum ſeculi permaneat Veritas ejus.* *Eòdem.*

Pſallam, & intelligam in via immaculata; quando venies ad me. Domino pſallit, qui bonis factis ſuis eum placare contendit. Ipſa eſt enim ſuaviſſima virtus harmoniæ, quando vox cognoſcitur operibus conſonare. Nam ſi hæ duæ res diſcrepabili ſibi varietate diſſentiant; nequaquam poſſunt Pſalmodiæ temperatam efficere cantilenam. Nec ad aures Domini venit, quod ſe ſe mutua contrarietate confundit. Nam, ſi diſciplinabilis illa pſalmodia competenter dirigatur ad Dominum; vide, quid præſtat? ut intelligat in via immaculata; quando ad ſe Dominus venire dignetur; quem magnoperè ſuſtinebat. *Pſal.* 100.

Benedicite Domino omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominum. Nam cum totum ejus opus ſint, omnia debent ſuum benedicere creatorem. Et ſicut nulla creatura à laudibus Domini jubetur excipi; ita nec locus quiſquam relinquitur, qui à tali munere ſegregetur. Cùm (b) dicit, *in omni loco;* Eccleſiam ſignificat. (c) Ipſa enim ubique Dominum benedicit; ubique collaudat, & gratias maximas (d) hymnica exultatione concelebrat. *Benedicamus ergò omnes in commune Domi-* *Pſal.* 102. (b) dicitur; Edit. Baſil. (c) Catholicam, Edit. Baſil. (d) hymnidica, Edit. Baſil.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814. *Dominum, opera ejus hymnica exultatione celebremus. Quale enim ſacrilegium eſt; ut cum omnis creatura jubeatur benedicere Dominum; ſi homo deſinat laudare Deum, qui ad imaginem & ſimilitudinem ejus noſcitur eſſe procreatus.*

Confitemini Domino & invocate nomen ejus: annuntiate inter gentes opera ejus. Confitemini; id eſt, laudate eum; & bonis factis gratiam vobis divinitatis acquirite: quia, id ipſum eſt laudare Dominum; & ore illi honorem deferre; & operibus ejus juſſiones efficere. Quod autem dicit; *annunciate inter gentes opera ejus:* paſtores Eccleſiæ commonet, ut indeſinenter Dei magnalia annuncient. *Pſal.* 104.

Laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi. Laudatio ejus (a) nullo clauditur termino. *Et ideo, quicunque eum deſiderat in æterna patria laudare, debet in præſenti ſæculo in Dei laudibus aſſiduus eſſe.* *Pſal.* 110. (a) non, Edit. Baſil.

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Vox Apoſtolorum imperat, ut omnes gentes in ſancta Eccleſia laudent Dominum. Collaudatio eſt enim, cunctorum fidelium in unum redacta laudatio: quando tota Eccleſia indeſinenter Dominum laudat. Semper enim hoc agendum eſt. Sed maximè temporibus conſtitutis hoc ab omni fideli faciendum, ut cum ſanctis miſceatur in laudibus. *Pſal.* 116.

Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ. Cùm dicit cantabiles; ſignificat pſalmodiam cum magna delectatione peragendam; ſicut dicit Apoſtolus; *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Deo.* Cantus enim ſemper relevat labores: & non facit animo ſubrepere tædium, qui contemplationis magna ſuavitate mulcetur. *Pſal.* 118. *Epheſ.* 5.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Id eſt, *ad laudandum te.* Meritò tali tempore ſurgit ad laudes: *quia media nocte*, ſicut Evangelium dicit; *ſponſus venit*; ne, janua clauſa, inter fatuas Virgines *inveniatur.* *Ibid.* *Matth.* 25.

Septies in die laudem dixi tibi. Septem illas ſignificat vices, quibus ſe omnis Eccleſia conſolatur: id eſt, matutinos, tertiam, ſextam, nonam, lucernariam, id eſt veſperam, completorios, nocturnos. His enim temporibus, ſi tota Eccleſia laudat Deum, maximè illi debent hoc agere, qui ad hoc ordinati ſunt. *Ibid.*

Laudate nomen Domini, laudate ſervi Dominum. Id eſt; qui ſervi eſtis Domini, prona eum voluntate, laudate: quia, ſi benè laudas, gratiam acquiris: ſi autem negligis, pro debita ſervitute [neglecta] damnaberis. *Pſal.* 134.

Confitebor tibi Domine, in toto corde meo; quoniam audiſti verba oris mei: in conſpectu angelorum pſallam tibi. Quàm valida, atque pleniſſima ſit iſta confeſſio, totius cordis adunatione monſtratur. Nam cum dicitur in toto corde meo; nulla pars occupata in ſæculi hujus ambitione relinquitur: ſed univerſum & ſolidum creatoris, tantùm, ut dignum eſt, laudibus applicatur. *Pſal.* 137.

In conſpectu angelorum pſallam tibi. Hîc pſalmodiæ virtus oſtenditur; ut, qui puro corde inter homines pſallit, etiam ſurſum cum angelis canere videatur. *Ibid.*

Effundo in conſpectu ejus orationem meam. Dictum eſt autem in conſpectu ejus: quia, bonas orationes divinitas inſpicit. Et cum voluntas noſtra ab hominibus non poſſit conſpici; ab illâ tamen conſtat intendi. *Pſal.* 141.

Lauda anima mea Dominum: Ne terrenis deſideriis voluntas ocioſa (b) vacaret, & in fatuis, ut aſſolet, curis, mentis occuparetur intentio; dat ſibi Propheta ſalubre conſilium; ut anima laudaret Dominum. *Unde promittit:* *Pſal.* 145. (b) M.s. vagaretur.

Laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo, quam diu fuero. In laudibus Domini ſe dicit delectari, ne noxiis ſæculi occuparetur illecebris. *Ibid.*

Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus. Deo noſtro jocunda ſit laudatio. Laudemus ergò devotione, qua poſſumus: & hîc illa beata dona meditemur. Quid enim felicius, quàm modò exercere, quod te ſperas in futura beatitudine poſſe peragere? *Pſal.* 146.

Deo noſtro jocunda ſit laudatio. Tunc eſt Deo noſtro jocunda laudatio: quando in unam ſocietatem vox & vita convenerit. Nam quale eſt, ut Pſalmus caſtitatem dicat, & cantator ſe ab obſcœnitate non ſubtrahat? Si humilitatem prædicet; & narrator ejus ſuperbiæ flatibus intumeſcat? *Ibid.*

Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis. Quid de iſto Pſalmo, & de reliquis duobus, qui ſequuntur, dicendum eſt, in quibus omnis creatura provocatur ad laudem Dei; in fine dicitur: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Si omnis creatura hortatur ad laudem Dei; quanto magis homo, qui intellectum habet. Et omnes præcellit creaturas; quia ad imaginem Dei factus eſt, debet Deum laudare. Qui nos fecit; & cum eſſemus perditi, de diaboli ſervitute nos redemit, & cœleſtia regna, ſua miſericordia nobis tribuit. Ideo omnimodis Dei ſervitium ſummo ſtudio agendum eſt, ut ad promiſſa gaudia pervenire poſſemus. *Pſal.* 148.

Caſſio-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Cassiodorus dicit in conclusione Psalmi 24.

VIginti quatuor seniores indefessis vocibus, laudes Domino suavi modulatione concelebrant: commonentes, ut ad similitudinem eorum, & nos psalmos frequentata devotione cantemus.

Apud Cassiodor. pag. 86. Edit. Garetianæ.

Item ipse in conclusione Psalmi 32.

HAbent enim beati musicam suam; quæ, animæ fidelis intrat auditum: cujus non deficit sonus: cujus non lassatur intentio. Relinquite ergò, spectaculorum amatores, mortiferas voluptates: ad hæc magis gaudia, ad hæc mysteria convenite: ubi cithara & organum virtutes excitant; non desideria pravæ (a) voluptatis instigant.

Cassiodor. pag. 109. Habent suam musicam beati.

(a) M. s. voluntatis; minus opportunè.

Item ipse in conclusione Psalmi 33.

PEracta sunt Psalmi hujus sacrosancta mysteria: ubi sic missarum Ordo completus est; ut eum conscriptum putes temporibus Christianis. Hìc enim & hymnorum ordo decursus est: hîc ad communionem devotus populus jubetur accedere: huc invitantur venire, qui prima fidei rudimenta suscipiunt: ut omnes (b) consonanter laudent Deum.

Cassiodor. pag. 113.

(b) Cass. ut nihil tantæ rei deesse sentias.

Item ipse in Psalmo 117.

LEgimus in Apocal. Joannis, alleluia in cœlo cantare sanctorum multitudinem copiosam: quod etiam quatuor animalia, & viginti quatuor seniores adorantes Dominum dicunt: quod totus ille exercitus cœlestis in vocem tubæ grandissimæ, hymnica exultatione concelebrant.

Cassiodor. pag. 393.

Item ipse in Psalmo 134.

POst gradalium pulcherrimam constructionem; quæ usque ad illam pervenit summitatem; quæ in æternum securos efficit & felices, congruè nimis ponitur Alleluia; & laudibus Domini sancta perfruatur Ecclesia; cui tali muncre noscitur præparatum. Quapropter synceris mentibus alleluia dicere festinemus: ut (c) illis per divinam gratiam misceamur.

(c) illi sancto populo, Edit. Basil. sic & Garetiana. pag. 457.

Item ipse in conclusione Psalmi 134.

MIrabilis Psalmus ad devotissimos populos instruendos. Nihil enim post tanta beneficia reddere possumus, nisi, ut sicut in principiis dictum est, Dominum nostrum trina confessione prædicemus. Laudemus Patrem; laudemus Filium; laudemus Spiritum Sanctum, unum, atque omnipotentem Deum; ut, sicut non est in illà naturâ substantia, ita non sit & in ipsa laude diversitas. Hæc est reverà laus, quæ nos reficit: hoc pabulum, quo anima devota saginatur. Ipsa est enim remuneratio nostra, quæ & operatio. In qua tantùm reficimur, ut nulla delectatio similis esse videatur. Prædicemus itaque modò; ut eum in æternum cum angelis laudare mereamur.

Item ipse in Psalmo 145.

ECce iterum auribus nostris intonat cœlestis autoritas; pulsatque Alleluia januas cordis, ne vacuis, atque inanibus cogitationibus occupemur: quoniam otiosum tempus non decet habere militem Christi. Habet enim & lingua fructus suos. Uberrima siquidem messis inde colligitur; si in laudes Domini pura mente moveatur. Spiritale membrum est, cum famulatur auctori: ipsam quoque animam commendat, dum veritatem loquitur. Quapropter compleamus aërem dulcissimis sonis. Nam musica ista salutaris, non solùm mortalium permulcet auditum; sed etiam intellectum delectat angelicum.

Cassiodor. pag. 490.

Item ipse in Psalmo 148.

PArs ista orationis paucis quidem syllabis artatur, sed cogitata semper extenditur. Novitates enim suavissimas de se ejicit; cùm eam acies mentis inspexerit. Nam, dum à lectore dicitur prædicatio laudis est: cùm à populo respondetur, hymnus est. Sic una voce peragitur tam diversum mysterium: cùm in ipsa nihil appareat immutatum. Subtiliter autem Psalmus iste tractandus est; quoniam Propheta per paucarum commemorationem, omnes creaturas hortatur laudes Domini debere cantare. Rationabiles & intellectuales per se; eas verò, quæ sunt intellectu vel sensu carentes, per illas scilicet, quæ opera Domini sapientissima consideratione collaudant.

Cassiodor. pag. 496.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Item ipſe in concluſione noviſſima Pſalmorum.

QUid enim in iſto cœleſti armario ſcripturarum divinarum invenire non poſſis? Geneſes quæras? hîc, quemadmodum fuerit mundus fabricatus, exponitur. (a) Prophetias? Quis de incarnatione Domini tanta locutus eſt? Evangelium cupias? Paſſionem & Reſurrectionem Chriſti Domini innumeris locis evidenter oſtendit. Apoſtolum velis? Audi doctorem; audi miſerentem, qui & futura judicia propter correctiones prædicat, & pro peccatoribus frequenter exorat. Et ne longius differam. Quidquid in cœlo & in terra, in mari, vel apud inferos agitur, ſi cautiſſimè legas, omnia ſuis locis poſita competenter agnoſcis. Teſtis eſt Athanaſii Epiſcopi ſermo magnificus; qui virtutes Pſalmorum indagabili veritate diſcutiens; omnia illic eſſe probat, quæcunque ſanctæ ſcripturæ ambitu continentur. Naturam quoque Dei, ſi fas eſt, duobus verbis facit ſubintelligi; Ego, hodie; quæ nullis libris, nullis codicibus prævalet comprehendi: ſicut explicatum eſt, quod breviter dicitur: & ex aliqua parte ſenſibile, quod tacetur. In ſecundo quippe Pſalmo Pater dicit ad Filium; *Ego hodie genui te.* In iſtis ſiquidem duobus verbis ſubtiliter ſignificat, quod humanum intellectum tranſcendere poſſe videatur.

Caſſiodor. pag. 502. (a) Prophetas dicas? Edit. Baſil.

Novum & vetus Teſtamentum tanta proprietate complectitur, ut re verà ſpiritalem Bibliothecam, in hoc libro intelligas eſſe conſtructam. Nam, ſi paradiſus deſiderabilis habetur, quod eum quatuor fluminum lapſus amœnare noſcuntur; quanto beatior eſt anima, quæ 150. Pſalmorum fontibus irrigatur? Nec ſolùm intra hunc numerum divina virtus operata eſt; multa latius patent; ſive quæ, pro parte, intellecta ſunt: ſive quæ adhuc funditus ignorantur diverſa miracula.

Incipiunt dicta Sancti ISIDORI.

Ex Iſidori, lib. de officiis, cap. 1.

De Templis.

De Templis.

TAbernaculum Moyſes legiſlator primum Domino condidit. Salomon deinde templum, quod prudentiam petiturus inſtituit. Noſtrorum poſt hæc temporum fides, in toto mundo Chriſti atria conſecravit.

(a) Ea, quæ in Officiis Eccleſiaſticis celebrantur, partim ſanctarum ſcripturarum autoritate, partim Apoſtolica traditione, vel conſuetudine univerſalis Eccleſiæ ſtatuta reperiuntur: quorum quidem primordia repetentes, quibus orta fuerint, ut prædiximus, autoribus referamus.

De Choris.

Iſid. c. 3. pag. 581.

CHoros idem Moyſes poſt tranſitum rubri maris primum inſtituit, utrorumque ſexuum diſtinctis claſſibus: ſe ac ſorore præeunte, canere Deo in choris carmen

Eccl. 10.

triumphale perdocuit. Chorus autem ab imagine ductus eſt coronæ; & ex eo ita vocatus. Unde Eccleſiaſticus liber ſcribit; *ſtantem ſacerdotem ante aram, & in circuitu ejus coronam fratrum.* Chorus enim propriè multitudo canentium eſt. Quique apud Judæos non minus à decem conſtat canentibus: Apud nos autem, incerto numero à paucioribus, plurimiſve, ſine ullo diſcrimine, conſtat.

De Canticis.

Iſid. c. 4.

CAnticum idem tunc Moyſes primus invexit, quando percuſſa Ægypto decem plagis, & Pharaone ſubmerſo, Iſraeliticus populus per inſueta maris itinera ad de-

Exod. 15.

ſertum gratulabundus egreſſus eſt, dicens; *Cantemus Domino gloriosè, & reliqua.*

Jud. 5.

Deinde Debora non ignobilis femina in libro Judicum, hoc miniſterio functa reperitur. Poſtea multos non ſolum viros, ſed etiam feminas ſpiritu divino completas, Dei ceciniſſe myſteria. Canticum autem vox humana eſt; Pſalmus verò, qui canitur ad Pſalterium.

Iſid. c. 7.

De Pſalmis.

Pſalmi.

PSalmis uſum eſſe primum poſt Moyſen, David Prophetam, in magno myſterio prodit Eccleſia. Hic enim à pueritia in hoc munus à Deo ſpecialiter electus, & cantorum princeps, pſalmorumque theſaurus eſſe promeruit. Cujus pſalterium idcircò cum melodia cantilenarum ſuavium ab Eccleſia frequentatur: quo facilius animi ad compunctionem flectantur. Primitiva autem Eccleſia ita pſallebat, ut modico flexu vocis, faceret pſallentem reſonare: ita ut pronuncianti vicinior eſſet, quàm canenti. Propter carnales autem in Eccleſia, non propter ſpiritales, conſuetudo eſt conſtituta cantandi: ut, qui à verbis non compunguntur, ſuavitate modulaminis moveantur. Sic

(a) *Cap. de Eccleſia, & vocab. Chriſtianorum, non comparet in M.S.*

Digitized by Google

Sic namque & beatiſſimus Auguſtinus in lib Confeſſ. ſuarum, conſuetudinem canendi approbat in Eccleſia: ut per oblectamentum, *inquit*, aurium, infirmior animus ad affectum pietatis exſurgat. Nam in ipſis (*ait*) ſanctis dictis, religioſius & ardentius moventur animi noſtri ad affectum pietatis, cùm cantatur, quàm ſi non cantetur. Omnes enim affectus noſtri, pro ſonorum diverſitate, vel novitate, neſcio qua occulta familiaritate excitantur magis, cum ſuavi, & artificioſa voce cantatur.

SÆC. IX. ANNO 814. 10. Conf. cap. 33.

De Hymnis,

Iſid. c. 6.

Hymni

HYmnos primum eundem David Prophetam condidiſſe ac ceciniſſe, manifeſtum eſt: deinde, & alios Prophetas. Poſtea quidem & tres pueri in fornace poſiti, convocata omni creaturâ, creatori omnium hymnum canentes dixerunt. Itaque in Hymnis & Pſalmis canendis, non ſolùm Prophetarum, ſed etiam ipſius Domini & Apoſtolorum habemus exemplum, & præcepta de hac re utilia, ad movendum piè animum, & inflammandum divinæ dilectionis affectum. Sunt autem & divini hymni: ſunt & ingenio humano compoſiti. Hilarius autem Gallus, Epiſcopus Pictavienſis, eloquentia conſpicuus, hymnorum carmine floruit primus. Poſt quem Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcopus, vir magnæ gloriæ in Chriſto, in Eccleſia clariſſimus Doctor, copioſius in hujusmodi carmine claruiſſe cognoſcitur: atque inde hymni ex ejus nomine, Ambroſiani vocantur: quia, ejus tempore primùm in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt. Cujus celebritatis devotio, dehinc per totius Occidentis Eccleſias obſervatur. Carmina autem quæcunque in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur.

De Antiphonis.

Antiphonæ.

ANtiphonas Græci primùm compoſuerunt, duobus choris alternatim concinentibus, quaſi duo Seraphim; duo quoque Teſtamenta invicem ſibi conclamantia. Apud Latinos autem primus idem beatiſſimus Ambroſius antiphonas conſtituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis Occiduis regionibus earum uſus increbruit.

De Reſponſoriis.

Reſponſoriæ.

REſponſoria ab Italis longo ante tempore ſunt reperta. Et vocata hoc nomine; quòd, uno canente, chorus conſonando reſpondeat. Antè autem id ſolus quiſque agebat; nunc autem interdum unus, interdum duo, vel tres communiter canunt, Choro in plurimis reſpondente.

De (a) Laudibus.

(a) Edi. Pariſ. De alleluia. Iſid. c. 13. p. 784.

LAudes, hoc eſt, alleluia canere, antiquum eſt, Hebræorum more. Cujus expoſitio, duorum verborum interpretatione conſiſtit, hoc eſt, laus Dei. De cujus myſterio, Joannes in Apocalypſi refert, *ſpiritu revelante vidiſſe, & audiſſe vocem cœleſtis exercitus angelorum, tanquam vocem validorum tonitruum; & tanquam vocem aquarum multarum, dicentium alleluia.* Ex quo, nullus debet ambigere; hoc laudis myſterium, ſi digna fide & devotione celebretur, angelis eſſe conjunctum. *Apoc.* 19.

Alleluia autem, ſicut & Amen, de Hebræa in aliam linguam nequaquam transferuntur: non, quia interpretari minimè queant, ſed, ſicut aiunt Doctores, ſervatur in eis antiquitas, propter ſanctiorem auctoritatem.

In Africanis autem regionibus non omni tempore, ſed tantùm Dominicis diebus, & quinquaginta poſt Dominicam Reſurrectionem, Alleluia cantatur, pro ſignificatione futuræ reſurrectionis & lætitiæ. Verùm, apud nos, (b) ſecundum antiquam Hiſpaniarum traditionem, præter dies jejuniorum, vel quadrageſimæ, omni tempore canitur alleluia. Scriptum eſt enim: *Semper laus ejus in ore meo.* Quod verò poſt conſummatam Pſalmorum, ſive Lectionum prædicationem; alleluia, in fine cantatur, hoc in ſpe futura facit Eccleſia: ſignificans poſt adnunciationem regni cœlorum; quæ in hac vita, per utrumque Teſtamentum mundo prædicatur: actionem noſtram non eſſe futuram, niſi in laude Dei. Sic enim ſcriptum eſt; *Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Hinc eſt, quod & liber Pſalmorum in laude concluditur, ut eadem poſt finem ſæculi laus æterna monſtretur. (b) Ipſe eſt Iſidorus Hiſpanus. qui ſic loquitur. *Pſal.* 33. *Pſal.* 83.

Omiſſa capitula de Offertoriis, Miſſa & Orationibus, de Symbolo Nicæno, de Benedictionibus in populo, de Sacrificio, &c.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

De tertiæ, sextæ, & nonæ horæ officiis.

Isid. c. 19. pag. 587.

HOram tertiam, sextam & nonam Daniel, & tres pueri supplicationibus devoverunt, scilicet, ut ab ortu diei in tempus precationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reverentiam declarent: Pariter à tertia usque ad sextam, atque inde usque ad nonam, per paria lucis intervalla ratis dimensionibus terminata; Trinitas, ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis; quod Spiritus Sanctus hora tertia; hoc est, suo loco, numero & tempore, descendit ad terras, impleturus gratiam, quam Christus promisit. Nam & sexta hora Christus passus; in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim Sacramento legitimis ad precem temporibus, per ternas horas, Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur. Et si computetur diurna celebritas, per quaternarium usque in vespertinum officium, hoc est, (a) quater significatur: quia mundus quadrifariè divisus, in Trinitate salvatur. Siquidem & in nocte stationes & vigiliæ militares in quatuor partes divisæ, ternis horarum spatiis secernuntur: ut & in ipsis nocturnis, mundialibusque officiis, Trinitatis mysterium veneretur.

(a) Edit. Paris. quaternitas habet.

Vespertinæ.

De Vespertinis.

Exod. 19.

VEspertinum diurni finis officium, diurnæ, & alternæ lucis occasus est: cujus ex veteri Testamento solennis est celebratio. *Denique hoc tempore veterum sacrificia offerri, adolerique altaria aromata & thus, mos erat.* Cujus rei testis est ille (b) hymnicus regio ac sacerdotali functus officio, dicens: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.* In novo quoque Testamento; eo tempore Dominus & Salvator noster, cœnantibus Apostolis, mysterium sui corporis & sanguinis initio tradidit: ut tempus ipsum sacrificii, Vesperum offenderet sæculi. Proinde in honorem ac memoriam tantorum sacramentorum, his temporibus nos adesse decet Dei conspectibus, & personare in ejus cultibus; orationum nostrarum illi sacrificium offerentes, atque in ejus laudibus pariter exultantes. Vesperum autem nominatur à sydere, quod Vesper vocatur & decedente sole exoritur. De quo Propheta dicit; *Et Vesperum super filios hominum prodire facis.*

(b) Edit. Paris. hymnidicus: fortè rectius.

Psal. 140.

Job. 38.

Completæ.

De Completis.

Psal. 131.

DE Completis autem celebrandis, id etiam in Patrum invenimus exemplis, David Propheta dicente; *Si ascendero in lectum stratus mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem; aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Quis non stupeat, tantam in Dei amore animi devotionem? ut, somnum sibi, sine quo utique corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Domino fabricandum in pectore suo, Rex & Propheta reperiret? Quæ res nos debet fortiter admonere, ut, si ipsi locus Domini volumus esse, & tabernaculum ejus, aut templum cupimus haberi Spiritus Sancti, in quantum possumus, exempla sanctorum imitemur; ne de nobis dicatur, quod intelligitur; *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.*

Vigiliæ.

De Vigiliis.

Esai. 26. *Psal.* 118.

VIgiliarum auctoritas antiqua est: Vigiliarum devotio familiare bonum omnibus sanctis fuit. Esaias denique Propheta exclamat ad Deum dicens: *De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus: quia lux præcepta tua sunt super terram.* Item David; *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ.* *Exod.* 12. *Hoc namque tempore vastator Angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit.* Unde & nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Iisdem etiam horis venturum se esse, in Evangelio Salvator adstruxit. Unde & ad vigilandum auditores suos docuit, & suscitans dicit; *Beati servi illi, quos, cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes. Et si vespertina hora, inquit, invenerit; & si media nocte; & si galli cantu, & invenerit eos vigilantes; beati sunt. Ideo & vos estote parati; quia, qua nescitis hora, filius hominis venturus est.* Si quidem nec verbis solùm docuit vigilias; sed etiam confirmavit exemplo. Nam testatur Evangelium, *quia erat Jesus pernoctans in oratione Dei.* *Paulus quoque & Silas in custodia publica, circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, vincti dixisse memorantur.* *Ubi repente terræmotu facto, & concussis carceris fundamentis, & januæ sponte apertæ, & omnium vincula sunt soluta.*

Matth. 24. *Luc.* 12.

Luc. 6. *Actor.* 16.

Digitized by Google

ſoluta. Unde oportet his horis, pſallendi, orandique frequentiam nos in ſanctis habere officiis, finemque noſtrum, vel, ſi advenerit, ſub tali actu exſpectare ſecurius. SÆC. IX.

Eſt autem quoddam genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali opere infructuoſas, dicentes; Jura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone (a) νυκτάξοντες, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur. ANNO 814.

(a) Nyctages, Nyctactæ, Iſidor. lib. Ety. 8. c. 5.

De Matutinis.

Matutinæ.

DE Matutinorum antiquitate, & auctoritate, teſtis eſt idem David Propheta dicens; *In matutinis meditabor in te; quia fuiſti adjutor meus.* Et alibi; *Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.* Caſſianus autem dicit; matutinis ſolennitatis officium novo adhuc tempore inſtitutum, primitus in Bethlehem monaſterio, ubi Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro redemptione humanæ ſalutis, ex Virgine naſci dignatus eſt; ſicque ex illo, per univerſum mundum ejusdem celebrationis invaluit conſuetudo. Diluculò autem proinde oratur, ut reſurrectio Chriſti celebretur. Matutina enim luce radiante, Dominus & Salvator ab inferis reſurrexit; quando cœpit oriri fidelibus lux, quæ moriente Chriſto, occiderat peccatoribus. Siquidem & eodem tempore cunctis ſpes futuræ reſurrectionis creditur; cùm juſti, & omnes ab hac temporali morte, quaſi à ſopore ſomni reſurgentes evigilabunt. (b)

Pſal. 62. *Pſal.* 118.

(b) Huc uſque Iſidorus de officiis l. 1.

(b) *Item alia conſtitutio ſancti Benedicti, qualiter divina opera per diem agantur.*

(c) ExReg. S. Ben. ca. 16.

UT ait Propheta; *Septies in die laudem dixi tibi.* Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur; ſi Matutino, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperæ, Completoriique tempore, noſtræ ſervitutis officia perſolvamus: quia de his divinis horis dixit Propheta; *Septies in die laudem dixi tibi.* Nam de nocturnis Vigiliis idem ipſe Propheta ait; *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro, ſuper judicia juſtitiæ ſuæ, id eſt, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio; & nocte ſurgamus ad confitendum ei.

De (d) diſciplina pſallendi.

(d) ExReg. S. Ben. ca. 19.

UBique credimus divinam eſſe præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos; maximè tamen hoc, ſine aliqua dubitatione credamus, cùm ad opus divinum adſiſtemus. Ideo ſemper memores ſimus, quod ait Propheta; *Servite Domino in timore.* Et iterum; *Pſallite ſapienter.* Et; *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Ergo conſideremus, qualiter oporteat nos in conſpectu divinitatis, & Angelorum ejus eſſe. Et ſic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtræ.

Pſal. 137. *Pſal.* 2. *Pſal.* 40.

De reverentiâ Orationis.

SI cùm hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus, niſi cum humilitate, & reverentia. Quanto magis Domino Deo univerſorum, cum omni humilitate, & puritatis devotione ſupplicandum eſt. Et non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum, nos exaudiri ſciamus. *Et ideo, brevis debet eſſe, & pura oratio:* niſi fortè ex affectu inſpirationis divinæ gratiæ protendatur. In conventu tamen, omnino brevietur oratio; & facto ſigno à Priore, omnes pariter ſurgant.

Matth. 6.

Item alia conſtitutio; pro qualibus virtutibus cantatur omnis curſus in Eccleſia Dei.

PRimùm nocturna propter hoc canitur, pro illa virtute, quam fecit Deus, quando omnia primogenita Ægypti occidit, & omnia idola deſtruxit: Vel Paulum & Silam de carcere liberavit. Et quod dicit Evangeliſta; *media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obviam ei.* Gallorum cantus, propter quid canentur, reſpondit, quando negavit S. Petrus ter in paſſione, & poſtea probatus fuit ad fidem.

Matth. 25.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

Matutina propter hoc dicitur: quia, manè ſurrexit Chriſtus, ſicut dixit unus Evangeliſta. *Una autem Sabbatorum venerunt ad monumentum orto jam Sole.* Et alius dicit; *Una autem Sabbati, Maria Magdalene venit cùm adhuc tenebræ eſſent.* Tertius dicit; *Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati:* quia - - - - - qui juſſit, ſuper terram tota illa hora collaudent. Et tunc omnes animas juſtorum, quæ in inferno erant, in ſua reſurrectione liberavit: quia manè reſurrexit Chriſtus.

Matth. 28. *Joan.* 10.

Prima autem propter hoc cantatur: quia tunc fuit conſilium datum contra filium Dei, quomodo illum perderent.

Tertia verò; quia tunc judicaverunt Judæi Dominum, quando dixerunt; *Chriſtus crucifigatur.* Et horta tertia deſcendit Spiritus Sanctus ſuper Apoſtolis; quando fuerunt in unam domum congregati. Et; dixit Dominus: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.*

Joan. 20.

Sexta verò; ſic aſcendit Dominus in crucem. Et ſic tenebræ factæ ſunt uſque in horam nonam. Et tunc vocavit Dominus Paulum, quando perſecutor erat Chriſtianorum; & dixit Dominus; *Saule, Saule; quid me perſequeris: durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Et tunc venit vox ad Cornelium, quando dixit Dominus; *Cornueli; exaudita eſt deprecatio tua.*

Actor. 10.

Nona verò; ſic emiſit ſpiritum Dominus de cruce. Et, hora nona deſcendit vas ad S. Petrum, ubi fuerunt omnia munda, & immunda.

Veſpere autem; ſic cænavit Chriſtus cum diſcipulis ſuis, quando jejunavit quadraginta diebus, & 40. noctibus: Et ſic ceſſavit lex vetus, & incepit nova.

Duodecima; ſic aſcendit Dominus in montem Oliveti: ſolus oravit, & guttæ ſanguinis in ſudore, de fronte ejus ceciderunt. Et malum meritum, quod ad Adam dixit; *In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo:* & nos propter hoc liberavit.

Dicta Bedæ, ex homilia Evangelii de Paſcha.

Diluculo igitur aromata ad monumentum Domini ferimus, cùm memores paſſionis ac mortis, quam pro nobis ſuſcepit, & actionum bonarum, proximis foras lucem monſtramus: & ſuavitate puræ compunctionis, intus in corde fervemus: quod & omnibus horis, & tunc maximè fieri oportet; cum Eccleſiam oraturi ingredimur: cum appropriamus altari, Dominici corporis & ſanguinis myſteria ſumpturi. Si enim mulieres tantâ curâ corpus Domini mortuum quærebant; quanto magis convenit, nos, qui eum reſurrexiſſe à morte, qui ad cœlos aſcendiſſe; qui potentiâ divinæ majeſtatis, ubique præſentem eſſe cognovimus; cum omni reverentia, ejus adſtare conſpectibus, ejus myſteria celebrare [debemus.] Benè autem dicitur, portantes, quæ paraverunt aromata. Aromata namque, quæ ad obſequium Domini portemus, prius paraſſe eſt Domino; cor ante tempus orationis à ſupervacuis expurgare cogitationibus; ut, in ipſo tempore orandi, nil ſordidum mente recipere; nil rerum labentium cogitare; nulla præterea, [quàm] que præcamur, & ipſum meminiſſe novimus; juxta exemplum ejus, qui ait: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & Pſalmum dicam Domino.* Nam, qui ad orandum Eccleſiam ingreſſus, inter verba obſecrationis, conſuetudinem ſuperfluæ cogitationis ab animo repellere negligit; quaſi Dominum quærens, minus parata ſecum aromata detulit. Maximè tamen anglici nobis ſpiritus adeſſe credendi ſunt; cum divinis ſpecialiter mandatis obſequiis; id eſt, cùm Eccleſiam ingreſſi, vel lectionibus ſacris aurem accommodamus, vel pſalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam Miſſarum ſolennia celebramus. Unde monet Apoſtolus, *mulieres in Eccleſia velamen ſuper caput habere, propter angelos.* Et Propheta ait; *In conſpectu angelorum pſallam tibi.* Nec dubitare licet; ubi corporis & ſanguinis Domini myſteria geruntur, ſupernorum civium adeſſe conventus: qui monumentum, quo corpus ipſum venerabile poſitum fuerat, & unde reſurgendo abſceſſerat, tam ſedulis ſervant excubiis. Unde ſtudendum ſolerter eſt, fratres mei, ut, cum Eccleſiam, vel ad divinæ laudis debita ſolvenda, vel ad agenda Miſſarum ſolennia intramus, ſemper angelicæ præſentiæ memores, cum timore & veneratione competenti, cœleſte compleamus officium, in exemplum feminarum Deo devotarum, quæ apparentibus ad monumentum angelis, timuiſſe, ac vultum declinaſſe narrantur in terram.

Pſal. 107. 1. *Cor.* 11. *Pſal.* 137.

Dicta

Digitized by Google

Dicta Bedæ, ex homilia de muliere Chananæa.

SÆC. IX. ANNO 814.

NOtandum interea, quod hæc orandi pertinacia, ita ſolùm meretur eſſe fructifera [ut] ſi quid ore precamur, hoc etiam mente meditemur: neque alio clamor labiorum, quam cogitationum ſcindatur intuitus. Sunt enim, qui intrantes Eccleſiam, multis pſalmodiam, vel orationem ſermonibus prolongant; ſed alibi corde intendendo, nec ipſi, quid dicant, recolunt: Ore quidem orantes, ſed mentem foris vagantem omni orationis fructu privantes: putantes à Deo precem exaudiri, quam nec ipſi, qui fundunt; audiunt: quod antiqui hoſtis inſtinctu fieri, nemo eſt, qui animadvertere nequeat. Sciens enim utilitatem orandi, & invidens hominibus gratiam impetrandi; immittit orantibus multimoda cogitationum levium, & aliquando etiam turpium, nocentiumque phantaſmata, quibus orationem impediat: adeò, ut nonnunquam tales tantoſque diſcurrentium cogitationum fluctus, proſtrati in oratione toleremus. Unde neceſſe eſt, fratres chariſſimi, ut agnitam diaboli curemus ſuperare malitiam: Et ipſi videlicet animum ab hujusmodi nebulis, quas hoſtis aſpergere gaudet, in quantum poſſumus, ſerenando, & pii defenſoris perpetuum flagitando præſidium; qui potens eſt, quamlibet indignis precatoribus, & puram orandi, & perfectè impetrandi concedere gratiam. Multum autem juvat orationis puritatem, ſi omni loco, vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: ſi ſemper ab otioſis ſermocinationibus auditum pariter caſtigemus & linguam: ſi in lege Domini ambulare, & teſtimonia ejus adſueſcamus toto corde ſcrutari. Quæcunque enim ſæpius agere, loqui, vel audire ſolemus, eadem neceſſe eſt, ſæpius ad animum, quaſi ſolitam, propriamque recurrant ad ſedem. Et ſicut volutabra ſues paluſtria, columbæ limpida ſolent frequentare fluenta; Ita cogitationes impuram mentem immundæ perturbant; caſtam ſpiritales ſanctificant. Sanè, ſi ad exemplum Cananeæ mulieris in orando perſtamus, fixique manemus, aderit gratia conditoris noſtri, quæ cuncta in nobis errata recorrigat; immunda ſanctificet, turbulenta ſerenet, Fidelis namque & juſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate: ſi ad illum ſedula mentis voce clamamus; qui vivit & regnat cùm Patre in unitate Spiritus Sancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Auguſtinus de laude Pſalmorum dicit.

OMnes virtutes in Pſalmis invenies, ſi à Deo merueris, ut tibi revelet ſecreta Pſalmorum. Si vis pro peccatis tuis pœnitentiam agere; & confeſſionem peccatorum tuorum; & veniam rogare delictis; quantum valeas, non celeritate verborum, ſed mente cogitando, ac ſcrutando, decanta ſeptenos Davidicos pœnitentiæ Pſalmos: quorum initium eſt; duo, *Domine ne in ira:* & duo, *Domine exaudi*; Et, *Beati quorum:* Nec non; *Miſerere mei Deus ſecundum:* atque, *De profundus:* & celerrimam invenies clementiam Dei, totam mentem ſpiritali gaudio ac lætitia illuminare, & magnam ſpem de indulgentia tibi promittere.

Si vis orare, permitte mentem tuam in virtute Pſalmorum, quorum initium eſt; *Ad te, Domine, levavi*; Et, *Deus in te ſperavi, Domine.* Nec non; *Inclina Domine*; Et, *Deus in adjutorium meum: Deus in nomine tuo: Deus miſereatur noſtri:* Et; *Exaudi Domine juſtitiam meam:* Et nullatenus poteris propria linguâ, nec humano ſenſu tam perfectè miſeriam tuam, ac tribulationem, anguſtiamque diverſarum tentationum explicare, & illius miſericordiam implorare, quàm his pſalmis, & ceteris ſimilibus.

Si vis omnipotentem Deum laudare, & ipſius majeſtati, omniumque beneficiorum ſuorum, quibus humano generi ab initio mundi in veteri Teſtamento, per Patriarchas & Prophetas; in novo quoque per incarnationem ſempiterni filii ſui miſertus eſt, gratias agere, decanta illos pſalmos, quorum titulus alleluia eſt

Hæc, quorum initium eſt, vel, *Confitemini*; aut *Laudate Dominum*; Vel, *Laudate Deum*; aut etiam, *Benedic anima mea:* & ſuper omne mel & favum omnipotenti Deo dulce munus offeres, ſi his pſalmis continue illum laudes ac magnifices.

Si diverſis tribulationibus afflictus ſis; &, vel humanis, vel ſpiritalibus tentationibus undique adſtrictus, & tibi videris à Deo eſſe derelictus, qui plerumque ſanctos ad tempus dereliquit probandos; & per id tibi videtur, tentationem majorem eſſe, quàm tolerari poſſit; intima mente decanta illos Pſalmos, quorum caput; *Deus Deus meus, reſpice in me*; *Exaudi Deus orationem meam, cùm tribulor*; *Salvum me fac Deus*; & clemens Dominus ſtatim te adjuvabit, & tentationem, quam pateris, tolerare poteris. Si tibi præſens vita faſtidioſa ſit, & animum tuum [nil inferiorum]

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814. delectat, ſupernam patriam contemplare, & omnipotenti Deo ardenti deſiderio, intenta mente, hos pſalmos decanta; *Quemadmodum deſiderat cervus*; Et, *Quàm dilecta tabernacula tua*; *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo:* & clemens Deus citius mentem tuam conſolabitur.

Si te in tribulationibus à Deo derelictum intelligas, compuncto corde canta hos Pſalmos: *Uſque quo Domine*; *Deus auribus noſtris audivimus*; *Miſerere mihi Domine*; *Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam. In te Domine ſperavi:* Et Deus te lætificabit ſtatim.

Poſt acceptam autem quietem, ac proſperitatis tempus, hos pſalmos decanta: *Benedicam Domino in omni tempore: Benedic anima mea Domino: Exaltabo te Deus meus Rex:* Et omni tempore, ſive proſperitatis, ſive adverſitatis, ſemper hymnum trium puerorum decanta: quia nullus mortalis virtutem hujus hymni explicare poteſt; in quo omnis creatura ad laudandum creatorem invocatur.

Si volueris in toto corde te exercere in divinis laudibus; Pſalmum, *Beati immaculati*, decanta: in quo nullus penè verſus eſt, ubi non ſit, vel via Dei, vel lex, vel mandatum, ſive præcepta Dei, vel, verba, aut juſtificationes, vel judicia, aut ſermones Dei, deſcripti.

Mementote, quomodo ſanctus Samuel Propheta, etiam in veteri Teſtamento docuit dicens; *Præparate corda veſtra Domino, & ſervite ei ſoli, & liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum.* 1. Reg. 7.

Videte, qualiter mandat hymnum trium puerorum decantare, & omnes creaturas per intervalla ad Deum laudandum provocare: Non ſicut vos canitis, confuſè, nullam differentiam facientes, ſed currendo, & non ſeparando verba, quod neceſſe eſt, ut emendetis.

FINIS.

FRANCI-

Digitized by Google

FRANCICORUM
ANNALIUM
FRAGMENTUM

AB

Anno DCCXLI. uſque ad Annum DCCXCIII.

QUOS

REGINO PRUMIENSIS

SE IN

HISTORIA SECUTUM

PROFITETUR,

Primum ex Codice m. ſ. bibliothecæ Sereniſſimi Maximiliani utriuſque Bavariæ Ducis, &c.

Editum ab

HENRICO CANISIO NOVIOMAGO

SS. CANONUM PROFESSORE INGOLSTADII.

Digitized by Google

CANISIUS
AD
LECTOREM.

Sæc. IX. Anno 814.

INsignis hujus fragmenti Chronici apographum exstat in Bavarica bibliotheca, quod transcriptum esse ex membranis pervetustis Monasterii Lauriſſæ prope Wormatiam, testatur is ipse qui transcripsit. Damus hic, quia sub finem Tomi II. Antiquæ Lectionis promisimus. Promissa ergò hoc extorserunt, non ordo, quo par esset collocari. Porrò quod res est, audi. Statueram longè alios auctores dare in Tom. III. Sec ecce variis ex locis nobiliſſima & lectiſſima antiquitatis monumenta, hactenus nusquam visa, adsunt, & exigunt suo jure lucem; quam quomodo negaremus? Unde non mireris, si non suo ordine, secundùm rationem temporis & materiæ digesta opuscula reperias. Damus eo ordine quo accipimus quædam; & nobis animus est bibliothecam ex iis auctoribus, qui hactenus incogniti, quantavis farragine instruere. Et sanè præter opinionem creverunt; ut plures tomos sperare liceat. Quæ causſa, quod & illud promissum, sub finem Tomi Secundi de Notis datum, necessariò vel in finem ultimi tomi, vel in aliam occasionem differendum sit. Sed ad nostrum fragmentum Chronicum. Hujus quis auctor sit; nec ego, nec Regino, qui eo usus, scimus: cujus tamen notæ sit, placet apponere judicium ex literis nobiliſſimi Marci Velseri: *Est pars libelli cujus Regino Anno* 814. *meminit, pars, inquam,* 52. *annorum historiam continens ab anno* 741. *ad* 793. *Viginti duo posteriores desiderantur. Lucem mereri ipsi judicabitis, gnari, quantum referat in omni re, sed præcipuè in historia, fontes sectari. Unum quidem erit palmarium, chronologiam ex hoc opusculo in Reginone ab anno* 750. *ad annum* 760. *restituere, quæ confusa & corrupta erat, hiatu anni* 751. *&* 752. *non animadverso: cui incommodo ut mederentur, & ut ad lineam redirent, annum* 745. *&* 759. *vicissim in Regione suppresserunt. Sed hæc quidem collatio ostendet, tum quomodo pleraque exscriptoris vitia, in nominibus præsertim propriis corrigenda sint. Historiam Thassilonis hic distinctius, quàm fere ullibi reperi. Meminit horum Annalium Pithœus etiam in inscriptione Vitæ Caroli Magni, quam inter Scriptores Francicos dedit, illos tamen apparet eum non vidisse.* Hæc nobiliſſimus Marcus Velserus.

Sin autem Reginonis verba: quibus hoc Chronicon laudat, velis; ecce illa, sub annum 814. *Hæc quæ supra expressa sunt, in quodam libello reperi, plebeio & rusticano sermone composita, quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam etiam addidi, quæ ex narratione Seniorum audivi.* Ex quibus verbis Reginonis vides, quæ nobis necessitas sit imposita, ut si fide agere velimus, diligenter caveamus necesse est, ne plebeius ille & rusticanus hujus libelli sermo negligatur; quod fiet si quantumvis barbara, ex fide exprimantur.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII IN HOS ANNALES OBSERVATIO.

I. POst *Caniſium* hic obſervabimus primo, hoc opus aliquos tribuiſſe *Theodulfo Aurelianenſi* Epiſcopo. Anſam erroris præbuerant verſus Theodulfi in fronte alicujus exemplaris, quod unicum viderant, præfixi. Illi autem verſus ex præfatione Theodulfi ad Carolum Regem de Proceſſione Spiritus Sancti fuerunt avulſi, ut poſt *Pithœum* a *Quercetano* obſervatum. Alii ab *Helingaudo* Comite compoſitum ſunt ſuſpicati, conjecturis potius quam firmis rationibus fidentes. Suſpicabatur ipſe *Quercetanus* varios authores his Annalibus manum admoviſſe. Sed ſi jam à temporibus Reginonis ignotus fuit autor, quî fieri poſſit ut hodie nobis innoteſcat? I. Ignotus autor.

II. *Quercetanus* edidit Annales Francorum centum annorum ſpatium complectentes, ab anno ſcil. 708. ad an. 808. quo vixit author, ut ipſe aſſerit. Hos Annales ſi conferas cum noſtris, ſimiles judicabis. Quippe ab anno 741. uſque Annaliſtam noſtrum fere deſcribit. Aliqua tantum immutando, abbreviando; imo ipſius vocibus utitur. Quomodo vero ſcriptor, qui vixit an. 808. illum, qui poſt an. 814. ſcripta ſua concinnavit, deſcribere potuerit, non facile judicabis. Confirmat illud a *Quercetano* dictum, Annales noſtros variis authoribus deberi: nam procul dubio Annales quos ex m. s. codici Tilii deſcripſit Quercetanus, & ab anno 708. exordiuntur, e fragmentis noſtris fuerunt compilati. II. Alteri Annaliſtæ ſimilis eſt.

III. Edidit & *Quercetanus* Annales à *Caniſio* vulgatos & 1. variantes Lectiones ex ejus editione in noſtram tranſtulimus. 2. Monendus eſt Lector, quædam occurrere diſcrimina inter editionem Caniſii & Quercetanam; levia tamen, quæ ab Amanuenſibus fieri potuerunt. Loca in quibus occurrunt, annotavimus: utramque editionem repræſentaſſe Quercetanum ſuffecerit. 3. Nec diſſimulandum in poſteriori illa editione Annales ad an. 814. quo Carolus obiit, eſſe continuatos.

FRANCI-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

FRANCICORUM ANNALIUM (a) FRAGMENTUM

A B

Anno DCCXLI. uſque ad Annum DCCXCIII.

Anno Domini DCCXLI.

Carolus Martellus.

CArolus Martellus Major domus defunctus.

DCCXLII.

Carlmannus & Pipinus Majores domus duxerunt exercitum contra Huvaltum Ducem Aquitaniarum, & ceperunt caſtrum quod vocatur (a) Lucras, & in ipſo tempore diviſerunt inter ſe Regnum Francorum in loco, vocatus, (b) Pictavis. Eodemque anno Carlmannus Germaniam vaſtavit.

(a) leg. Luccas Loches Scriv.

(b) leg. vocato id.

DCCXLIII.

Tunc Carlmannus & Pipinus contra Odilonem Ducem Bajoariorum iniere pugnam. Et Carlomannus (c) per ſe in Saxonia ambulabat. In eodem anno cepit & caſtrum, quod dicitur (d) Hoohſeoburg per placitum; & Theodoricum Saxone placando conquiſivit.

(c) ſolus abſque Fratre. id.

(d) M. s. Loiſel. Odiſerburg.

DCCXLIV.

Iterum Carlmannus & Pipinus perrexerunt in Saxoniam, & captus eſt Theodericus Saxo alia vice.

DCCXLV.

Tunc Carlmannus confeſſus eſt Pipino fratri ſuo, quod voluiſſet mundum relinquere: & in eodem anno (e) fecerunt exercitum & præparaverunt ſe uterque: Carlmannus ad iter ſuum, & Pipinus quomodo germanum ſuum honorificè direxiſſet cum muneribus.

(e) adde negativam particulam *non*. Scriv. not. m. s.

DCCXLVI.

Tunc Carlmannus Romam perrexit, ibique ſe (f) tondit & in Serapte monaſterium ædificavit in honore (g) S. Sylveſtri. Ibique aliquod tempus moram faciens, & inde ad S. Benedictum in Caſinum uſque pervenit & ibi Monachus effectus eſt.

(f) tondi permiſit. Scriverius.

(g) in honorem. Scriver.

DCCXLVII.

Grifo fugit in Saxoniam, & Pipinus iter faciens per Turingiam in Saxoniam introivit, uſque ad fluvium Miſaha, in loco qui dicitur (h) Scahanigi, & Grifo (i) collectam facit unà cum Saxonibus ſupra fluvium (k) Obo doro, in loco, qui dicitur Orhaim.

(h) M. s. Lois. Scahaningi.

(i) hìc collecta ſignificat delectum exercitus. Scriv. not. m. s.

(k) M. s. Lois. Obacro.

DCCXLVIII.

Grifo de Saxonia iter peragens fugiendo in (l) Bajoariam uſque pervenit, ipſum Ducatum ſibi ſubjugavit. Hilttruden cum Theſſilone conquiſivit. (m) Lantfridus ad eum venit in ſolario ſupradicti Grifonis. Hoc audiens Pipinus iter illuc arripiens cum exercitu ſuo ſuprà nominatos totos ſibi ſubjugavit, Grifonem ſecum abduxit, Lantfridum ſimiliter, Theſſilonem in Ducatu Bajoariorum conlocavit per ſuum beneficium: Grifonem verò pactionibus in Auſtriam miſit, & dedit ei XII. Comitatus. Inde iterum Grifo fugiens Vuaſconiam petit, & ad Wapharium ducem Aquitaniorum pervenit.

(l) M. s. Bauguariam.

(m) M. s. Lois. Surger.

DCCXLIX.

Epiſcopus Burchartus Wurzenburgenſis & Vollradus Capellanus miſſi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem poteſtatem, ſi bene fuiſſet, an non. Et Zacharias Papa mandante Pipino, ut melius eſſet illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui

(a) Habes hic *aureum* Fragmentum Annalium Francicorum ab anno DCCXLI. ad annum DCCXCI. quod Regino Prumienſis ſe in Hiſtoria ſecutum profitetur. Meminit horum Annalium Pithœus etiam, in inſcriptione vitæ Caroli Magni, quam inter ſcriptores Francicos dedit: illos tamen apparet eum non vidiſſe. *Scriverius. not. m. s.*

Digitized by Google

qui ſine regali poteſtate manebat, ut non conturbaretur ordo, per authoritatem Apoſtolicam, juſſit Pipinum Regem fieri. Sæc. IX. Anno 814.

DCCL.

Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & unctus per manum ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi, & elevatus à Francis in regno, in Sweſſionis civitate. Hildericus verò, qui falsè Rex vocabatur, tonſuratus eſt, & in monaſterium miſſus. Pipinus.

Hic deeſt in libro antiquo hiſtoria duorum annorum.

DCCLI. DCCLII.

DCCLIII.

Pipinus Rex in Saxoniam iter fecit, & Hildegarius Epiſcopus Colonienſis occiſus eſt à Saxonibus in caſtro, quod dicitur Viberg, & tamen Pipinus Rex victor extitit, & pervenit uſque ad locum, qui dicitur - - - - (a) - - - Et dum reverſus eſt de ipſo itinere, nunciatum eſt quòd Grifo, qui in Waſconiam fugit, germanus ejus occiſus fuiſſet. Eodemque anno Stephanus Papa venit in Franciam, adjutorium & ſolatium quærendo pro (a) juſtitiis Sancti Petri. Similiter & Carlmannus Monachus, & germanus ſupradicti Pipini Regis per juſſionem Abbatis, in Franciam venit, quaſi ad conturbandam petitionem Apoſtolicam.

(a) M.s. Lois habet *Rims.*

DCCLIV.

Supradictus Apoſtolicus Stephanus confirmavit Pipinum unctione ſancta in Regem, & cum eo conjunxit duos filios dominum Carolum & Carlmannum in Reges. Dominus Bonifacius Archiepiſcopus in Friſia nuncians verbum Domini, & prædicatione martyr Chriſti effectus eſt.

DCCLV.

Pipinus Rex per Apoſtolicam invitationem in Italiam iter peragens, juſtitiam beati Petri Apoſtoli quærendo. Haiſtulfus Longobardorum Rex ſupradictam juſtitiam vetando, (b) clauſas Longobardorum petiit. Obviam Pipino Regi, & Francis venit, & inierunt bellum, & Domino auxiliante; beatoque Petro Apoſtolo intercedente, Pipinus Rex cum Francis victor extitit.

(b) Sive Cluſas. Scriver. not. m. s.

Eodemque anno Stephanus Papa reductus eſt ad ſanctam ſedem per miſſos Domini Regis Pipini, Folradum, & reliquos, qui cum eo erant. Incluſo verò Haiſtulfo Rege in Papia civitate, juſtitiam S. Petri pollicitus eſt faciendi. Unde Rex Pipinus obſides XL. receptos, & cum Sacramento firmata, reverſus eſt in Franciam. Carlmannus autem Monachus in Vienna civitate remanſit unà cum Bernnadana Regina infirmus, languebat dies multos, & obiit in pace.

DCCLVI.

Dum proſpexiſſet Pipinus Rex ab Haiſtulfo Longobardorum Rege ea non eſſe vera, quæ ante promiſerat de juſtitiis S. Petri, iterum iter peragens in Italiam, Papiam obſedit, Haiſtulfum incluſit, magis magiſque de juſtitiis S. Petri confirmavit, inſtabilis ſemper maneret, quod antea promiſerat. Et inſuper Ravennam cum Pentapoli, & omni Exarchatu conquiſivit, & S. Petro reddidit. Et dum reverſus eſt Pipinus Rex, cupiebat ſupradictus nefandus Rex Haiſtulfus mentiri quæ antea pollicitus fuerat, obſides denegare, ſacramenta irrumpere. Quodam die venationem fecit, & percuſſus eſt Dei judicio finivit vitam. Et quomodo & qualiter miſſus eſt Deſiderius Rex in regno, poſtea dicamus.

DCCLVII.

Miſit Conſtantinus Imperator Regi Pipino cum aliis donis organum, quod in Franciam uſque pervenit, & Rex Pipinus tenuit placitum ſuum in Compendio cum Francis, ibique Theſſilo Dux venit Bajoariorum, in (c) vaſatico ſe commendans, per manus ſacramenta juravit multa & innumerabilia, reliquiis ſanctorum Martyrum manus imponens, & fidelitatem promiſit Regi Pipino, & ſupra dictis filiis ejus domino Carolo, & Carlmanno, ſicut Vaſallus recta mente & firma devotione per juſtitiam, ſicut Vaſallus domino ſuo eſſe deberet: ſic confirmavit ſupra dictus Theſſilo ſupra corpus S. Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii, nec non ſancti Germani, & ſancti * Martyrii, ut omnibus diebus vitæ ejus ſic conſervaret, ſicut ſacramentis conſtrictus promiſerat. Sic & ejus homines majores natu, qui erant cum eo, firmaverunt, ſicut dictum eſt in locis ſuperius notatis, & in aliis multis.

(c) Vaſſallagio. Scriv. not. m. s.

* Forte S. Martini.

DCCLVIII.

Pipinus Rex in Saxoniam ibi & (b) firmitates Saxonum per virtutem introivit, in loco,

(a) Hoc eſt, pro illis quæ tenetur quotannis ſolvere S. Petro. Quippe *juſtitiam facere* hic eſt reſarcire damnum & injuriam oblatam. *Scriver.* not. M. s. Vereor ne deceptus ſit Scriverius, quippe juſtitiam facere ſignificat placitum habere; *tenir les plaides.* Sic in Annalibus Tilianis legitur legatos regios qui tunc ad *juſtitias faciendas* apud eos converſabantur, fuiſſe comprehenſos. Ibi juſtitiam facere non eſt injuriam aut damnum reparare, ſed placitum tenere. juſtitiæ vero Sancti Petri ſunt reditus Eccleſiæ. Basn.

(b) Firmitas ſignificat *un fort.* Scriver. not. m. s. Vide plura apud Cang um, præcipue illud veteris Poetæ Galli:

Caſtiaus faiſi citez:
Bours & Villes & fermetez. Basn.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814. loco, qui dicitur (c) Sithma, & multæ ſtrages factæ ſunt in populo Saxonum, & tunc polliciti ſunt contra Pipinum, omnes voluntates ejus faciendas, & honores in placito ſuo (b) præſtandum, & uſque in equos trecentos per ſingulos annos, & immutavit ſe numerus annorum.

DCCLIX.

(a) M. s. L. Situnna. Natus eſt Pipino Regi filius, cui ſupradictus Rex nomen ſuum impoſuit, ut Pipinus vocaretur, ſicut & pater ejus, qui vixit annos duos, & defunctus eſt in tertio.

(b) M. s. L. præſentandum. Eodem anno celebravit Natalem Domini in Longlaſe, & Paſcha in (c) Topila, & mutavit ſe numerus annorum.

DCCLX.

(c) Jupilla. Scriver. not. m. s. Tunc Pipinus Rex cernens Wapharium, Ducem Aquitaniorum minimè conſentire juſtitias Eccleſiarum partibus, quæ erant in Francia, conſilium fecit cum Francis, ut quæ ageret ſupradictas juſtitias quærendo in Aquitania, & pervenit uſque in locum, qui dicitur Theodad. Et cùm hæc vidiſſet Wapharius, miſit miſſos ſuos (d) Dotbertum, & Dadinum, & dedit obſides ad Algarium, Cetherium, Regi Pipino, ut omnia redderet, & quicquid ſupradictus Rex quærebat in cauſſis Eccleſiaſticis. Et celebravit Natalem Domini in (e) Cariſiago, & Paſcha, & (a) immutavit ſe numerus annorum.

(d) M. s. L. Adotbertum.

(e) M s. L. Cariſiaco.

DCCLXI.

Vuapharius Dux Aquitaniorum minimè cogitans de obſidibus vel ſacramentis ſuis, quaſi in vindictam ſuam in Pipinum Regem exercitum miſit, qui ad (f) Calvaldonum civitatem venerunt, dum & ſupra nominatus Rex Synodum ſuam teneret in villa, quæ dicitur Dura, nunciatum eſt ei, quod Wapharius in omnibus mentitus eſt. Iterum Rex Pipinus illuc exercitu iter peragens, & ejus filius primogenitus, nomine Carolus cum eo, & multa Caſtella cepit, quorum nomina ſunt, Burbonis, Cantela, Darmoantis. Iſtos per pugnam cepit, & in Avernen alia multa caſtella cepit per placitum, quæ ſe ſubdiderunt in ejus dominio, & pervenit uſque Lemovicas, vaſtando & deſtruendo ſupradictam provinciam propter negligentiam Vuapharii Ducis, & celebravit Natale Domini in Caraſiago Villa, & Paſcha ſimiliter, & immutatus eſt (b) numerus.

(f) M. s. L. Cabilonum. Cavalodunum. Scriv. not. m. s.

DCCLXII.

Tertiò in Aquitania Pipinus Rex iter faciens, & cepit civitatem Biturícam, & caſtrum quod (g) Toaras, & celebravit Natalem Domini in Gentiliaco villa, ſimiliter & Paſcha.

(g) M. s. L. Toarcis.

DCCLXIII.

Pipinus Rex habuit placitum ſuum in Nivernis, & quartum iter faciens in Aquitaniam, ibi Theſſilo Dux Bajoariorum poſtpoſuit Sacramenta, & omnia quæ promiſerat, & per malum ingenium ſe inde ſeduxit, omnia benefacta, quæ Pipinus Rex avunculus ejus ei fecit, poſtpoſuit, per ingenia fraudulenta ſe ſubtrahendo Bajoariam petiit, & nuſquam amplius faciem ſupradicti regis videre voluit.

Rex Pipinus iter peragendo per Aquitaniam uſque ad Cadurciam pervenit, Aquitaniam vaſtando & revertendo per Limovicas in Franciam reverſus eſt, & facta eſt hyems valida. Et tenuit Pipinus natalem Domini in villa, quæ dicitur Longlaar & Paſcha ſimiliter.

DCCLXIV.

Tunc Pipinus habuit placitum ad Wormatiam & nihil tunc aliud fecit, niſi in Francia reſedit, cauſſam pertractabat inter Vuapharium, Teſſilonem, & celebravit natalem Domini Caraſiago villa & Paſcha ſimiliter.

DCCLXV.

Tunc Rex Pipinus placitum habuit ad Attiniacum, & nullum fecit aliud iter, & celebravit natalem Domini in Aquis villa, & Paſcha ſimiliter.

DCCLXVI.

Tunc Pipinus Rex perrexit iter faciens in Aquitaniam; & placitum ſuum habuit in Aurelianis civitate & reſtauravit (b) Argentonio Caſtrum, quod antea Wapharius deſtruxit, ſupradictus Pipinus rex caſtrum ædificavit, ibi Francos miſit Aquitaniam convivendo ſimiliter & in Biturgiis (c) Scaram conlocavit, & celebravit natalem Domini in (i) Salmonigo villa, & paſcha ſimiliter.

(b) M. s. Lois. Argentonium.

(i) M. s. Lois. (i) Salmonciagum.

DCCLXVII.

Tunc habuit Dominus Pipinus in ſupra dicta villa Synodum magnam inter Romanos & Græcos de ſancta civitate vel de Sanctorum imaginibus, & poſtea perrexit iter peragens in partibus Aquitaniæ per Narbonam, Toloſam cepit, Albienſem ſimiliter, nec non & (k) Gwaldanum; & ſanus reverſus eſt in patriam, & celebravit paſcha in Vienna civitate. Et in eodem anno, in menſe Auguſto iterum perrexit ad partes Aquitaniæ Biturícum uſque pervenit, ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo; & inde iter peragens uſque ad Caronam pervenit, multas Rockas & ſpeluncas conquiſivit, caſtrum, Scoram, Torinnam, Perotiam, & reverſus eſt Biturícam,

(k) Givauldan. Scriv. not. m. s.

(a) Immutatio numeri annorum a Natali Domini. Scriver. not. m. s.

(b) Annorum ſcilicet ſupputatio fuit immutata. Vide paulo ſuperius. BASN.

(c) Scara tribunal Judicum, ſed inductum poſtea. Scriv. not. m. s. Male; quippe illius ævi ſcriptoribus Scara fuit equitum

turicam, ibique nuntiatum est de obitu Pauli Papæ, & ibi celebravit natalem Domini, & immutavit se numerus annorum. SÆC. IX.

DCCLXVIII. ANNO 814.

Dominus Pipinus Rex iter faciens & Rhenum stagnum cepit ad Xantones civitatem & ibi capit matrem Vuapharii & sororem ejus & neptes ejus, & venit usque ad Garonam, inde perrexit in locum qui dicitur *Montis, & ibi Heronicus veniens cum illa alia sorore Vuapharii Ducis, & inde sanus reversus, Pascha celebravit in castro quod dicitur Sels. Iterum iter assumens cum Domina Bertradana Regina ad Xanctones civitatem pervenit. Ibique dictam Reginam cum familia demisit, & partibus Petrogorigo perrexit, & interempto Wariphario cum triumpho victoriæ ad Xanctones civitatem reversus est, ibique moram faciens aliquot dies ægrotare cœpit, partibus Thuronum revertendo perrexit (a) Orceronem ad sanctum Martinum, & ad sanctum Dionysium usque pervenit, ibique diem obiit octavo Calendas Octobris.

Et dominus Carolus & dominus Carlomanus elevati sunt in regnum. Dominus Carolus septimo Idus Octobris in (b) Noviomo civitate, Carlomannus in Suessionis civitate similiter. Et celebravit prædictus gloriosus dominus Carolus Rex natalem Domini in villa, quæ dicitur Aquis, & pascha in (a) Rodomo civitate.

* al. Montis.

(a) Oderonem. Scriver. not. m. s.

Carolus Magnus.

Carlomannus.

(b) Noviomago ibid.

DCCLXIX.

Dominus Carolus gloriosus Rex iter peragens partibus Aquitaniæ, eò quod Hunaldus voluit rebellare totam Wasconiam & etiam venit ad Aquitaniam, & cum paucis auxiliante domino dissipata sunt iniqua consilia prædicti Hunaldi, & in ipso itinere jungens se prædictus magnus Rex cum Carlomano germano suo, in loco, qui dicitur (c) Ducischius. Inde Carlomanus se revertendo in Franciam iter arripiens. Dominus Carolus benignissimus Rex ivit ad (b) Eguosesinam civitatem, & insumpsit populos Francos cum omnibus utensilibus & præparamentis ipsorum & ibi super flumen (d) Dernovicem ædificavit castrum, quod dicitur Fronciacus; & inde missos suos mittens post Huvaldum & uxorem ejus ad Luponem Wasconem. Dum & ibi moram fecisset, venit cum Francis, adductus & supradictus Huvaldus unà cum uxore sua, & castro præpartito, & Huvaldo recepto, reversus est in Franciam, & celebravit natalem Domini in villa, quæ dicitur Dura, & Pascha in (e) Leako vico publico.

(c) M. s. Lois. Duodives.

(d) Dernovix fluvius est Dordonia. Scriv. not. m. s.

(e) M. s. Q. Leodico Leodio Scriver. not. m. s.

DCCLXX.

Tunc dominus Carolus Rex habuit Synodum in Warmatica civitate, & Carlomanus, & Berta Regina jungentes se ad Salossen. Et in eodem anno perrexit domina Berta Regina per Bajoariam in partes Italiæ. Et dominus Carolus Rex celebravit natalem Domini in Moguntia civitate, & Pascha in Haristalho, & (f) immutavit se numerus annorum.

(f) Hoc sæpius inculcatur vide supra ad an. 760. BASN.

DCCLXXI.

Tunc dominus Carolus Rex Synodum habuit ad Valentinianas, & eodem anno Carlomanus Rex defunctus est in villa quæ dicitur Salmonciacus, pridie Nonas Decembris.

Dominus Carolus venit ad Carbonam villam, ibique venientes (g) Wilcharius Archiepiscopus & Fuldradus Capellanus cum aliis Episcopis & Sacerdotibus, Warinus & Adalhartus Comites cum aliis primatibus qui fuerunt Caroli Magni. Uxor verò Carlomanni

(g) M. s. Lois. Welcharius.

tum turma. Sic enim Hincmarus ad Episcopos dioc. Rhem. c. 3. Bellatorum acies, quas vulgari sermone Scaras vocamus. Inde Germanice: Schaar / Schaaren. BASN.

(a) *Rodomus* est *Rothomagus*, ut *Noviomus* est *Noviomagus*. In Rheginone qui illud chronicon descriptit, legitur *Roterodama*. scil. *Rodoma*: sic *Novioma Noviomaga*, nam ad annum 776. sic scribitur. Scriver. not. m. s. De origine Rotumæ, quæ mihi patria fuit, hæc habet *Ordericus Vitalis* „ Rutubus po„ tens sævusque tyrannus, inexpugnabile, ut putabatur, Mu„ nicipium super montem juxta Sequanam servabat, per quod „ circumjacentem provinciam navesque per proximam flu„ men meantes coercebat. Quod audiens Cæsar, illuc cum „ exercitu festinavit, & Cattellum, quod Rutubi Pomus „ appellabatur, expugnavit; cujus oppidi specimen & ruina „ solers indigena perspicue agnoscit. Cæsar autem de præ„ dicto loco cæmentarios & artifices alios revocavit, nobi„ lemque Metropolim superSequanam Rotomagum condidit. Jam temporibus Clementis Apostolorum discipuli, Præsulis Romani, Metropolitanam fuisse hanc urbem *populis ac negotiorum commerciis opulentissimam* fertur in actis S. *Nicasii* quæ m. s. servantur in Archivis Ecclesiæ Rothomagensis. Quin imo ajunt *Mallonum* diruisse templum illud *Rothi*, in quo erat Ara *Diana* & *Veneris* Statua deaurata sub qua latitans Dæmon consulentibus responsa dabat; sic enim habent ejus Acta m. s. in Archivis S. Laudi in eadem urbe: ab eoque Rotho, qui velut numen colebatur, & Mago nescio quo Rege Gallorum desumptum sibi fingunt nomen Rothomagi. Sed illa meræ sunt fabulæ. Incerta urbis quamvis labentibus sæculis florentissimæ origo: quæ forsan primum pagus fuit. Nec eam condidit murisque cinxit *Cæsar*. Hoc unum constat, temporibus *Theodosii Magni* jam Sedem Episcopalem ibi fuisse, quam tum temporis tenuit Victricius: deinde vero *Rodoma* vel *Rotomus* diu fuit dicta; sic enim *Dudo* S. Quintini Abbas de moribus Norman. l. 3. p. 144. *Richardus Marchio bonitate famosissimus* ROTOMUM repetiit „ *vespertinus diluculo consurgens campum prælii aggre„ diens sexcentos quadraginta mortuos reperiens, funere tan„ torum pietate condoluit, sepeliri eos jussit, vivos adhuc sere„ tro leniter ad* ROTOMUM *deportari & sanari fecit.* Sic autem ibidem describitur:

Delitiosus ager vinetaque continet honesta
Cursibus undarum irriguis satis, emicantque prata.
Urbs qua percelebris nunc Rotome pranites decora
Labentis jocundis usibus affluenter amnis,
Merce quibus varii componere fœnoris queat se.

Sic ille, qui sæculo decimo ad finem vergente scripsit; Ergo sæculo & quod excurrebat post Annalistam nostrum *Rodomi* nomine gaudebat adhuc civitas inclyta. BASN.

(b) M.s. Lois. Equolesimam, & in eodem codice recentiori manu addita sunt quædam de Ecclesia conditâ juxta Dronem fluvium, & de uno de innocentibus ibi collocato v. Quercetanum t. 2. pag. 28. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814.

lomanni cum aliquibus paucis Francis ad partes Italiæ perrexit, & præclarus & glorioſus Rex celebravit Natalem Domini in villa, quæ dicitur Atquiacus, & Paſcha in Hariſtelho. *DCCLXXII.*

Tunc Carolus Rex Synodum tenuit ad Warmatiam, inde perrexit ad partes Saxoniæ, prima vice Heresberg caſtrum cepit, ad Ermenſil uſque pervenit, & ipſum Fanum deſtruxit, & aurum & argentum, quod ibi retulit, abſtulit, & fuit ſiccitas magna, & tanta, quod deficeret in ſupradicto loco, ubi Ermenſil ſtabat, & dum voluit ibi duos aut tres prædictus glorioſus Rex ſtare, Fanum ipſum ad perdeſtruendum, & aquam non haberent, tunc ſubitò divina largiente gratia, media die, cuncto exercitu quieſcente, in quodam torrente, omnibus hominibus ignorantibus aquæ effuſæ ſunt largiſſimæ, ut cunctus exercitus ſufficienter haberet: Tunc ſuper Wiſoram fluvium venit ſupraſcriptus Rex magnus, & ibi cum Saxonibus placitum habuit, & recepit obſides 12. & reverſus eſt in Franciam, & celebravit Natalem Domini in Hariſtalho, & Paſcha ſimiliter. *DCCLXXIII.*

Tunc dominus Carolus Rex perrexit ad hyemandum in villa quæ dicitur Theodone, ibique veniens miſſus domini Adriani Apoſtolici, nomine Petrus, per mare uſque Maſſiliam, & inde cum Reno ad Dominum Carolum conjungens, invitando ſcil. ſupranominatum glorioſum Regem unà cum Francis pro Dei ſervitio & juſtitia S. Petri ſeu ſolatio Eccleſiæ per Deſiderium Regem, & Longibardos, & inde maritime venit, quia viæ clauſæ fuerunt Romanis à Longobardis: tunc dominus ac præcelſus Carolus Rex (a) conſilium iniit cum Francis, quid peraget, & ſumpto conſilio juſſit, ſicut miſſus Apoſtolici per verbum domini Adriani Apoſtolici poſtulatum ita fieri. Tunc Synodum ſupradictus glorioſus Rex tenuit cum Francis Lerne in civitate, ibique exercitum dividens, *tam factus Rex dominus, & perrexit ipſe per montem Caniſium, & miſit Bernardum avunculum ſuum per montem Jovis, cum aliis ſuis fidelibus, & tunc ambo exercitus ad Cluſas ſe conjungentes. Deſiderius domino Carolo Regi obviam ivit. Tunc Carolus Rex una cum Francis caſtra metatus eſt ad eaſdem Cluſas, & mittens (b) ſcaram ſuum per montes, hos ſequens Deſiderius Cluſas relinquens, ſupradictus dominus Carolus Rex una cum Francis auxiliante Domino, & intercedente B. Petro Apoſtolo ſine læſione vel aliquo conturbio Cluſas apertas Italiam introivit, ipſe & omnes fideles ſui & Papiam civitatem uſque pervenit, & Deſiderio incluſo ipſam civitatem obſedit: Ibique Dominus Carolus in caſtris ſuis Natalem Domini celebravit, & in Roma Paſcha. *DCCLXXIV.*

(c) Et revertente Domino Carolo Rege à Roma & iterum ad Papiam pervenit, ipſam civitatem cepit, & Deſiderium Regem cum uxore & filia, & cum omni theſauro palatii ejus, ibique venientes omnes Longobardi de eis civitatibus Italiæ, ſubdiderunt ſe in dominio domini glorioſi Caroli Regis, & Francorum. (d) Adaigulfus filius Deſiderii Regis fuga lapſus mare intravit, & Conſtantinopolim perrexit. Tunc glorioſus dominus Carolus Rex ipſa Italia ſubjugata & ordinata, cuſtodiam Francorum in Papia civitate permittens, cum uxore & reliquis Francis, Deo adjuvante, cum magno triumpho in Franciam reverſus eſt. Et cùm perveniſſet ad locum qui dicitur Ingelheim, miſit quatuor Scaras in Saxoniam, quarum tres pugnam cum Saxonibus inierunt, & auxiliante Domino victores extiterunt, quarta verò Scara non habuit pugnam, ſed cum præda magna, illæſi iterum reverſi ſunt ad propria, & celebravit præfatus glorioſus Rex Natalem Domini in villa, quæ dicitur Cariſiacum, ſimiliter & Paſcha. *DCCLXXV.*

Tunc pius ac præclarus dominus Carolus Rex habuit Synodum in Villa, quæ dicitur Duria, iter tunc peragens in partes Saxoniæ Sigiburgum Caſtrum cepit. Eresburgum reædificavit ſuper Wiſoram fluvium, venit in locum qui dicitur Brunisberg, & ibi præparabant Saxones bellum volentes ripam ſupradicti fluminis defendere, auxiliante Domino & Francis decertantibus, fugientibus Saxonibus, Franci ambas ripas obtinuerunt, & multi Saxones ibi occiſi ſunt. Tunc dominus Carolus Rex dividens exercitum ſuum, ſumpſit ſecum quos voluit, & perrexit uſque ad Obacerum fluvium, ibi omnes auctores Saxonum venientes cum Haſſionibus, & dederunt obſides juxta quod placuit, & juraverunt ſacramenta, ſe fideles eſſe partibus ſuprà dicti domini Regis. Similiter inde jam revertente mitiſſimo domino Rege, venerunt Angrarii, in pago quod dicitur Buckhi, unà cum Brunone & reliquis optimatibus eorum, & dederunt ei obſides ſicut Auſtraſii. Et inde revertente præfato Rege, invenit aliam partem de ſuo exercitu, ſuper fluvium Wiſora, continentes ripam, quam juſſi fuerant. Saxones cum ipſis pugnam fecerunt in loco, qui dicitur (e) Lidpach, & Franci, Deo volente, victoriam habuerunt, & plures Saxones occiderunt. Hoc audiente domino Carolo Rege, iterum ſuper Saxones cum exercitu irruens, & non minorem ſtragem ex ipſis fecit, & prædam multam conquiſivit ſuper Weſtphaleos, & obſides dederunt, ſicut & alii Saxones, & cum aliis obſidibus receptis, & præda multa aſſumpta, & pa-

(a) M. s. Lois. Conſiliavit.

* forte: jamfatus.

(b) Intelligi debet ſemper equitum turma. B.

(c) Quædam hic addita ſunt in codice Loiſeliano, quæ videre poſſis apud Querceta-num t. 2. p. 29.

(d) M. s. Lois. Adalgiſus.

(e) M. s. Lidbad.

Digitized by Google

& pariter ſtrage Saxonum facta, ſupradictus dominus Carolus Rex ad propria reverſus eſt auxiliante Domino in Franciam. Tunc audiens, quod Ruodgandus Longibardus fraudavit fidem ſuam, & omnia ſacramenta rumpens, & voluit Italiam rebellare tunc illis in partibus cum aliquibus Francis, tunc Carolus Rex iter peragens, & celebravit natalem Domini in villa, quæ dicitur Scladdiſtat. SÆC. IX. ANNO 814.

DCCLXXVI.

Tunc Carolus Rex Italiam ingreſſus eſt per partes Fori Julii iter peragens. Ruodgandus occiſus eſt, & dominus Carolus Rex apud Tarviſium civitatem Paſcha celebravit, & captis civitate Foro Julii, Tarviſio cum reliquis civitatibus quæ rebellarant, & diſpoſuit eas omnes per Francos, & iterum in proſperitate & victoria reverſus eſt in Franciam. Tunc nuncius veniens dixit, Saxones rebellare, & omnes obſides ſuos ſacramenta rumpere, & Eresburgum caſtrum per mala ingenia & iniqua placita Francos exinde ſuadendo exire, ab ipſis Francis derelictum eſt, muros & opera (*a*) deſtruxerunt; inde pergentes voluerunt de Sigiburgo ſimiliter facere, auxiliante Domino, Francis eis viriliter repugnantibus, nil prævaluerunt, & inde fugam arripientes Saxones, perſecuti ſunt eos Franci, interficientes illos uſque ad fluvium Lippiam, caſtro ſalvato, & cum victoria reverſi ſunt Franci. Et cùm perveniſſet Dominus Carolus Rex Wormatiam, & omnes iſtas cauſſas audiens, conjunxit Synodum ad eandem civitatem, & ibi placitum publicum tenens, & concilio facto cum Dei adjutorio ſub celeritate nimia & feſtinatione, Saxonum firmitates ſubitò introivit, & Saxones per terras omnes ad locum, ubi Lippia conſurgit, venientes ex omni parte, & reddiderunt patriam per Waidium omnibus manibus eorum, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & ſub ditione Domini Caroli Regis & Francorum ſubdiderunt. Tunc Dominus Carolus Rex unà cum Francis denuò rectificavit Eresburgum caſtrum, & aliud caſtrum ſuper Lippiam; Ibique venientes Saxones unà cum uxoribus & infantibus innumerabilibus multitudo baptizati ſunt, & obſides, quantos jam dictus Dominus Rex quæſivit, dederunt. Et perfectis ſupradictis caſtellis, & diſpoſitis per Francos Scaras reſidentes, & ipſa cuſtodientes, reverſus eſt in Franciam, & celebravit Natalem Domini in Hariſtalho, & Paſcha in villa, quæ dicitur Niomaga.

DCCLXXVII.

Tunc dominus Carolus Rex Synodum publicam habuit apud Padesbrunnum prima vice, ibique venientes omnes Franci, & ex omni parte Saxones, excepto quod (*a*) Vindobundis rebellis reſtaret cum paucis in partibus Nordmanniæ confugium fecit unà cum ſociis ſuis. Etiam ad idem placitum venerunt Sarraceni de partibus Hiſpaniæ, ſcilicet (*b*) Ibinalakabe, & filius de Vizoſi, qui & latinè Joſeph nominatur, ſimiliter & gener ejus, ibique Saxonum multitudo baptizata eſt, & ſecundùm morem illorum, omnem ingenuitatem, & (*b*) Alodem manibus dulgium fecere, ſi amplius immutaſſent, ſecundum malam conſuetudinem eorum, niſi conſervarent omnibus Chriſtianitatem vel fidelitatem Domini Caroli Regis & filiorum ejus, vel Francorum, & Rex celebravit Natalem Domini in villa, quæ dicitur (*c*) Doriacum, & Paſcha in Aquitania, in villa, quæ dicitur (*d*) Caſſivogla, & immutavit ſe numerus annorum.

(*a*) leg. Vindokundis.

(*b*) Regino: Ibinalakabe Jarabi & filius Devizefi, vel Deviſefi.

(*c*) M. S. Lois. Dorciacum.

(*d*) Regino: Caſinogilo.

DCCLXXVIII.

Tunc Dominus Carolus Rex iter peragens in partes Hiſpaniæ per duas vias, una per Pampilonem, per quam ipſe ſupradictus Magnus Rex perrexit uſque Cæſarauguſtam, ibique venientibus de partibus Burgundiæ & Auſtriæ, vel Bajoariæ, ſeu Provinciæ & Septimanæ, & pars Longobardorum, & conjungentes ſe ad ſupradictam civitatem; ex unaque parte exercitus ibi obſides receptos Derbanalambi, & Drabatauro & de multis Sarracenis Pampilona deſtructa Hiſpanis Waſonibus ſubjugatis etiam & Na-

(*a*) Addendum hic ex Codice Loiſeliano *Saxones*; illius enim vocis defectu ſenſus plane immutatur: deeſt etiam hic miraculum, quod in alio codice fuſe narratur. *Dicebant Saxones ſe vidiſſe inſtar duorum ſcutorum colore rubeo flammantes & agitantes ſupra ipſam Eccleſiam.* p. 30. BASN.

(*b*) *Alodem*, lege *Alodum manibus dultum.* manuſcr. Loiſel. *alodis*, id eſt, *nobilitas*, ſeu potius fides, imo *bona* ſignificat; vide *Reginonem* hoc anno. *dulgium* eſt jusjurandum Καθάρα *Scriverius* not. M.s. Variat illa vox, ut optime *Cangius* obſervavit. Sed tamen legendum hîc potius *alodem*, quam *alaudum*, quamquam vox poſterior occurrat in capitularibus Carlomani: nec bene hanc vocem interpretatus eſt *Scriverius*; quippe hæc leguntur apud *Dudonem* mox a nobis laudatum: Teneat ipſe Rollo & ſucceſſores ejus ipſam terram ab Eptæ fluviolo ad mare *quaſi fundum & Alodum in ſempiternum.* Fuit igitur fundus illi proprius: tunc enim, inquiunt Jurisconſulti, *Alodii* nomen auditum, ut propriam hæreditatem & rem ſui Juris & cum omni integritate poſſeſſam deſignaret; diſtinguebantur enim bona quæ principes colonis & militibus aſſignabant; alia enim fuere vectigalibus obnoxia, alia vero, quæ *alodes* dicebantur, ab iis penitus libera. Si prædia quæ miles poſſidet, inquit *Cujacius*, non ſint omnia adſcripta militiæ, ſed habeat miles jure optimo poſſeſſionem aliquam militiæ functione liberam, quæ *Alode* ſive *Alodium* dicitur, *quaſi fidei vinculo ſoluta.* Rem clarius explicat ſummus ille vir inter tum Litteratos tum Jurisconſultos, dum *Marculfi* formulas commentario numquam ſatis laudando illuſtrat; Omnia namque prædia aut propria erant aut fiſcalia: propria dicebantur quæ nullius Juri eſſent obnoxia, ſed *optimo & maximo jure* poſſidebantur, ideoque ad hæredes tranſibant; fiſcalia vero, quæ a Rege ut plurimum, poſteaque ab aliis ita concedebantur, ut certis legibus Servitiis obnoxia cum vita accipientis finirentur. Prioris ordinis erant Alodea, *libera Juris prædia, quæ nec fidem nec penſitationem deberent.* An vero a Græcis ſeu potius a Germanis derivata ſit illa vox, vide *Spelmanni* Gloſſ. *Menagii* origines linguæ Gallicæ. *Pontani* origines, *Sirmundi* notas in capitula Caroli Calvi. Hæc nobis de veteri agrorum partitione indicanda ſuffecerint. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 814. & Nabarris, reverſus eſt in partes Franciæ. Et cum audiſſent, quòd Dominus Carolus Rex & Franci tam in longinquis fuiſſent partibus Hiſpaniæ, perſuaſione ſæpe dicti (a) Vindekindi & ſociorum ejus, ſecundùm conſuetudinem malam iterum rebellarunt; & nunciatum eſt hoc domino Carolo Regi, apud (b) Annoſiodorum civitatem, tunc prædictus dominus Rex mittens ſcaram Francorum (a) velociter & feſtinanter ad reſiſtendum ſupradictis Saxonibus, ad Renum uſque (c) Diucam pervenerunt. Tunc prædantes ſecus Rhenum, & multas malitias facientes, Eccleſias Dei incendentes, in ſanctimoniales graſſati, quod faſtidium generat enumerandi. Et cùm ſubitò audientes de reverſione domini Caroli Regis & de ſcara ejus, quam miſit obviam illis. Tunc à Saxonibus dimiſſo Rheno, reverſi per Longenhri partes Saxoniæ, & ſcaræ Francorum non occurrerunt obviam eis, ſed veſtigium ipſorum obſervantes, conſequuti ſunt eos ſuper fluvium, cujus vocabulum eſt (d) Adarna, in loco, qui dicitur Liheſi, ibi pugna incepta, & valde benè finita auxiliante Domino, Franci victores extiterunt, & multitudo Saxonum ibi occiſa, & reliqui fugientes cum magna contumelia in Saxoniam reverſi ſunt, & ſupradictus clementiſſimus Rex celebravit natalem Domini in villa, quæ dicitur Hariſtalhio, & Paſcha ſimiliter.

(a) M.s. Lois. Widokingi.
(b) Regino Antiſſiodoro.
(c) Petav.c. Diviciam Lois. Dureciam.
(d) Adarniam Lois.

DCCLXXIX.

Tunc dominus Carolus Rex iter peragens per partes Niuſtriæ, & pervenerunt in villa quæ dicitur Compendium, & tunc iterum revertendo per partes Auſtriæ, obtulit ſe Hildebrandus Dux Spoletanus cum multis muneribus in præſentia dicti Regis in villa, quæ dicitur (e) Viraniacum, & fuit Synodus in villa quæ dicitur Duria, & iter peregit partes Saxoniæ ad Lippeham; tranſito Rheno flumine, & Saxones voluerunt reſiſtere qui dicitur (f) Buoholz; auxiliante Domino, non prævaluerunt, ſed abinde fugientes reliquerunt omnes firmitates eorum, & Francis aperta eſt via, & introeuntes in Weſtvalahos, & conquæſierunt eos omnes, reliqui (g) quidem Vuiſore fuerunt. Cùm ſe junxiſſet dominus Carolus Rex ad locum qui dicitur (h) Medofuldi, ibi dederunt obſides. & dein ſacramenta firmantes, & tunc reverſus eſt ſupraſcriptus glorioſus Rex in Franciam, & celebravit natalem Domini in Wormatia civitate, & Paſcha ſimiliter.

(e) M.s. Wircinia-cum.
(f) Boh-hot. Lois.
(g) Lois. qui ultra Wiſoram.
(h) Lois. Medofulli.

DCCLXXX.

Tunc dominus Carolus Rex iter peragens ad diſponendam Saxoniam, ad Eresburgum pervenit, & inde ad locum, ubi Lippia conſurgit. Ibique Synodum peragens, inde iter peragens ad partes Albiæ fluminis, & ibidem venerunt omnes Bardoganenſes, & multi de (i) Nordilendis baptizati ſunt in loco qui dicitur Orcheim, ultra Obacrum fluvium, & pervenit uſque ad ſupradictum fluvium, ubi (k) confluit in Albiam, ibi omnia diſponens tam Sclavoniam, quàm Saxoniam, reverſus eſt ſupradictus Rex in Franciam. Tunc ſumpto conſilio, ut iter perageret orationis cauſſa ad Romam, unà cum uxore ſua Hildegarde Regina, & celebravit natalem Domini in Papia civitate.

(i) Lois. Nordlendi.
(k) Lois. Pet. ubi Obacrum fluit.

DCCLXXXI.

Et Rex Carolus ſupradictum iter peragens celebravit Paſcha in Roma, & ibi baptizatus eſt Pipinus filius Caroli Magni Regis ab Adriano Papa, qui & ipſe eum de ſacro fonte ſuſcepit, & duo filii ſupradicti Caroli Regis uncti ſunt in Reges à ſupradicto Pontifice. Hi ſunt dominus Pipinus & dominus Lodovicus Rex in Aquitania. Et inde revertente domino Carolo Rege, Mediolanum civitatem pervenit, & ibi baptizata eſt filia ejus domina (l) Giſtola ab Archiepiſcopo nomine Dioma, & qui eam ipſe à ſacro baptisma manibus ſuſcepit, & ab inde reverſus eſt in Franciam, & tunc miſſa ſunt miſſi duo ab Apoſtolico ſupradicto, ſcilicet (m) Formonſus & Damanſus Epiſcopi, ad Thaſſilonem Ducem, unà cum miſſis domini Caroli Regis ſcilicet (n) Richolfus diaconus, & Eberhartus munere Pincernario ad commonendum & conteſtandum, ut reminiſceretur priſcorum ſacramentorum ſuorum, & ut non aliter faceret, niſi ut jurejurando jamdudum promiſerat ad partem domini Pipini Regis, & domini Caroli Regis magni Francorum: & tunc conſenſit Thaſſilo Dux Bajoariorum, ut ſumptis obſidibus à domino Rege Carolo, & tunc ad ejus redirent præſentiam, quod & præfatus dominus Rex non renuit, & conjungens ſe ſupradictus dominus Dux in præſentiam piiſſimi Regis ad Wormatiam civitatem, & renovans ſacramenta, dedit XII. obſides electos, ut omnia conſervaret, quicquid domino Pipino Regi jurejurando promiſerat in cauſſa ſupradicti domini Caroli Regis, vel fidelium ſuorum, qui & ipſi obſides recepti ſunt in Cariſiaca villa de manu Simberti Epiſcopi. Sed non diu præfatus Dux Taſſilo promiſſiones ſervavit quas fecerat: & celebravit prædictus glorioſus Rex natalem Domini in ſupradicta civitate Cariſiaca, & Paſcha ſimiliter.

(l) Forte Giſela vel Giſſola leg. Regino legit: Gliſla ab A. Thoma.
(m) Regino: Formoſus & Damaſus.
(n) Regino; Siculfe capellano & Eunardi.

DCCLXXXII.

Tunc dominus Carolus Rex iter peragens ad Coloniam, & Synodum tenuit, ubi Lippia conſurgit, ibique omnes Saxones venerunt, excepto rebelle Vindikinde. Etiam

(a) Cod. Lois. Scaram Franciſcam ut ſub velocitate feſtinaret; melius, ni fallor, Caniſ. BASN.

Digitized by Google

Etiam illuc venerunt Poſtlimanni miſſi (a) Sifridi Regis, (b) Halbdani cum ſociis ſuis ſimiliter, & Avari illuc convenerunt miſſi à Cagano & (c) Vigerio; ibi peracto placito reverſus eſt dominus Carolus Rex in Franciam, & cùm reverſus fuiſſet, ſtatim iterum Saxones ſolito more rebellarunt, ſuadente Vindekindo, & ignorante domino Carolo Rege, miſit miſſos ſuos Adalgiſum & Algonem, (d) atque Woradum, ut moverent exercitum Francorum & Saxonum ſuper Sclavos paucos, qui rebelles fuerunt, & ſupranominati miſſi in via audientes, quòd Saxones rebellaſſent, conjungentes ſupradictam Scaram, irruerunt in Saxones, & nullum mandatum fecerunt exinde domino Carolo Regi & commiſerunt bellum cum Saxonibus, & fortiter pugnantes, & multos Saxones interimentes, victores extitere Franci, & ceciderunt ibi duo ex ipſis miſſis Adalgiſus & Gailo in monte qui dicitur Suntal. Hoc audiens dominus Carolus unà cùm Francis, quos cum celeritate conjungere potuit, illuc perrexit, & pervenit uſque ad locum ubi Alata confluit in Vuiſora. Tunc omnes Saxones iterum convenientes, ſubdiderunt ſe ſub poteſtate ſupradicti domini Regis, & reddiderunt omnes malefactores illos rebelles, & occiderunt, excepto Vindikindo, qui fuga elapſus eſt ad partes Nordmanniæ. Iis peractis, reverſus eſt dominus Rex in Franciam, & celebravit natalem Domini in villa Theodonis, & Paſcha ſimiliter.

SÆC. IX. ANNO 814.

(a) Regino aliter.
(b) Lois. Haltoni Per. Halptani.
(c) Lois. Vigurro.
(d) Regino; Geilonem atque Conradum. Per. Sailonem. Lois. Wailonem.

DCCLXXXIII.

Tunc obiit Domina ac benè merita Hildegardis Regina pridie Kal. Maii, quæ erat vigilia Aſcenſionis Domini. Et dominus Rex Carolus iter fecit per partes Saxoniæ, eò quòd Saxones iterum rebellarent, & cum paucis Francis ad (e) Theotwaldi pervenit, ibi Saxones præparaverunt pugnam in campo. Dominus Carolus Rex, & Franci viriliter ſolito more ſuper eos irruerunt, Saxones terga vertentes & Domino adjuvante Franci victores extiterut, & cecidit ibi maxima multitudo Saxonum, ita ut pauci fugam evaſiſſent, & inde cum victoria venit prædictus glorioſus Rex ad Padenbrun, ibi conjungens exercitum ſuum, & perrexit, ubi Saxones ſe conjunxerunt ad fluvium, cujus vocabulum eſt Haſa, ibi iterum inita pugna, non minor numerus Saxonum cecidit, & auxiliante Domino Franci victores extiterunt. Tunc dictus dominus Rex iter peragens Vuiſeram fluvium tranſit, & uſque ad Albiam fluvium pervenit, & inde reverſus præfatus Magnus Rex in Franciam: & in eodem anno obiit bonæ memoriæ Domina Berta Regina, quarto Idus Julii. Et cùm Wormatiam perveniſſet dominus Rex Carolus ſociavit ſibi in matrimonium dominam Faſtradam Reginam, & celebravit Natalem Domini in villa, quæ vocatur Hariſtalho, & Paſcha ſimiliter.

(e) Regino: Thietmalli.

DCCLXXXIV.

Saxones tunc iterum rebellarunt ſolito more & cum eis pars aliqua Friſonum. Tunc deinde dominus Carolus Rex iter peragens, Rhenum tranſiit ad Lippiam, & ingreſſus eſt Saxoniam circuendo & vaſtando uſque ad Huculum. (f) Ibi conſilio inito, eo quòd minimè eſſent inundationes aquarum, ut per Thuringiam de orientali parte introiſſet, & ſuper Oſtualaos, & filium ſuum dominum Carolum dimiſiſſet, unà cum Scara contra Weſtvalos, quod & ita factum eſt. Dominus Carolus Rex perrexit per Turingiam, uſque ad fluvium Albiam, & inde ad Stainfurt, & inde (g) Schalingi, ibi conventione facta, reverſus eſt in Franciam. Weſtvali verò voluerunt ſe congregare ad Lippiam. quo audito, ſupradictus filius Domini Caroli Regis obviam ivit eis, unà cum Scara, quæ cum eo dimiſſa fuerat in pago, qui dicitur (h) Oragni, & inierunt bellum; auxiliante Domino, Dominus Carolus, filius Magni Regis Caroli, victor extitit unà cum Francis multis Saxonibus interfectis, volente Deo illæſus remeavit ad genitorem ſuum in Wormatiam civitatem, ibi inito conſilio cum Francis, ut iterum tempore hyemis iter faceret ſupradictus dominus Rex in Saxoniam, quod & ita factum eſt, & celebravit Natalem Domini juxta Kidrioburg in Pago (i) Vuzzaganni ſupra fluvium Ambram in villa (k) Lutundi.

(f) Per. Huculvi Quercet. Huculin.
(g) Scahiningi Per. Scaingi. Lois.
(h) Lois. Dragini.
(i) Waizzagawi Lois. Wauzannaga.
(k) Per. Liudihi. Lois. Luidi.

DCCLXXXV.

Tunc dominus Rex Carolus ſupradictum iter peragens, uſque ad (l) Rimee pervenit ſuper fluvium Wiſoraha, ubi confluit Vinharna (m), & propter nimiam inundationem aquarum inde reverſus eſt Eresburgum, uxorem ſuam dominam Faſtradam Reginam unà cum filiis & filiabus ſuis ad ſe venire juſſit. Ibi tota hyeme reſidens, & ibi Paſcha celebravit, & dum ibi reſideret, multoties ſcaras miſit, & per ſemetipſum iter peregit, Saxones, qui rebelles erant, deprædavit, & caſtra cepit, & loca eorum munita intravit, & vias (n) inundavit, ut dum tempus congruum veniſſet, Synodum celebravit publicam apud Padebrunen, & inde iter peragens, vias apertas, nemine contradicente per totam Saxoniam, quocunque voluit, tunc in (o) Bardunganice venit, ibique mittens poſt Windikindem, & Abbionem, & utroſque ad ſe conduxit, & firmavit, ut ſe non ſubtraherent, priuſquam in Franciam perveniſſent, petentibus illis, ut credentias haberent, quod illæſi fuiſſent, ſicut factum eſt. Tunc dominus Rex reverſus eſt in Franciam, & mittens ad ſupradictos Windekindem & Abbio-

(l) Regino legit. uſque Adrine.
(m) Regino Waahna, Per. Waharna.
(n) Lois. Mundavit.
(o) Regino, Bardenguni.

Digitized by Google

SAEC. IX ANNO 8:4

Abbionem obsides per missum suum (a) Amalvinum, qui cum recepissent obsides illos secum ducentes, & conjunxerunt se apud (b) Artinacum villam ad dominum Carolum Regem, & ibi baptizati sunt supra nominati Windikind & Abbio cum sociis eorum. Tunc tota Saxonia subjugata est. Et in eadem villa celebravit sæpe dictus Rex Natalem Domini, & Pascha similiter.

(a) Lois. Amalluvionem.

(b) Regino Attiniacum.

DCCLXXXVI.

Tunc dominus Carolus Rex misit exercitum suum in partes Brittanniæ, unà cum misso suo (c) Andalfo (d) Sinestalco, & ibi multos Brittones conquæsierunt, unà cum castellis & firmitatibus Brittonum, in locis paluſtribus, seu (e) incessis, & sicut suprà diximus, in multis firmitatibus Britonum prævaluerunt, & Franci cum victoria Domino volente reversi sunt, & Capitaneos eorum ad Synodum repræsentabant supradicto domino Regi in Wormatia. Tunc dominus Rex Carolus perspiciens se ex omni parte, Deo largiente, pacem habere, sumpsit consilium, devotionis causa ad limina beatorum Apostolorum iter peragendi, & causas Italicas disponendi, & cum missis Imperatoris placitum habendi de convenientiis eorum: quod ita factum est. Tunc idem Rex Natalem Domini celebravit in Florentia civitate.

(c) Reg. Odulpho principe Cacorum.

(d) Sinestalco Scriver. n. m. s.

(e) leg. inaccessis. Ibid.

DCCXXCVII.

Tunc dominus Carolus Rex supradictum iter peragens honorificè ab Apostolico Adriano susceptus est, & aliquot dies ibi moratus est cum domino Apostolico, & (f) Ariglus Dux Beneventanus misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus postulare de adventu jam dicti Domini Regis, ne Beneventum intraret, quia vellet omnes voluntates Regis adimplere. Sed hoc Apostolicus & optimates Francorum minimè credebant, & habuit consilium cum Domino Carolo, ut ad partes Beneventanas firmando bene iret, quod ita factum est, & dum Capuam venisset, (g) Ariglus Dux reliquit Beneventum civitatem, & in Salernum se reclusit, & timore perterritus non fuit ausus per semetipsum faciem Domini Caroli Regis videre. Sed missos mittens, & ambos filios suos proferens, id est, Rumoldum, quem dominus Carolus Rex secum habebat, & Grimaldum, quem supradictus Ariglus penes se continebat, & offerens multa munera, & alios obsides, ut petitioni ejus obtemperaret. Tunc Dominus ac glorioſus Carolus Rex prospexit unà cum sacerdotibns vel cæteris optimatibus, ut terra illa non deleretur, & Episcopia vel monasteria desolarentur, elegit 12. obsides, & decimum tertium filium scil. prædicti Ducis nomine Grimoaldum, & acceptis muneribus fecit jurare omnes Beneventanos, unà cum Duce, & reversus est piissimus Rex Romam, & celebravit Pascha cum domino Apostolico ibidem. Ibique venientes missi Thassilonis Ducis, scilicet Arnus Episcopus & Hunrichus Abbas, ut ponerent Apostolicum, ut pacem terminaret inter dominum Carolum Regem, & Thassilonem Ducem, unde & dominus Apostolicus multum se interponens precando dominum Regem, qui respondit, se voluisse, & per multa tempora quæsivisse, & minimè invenire potuisse, & proferebat statim ita fieri. Et voluit prædictus dominus Rex in præsentia Apostolici cum ipsis missis pacem firmare, & renuentibus supradictis missis, quia non ausi fuissent de eorum parte ullam firmitatem facere. Apostolicus verò cùm cognovisset instabilitatem mandati eorum, statim supradictum Ducem cum consentaneis suis Anathemate feriit, si ipsa sacramenta, quæ promiserat Domino Pipino Regi, & Domino Carolo Regi non adimplêsset, & obtestans supradictos missos, ut contestarentur Thassilonem, ut non aliter feciſſet, nisi in omnibus obediens fuisset Domino Carolo Regi, & filiis Regibus Francorum, ut ne fortè sanguinis profusio veniret, vel læsio illius. Et sæpedictus Dux obdurato corde verbis supradicti Apostolici obedire minimè voluit. Tunc Dominus Carolus Rex & suus exercitus absoluti fuerunt ab omni periculo peccati, & quidquid in ipsa factum eveniebat in incendiis, aut homicidiis, vel in qualicunque malo, ut hoc super Thassilonem & suos consentaneos veniret. Et Dominus Rex Carolus, ac Franci innoxii ab omni culpa exinde permanerent: iis verbis expletis missi Thassilonis sunt absoluti. Et cùm invicem sibi Dominus Apostolicus & glorioſus Carolus Rex valedicentes, benedictione assumpta, oratione peracta, Franciam dictus præcelsus Rex reversus est, & pervenit idem mitissimus Rex ad conjugem suam dominam Fastradem Reginam in civitate Wormatia, & ibi ad invicem gaudentes, & lætificantes ac Dei misericordiam laudantes, Synodum namque congregatam supradictus Rex apud eandem civitatem sacerdotibus suis & aliis optimatibus nuntiavit, qualiter omnia in itinere suo peracta sunt, & cum perveniſſet ad locum, quod omnia explanasset de parte Thassilonis, sicut actum erat, tunc perspiciens idem Rex, ut missos mitteret, & jussit Thassilonem, ut omnia adimpleret secundum jussionem Apostolici, vel sicut justitia erat, & quod sibi jurejurando promissum habebat, ut in omnibus obediens & fidelis fuisset domino Regi Carolo, & filiis ejus, vel Francis, & veniet ad ejus præsentiam, quod renuit & venire contempsit. Tunc dominus Rex Carolus videns unà cum Francis suis Justitiam suam, iter

(f) Lois. Harichis. Quercet. Arigis.

(g) Leg. Argilus. Regino: Heregisus.

cœpit

Digitized by Google

cœpit peragere ad partes Bajoariæ cum exercitu ſuo, & per ſemetipſum venit in locum, qui Lechfeldt, ſupra civitatem Auguſtam, & juſſit alium exercitum fieri, id eſt, Francorum, Auſtraſiorum, Thuringorum, & Saxonum, & conjunxit ſuper Danubium fluvium, in loco qui dicitur Faringa. Et tertium exercitum juſſit fieri in partibus Italiæ, ut dominus Pipinus Rex veniret uſque ad Trianto cum exercitu ſuo, & ipſe ibi maneret, & exercitum ſuum pleniter manè mitteret uſque ad (a) Banzanum. Tunc proſpiciens ſe Thaſſilo ex omni parte eſſe circundatum, & videns, quod omnes Bajoarii plus eſſent fideles domino Regi Carolo, quàm ſibi, & cognoviſſent jam Juſtitiam dicti Regis, & magis eſſent inclinati pro Juſtitia, quàm in contrarium facere; undique conſtrictus Thaſſilo venit per ſemetipſum tradens ſe in manus domini Regis Caroli in Vaſallum, & reddens Ducatum ſibi commiſſum à domino Pipino Rege, & cognovit ſe in omnibus peccaſſe, & malè egiſſe. Tunc denuò renovans ſacramenta, & dedit obſides electos duodecim, & decimum tertium filium ſuum Theodonem, receptis obſidibus, & præſtitis ſacramentis, præfatus glorioſus Rex regreſſus eſt in Franciam, & celebravit natalem Domini in villa, quæ dicitur Ingelhaim (b), & ſimiliter Paſcha, & immutavit ſe annus.

SÆC. IX. ANNO 814.

(a) Lois. Bauzarum.

(b) Lois. Ingilenhaim.

DCCXXCVIII.

Tunc ſupradictus Rex Carolus congregans Synodum, apud dictam villam Ingelhaim, ibique veniens Thaſſilo ex juſſione domini Regis, ſicut & cæteri ejus (c) Vaſalli, & cœperunt fideles Bajoarii dicere, quòd Thaſſilo fidem ſuam non haberet, niſi poſtea fraudulans apparuit, poſtquam filium ſuum dedit, & aliis obſidibus, & ſacramenta fefellit, ſuadente uxore ſua Luitburge. (d) Quod & Thaſſilo denegare non potuit, ſed confeſſus eſt poſtea ad Avares tranſiviſſe Vaſallos ſupradicti domini Regis ad ſe fortaſſe in vitam eorum conciliaſſe, & homines ſuos, quando jurabant, jubebat ut aliter in mente retinerent, & ſub dolo jurarent, & quod magis confeſſus eſt, ſe dixiſſe etiam, ſi decem filios haberet, vellet omnes perdere, antequam placita ſic manerent, vel ſtabilius permitterentur, ſicut inita (e) fuerunt, & etiam dixit, melius ſe mortuum eſſe, quàm ita vivere. Et de omnibus (f) convictus. Franci, Bajoarii, Longibardi, Saxones, & omnes ex aliis Provinciis, qui ad eandem Synodum congregati fuerunt, reminiſcentes, quòd priorem maloque ejus, & quomodo dominum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & ibi quod Theodiſca lingua Hariſlig dicitur, viſi ſunt judicaſſe eundem Thaſſilonem ad mortem. Sed dum omnes una voce acclamarent, capitali eum feriendum ſententia, jam dictus Carolus piiſſimus Rex motus miſericordia ad amorem Dei, & quia conſanguineus ejus erat, obtinuit ab ipſis Dei ac ſuis fidelibus, ne ita moreretur. Et interrogatus Thaſſilo à dicto domino Rege clementiſſimo, quid agere vellet; Ille verò poſtulavit, ut licentiam haberet ſibi tonſorandi, & in monaſterium introeundi, pro peccatis pœnitentiam agendi, & ut ſuam ſalvaret animam. Similiter & filius ejus Theodo dijudicatus eſt tonſoratus, & in monaſterium miſſus, & pauci Bajoarii, qui in adverſitate Domini Caroli Regis perduraverunt, miſſi ſunt in exilium.

(c) Lois. Vaſſi.

(d) Lois. Liutbergane.

(e) Per. juratum habuit: juravit. Lois.

(f) Lois. comprobatus.

Eodem quoque anno commiſſum eſt bellum inter Græcos & Longobardos ſub Duce Spoletano, nomine Hiltebrando, ſeu Duce Grimaldo, quem dominus Carolus Rex poſuit Ducem ſuper Beneventanos, & fuit miſſus Winegiſus unà cum paucis Francis, ut prævideret omnia, quæ feciſſent, & auxiliante Domino, victoria facta eſt à Francis, de ſupranominatis Longibardis. Similiter & alia pugna commiſſa eſt inter Avaros in loco, cujus vocabulum - - - - - & Franci, qui in Italia commanere videntur, opitulante Domino, victoriam obtinuerunt, & Avari cum contumelia reverſi, & fuga lapſi ſine victoria. Tertia pugna commiſſa eſt inter Bajoarios & Avaros, & fuerunt ibi miſſi Domini Regis Caroli Grahamannus & (g) Audacerus cum aliquibus Franncis Domino auxiliante, victoria fuit. Dux Thaſſilo cum Malmola uxore Luitberga Deo odibili ſemper conſiliavit. Quarta pugna fuit commiſſa cum Avaris, qui voluerunt iter peragere contra Bajoarios, ibi ſimiliter fuerunt miſſi Domini Regis Caroli, & Domino protegente, victoria Chriſtianorum aderat. Avari fugam incipientes, multa ſtrages ibidem facta eſt occidendo, & alios in Danubio flumine ſubmerſerunt.

(g) Regino: Odoacer.

DCCXXCIX.

Tunc Dominus (a) Carolus Rex pervenit Saxoniam, & perrexit uſque ad Sclavos, qui dicuntur (b) Vinlni, & venerunt Reges viæ illius cum Rege eorum Tragonito ei obviam, pacem petentes, tradiderunt univerſas terras illas ſub dominatione Caroli Regis Francorum, & dederunt obſides; quibus peractis, Rex reverſus eſt in Franciam.

(b) Regino: Wilzi.

Tunc

(a) Hic incipit magnum diſcrimen inter codicem Caniſii & eum quo uſus eſt Quercetanus: circa res parum diſcrepant; ſed variant voces, dum alter brevius, alter fuſius eadem fere narrat. Utrumque codicem repræſentavit Quercetanus edit. ſuæ tom 2. pag. 36. Nos ideo abſtinemus quia actum agere nolumus. BASN.

Digitized by Google

DCCXC.

SÆC. IX. ANNO 814.

Tunc Rex conventum habuit in Wormatia, & ipſe annus tranſiit ſine hoſte, & celebravit Rex Carolus Paſcha in Wormatia.

DCCXCI.

Et currente anno DCCXCI. eo tempore, quo ſolent Reges ad bellum procedere, movit exercitum ſuum innumerabilem multitudinem contra peſſimam gentem Avarorum, diviſitque exercitum ſuum in tres partes: & ſic intravit ipſe per partes jam in fines Hunnorum, ex meridiana parte Danaum, ſed & de alia parte Danaum alius exercitus Ripuariorum & Friſonum & Saxonum cum Thuringiis, ſed & navalem hoſtis per Danubium, ut ex utraque ripa Rex poteſtatem habere potuiſſet cum exercitu ſuo, & ſic intravit terram illam iſtinc & illinc, in medio autem erat exercitus navalis, & terruit eos dominus in conſpectu ejus, ita ut nullus ei reſiſtere auſus eſſet, ſed ubicunque aut foſſas, aut aliquam firmitatem ſive montes, ſeu ad flumina, vel ſylvas confugerent. Tamen ſtatim ipſe aut exercitus ejus advenit, continuò partim traditi, partim occiſi, partim fuga elapſi ſunt. Sed & ille tertius exercitus, quem Pipinus filius ejus de Italia transmiſit, introivit in Illyricum, & inde in Pannoniam, & fecerunt ibi ſimiliter vaſtantes, & incendentes terram illam, ſicut Rex feciſſet cum exercitu ſuo, ubi ipſe erat. Cùm autem vidiſſet Rex Carolus, quòd nullus ei de parte Avarorum reſiſtere auſus eſſet aut ſuis, tunc circumivit terram illam per dies quinquaginta duos incendendo & vaſtando cum præda ſine menſura & numero, & captivos & mulieres & parvulos innumerabilis inde multitudo ducebat. Et in ipſo itinere obiit bonæ memoriæ (*a*) Angiltravus Archiepiſcopus Mediomatricis Eccleſiæ, & Sympertus Epiſcopus ibi defunctus eſt, & Rex Carolus rediit in Bajoariam, & ibi hyemavit.

Tunc ſequenti anno reſedit Rex in Bajoaria, & apud Reganeſpurg celebravit Paſcha. Sed appropinquante æſtate, Saxones exiſtimantes, quod Avarorum gens ſe vindicare de Chriſtianis debuiſſet, hoc quod in corde eorum dudum jam antea latebat, manifeſtiſſimè oſtendebant, quaſi canis qui revertitur ad vomitum ſuum, & ad paganiſmum, quem pridie reſpuerunt, iterum relinquentes Chriſtianitatem, mentientes tàm Deo, quàm domino Regi, qui eis multa beneficia præſtitit, conjungentes ſe cum Paganis gentibus, quæ in circuitu eorum erant: ſed & miſſos ſuos ad Avaros transmittentes conati ſunt inprimis rebellare contra Deum Dominum, contra Regem, Chriſtianos omnes Eccleſias, quæ in finibus eorum erant, cum deſtructione & incendio vaſtabant, rejicientes Epiſcopos & Presbyteros, qui ſuper eos erant, & aliquos comprehenderunt, nec non alios occiderunt, & pleniſſimè ſe ad culturam idolorum converterunt. Et in ipſo anno inventum eſt conſilium paſſionum, quod Pipinus filius Regis ex concubina Hilmedrade nomine genitus contra Regem vitam ſeu filiorum ejus, qui ex legitimo matrimonio nati ſunt, qui voluerunt Regem & ipſos occidere, & ipſe pro eo quaſi Abimelech in diebus Judicum Iſrael regnaret, qui occidit fratres ſuos, ſeptuaginta viros ſuper petram unam, & regnavit pro Gedeone patre ſuo, cum malitia tamen, & non diu. Rex Carolus cum cognoviſſet conſilium Pipini, & conſentaneorum ſuorum, coadjuvit adventum Francorum, & aliorum fidelium ſuorum ad Reganeſpurg. Ubi univerſus populus Chriſtianus, qui cum Rege aderant, judicavit Pipinum, & conſentaneos ſuos in ipſo nefando conſilio, ut hæreditate & vita privaretur, ut ita de aliquibus impletum eſt. Nam de Pipino filio ſuo, quia voluit Rex ut occideretur, judicaverunt Franci ut ad ſervitutem ei inclinare debuiſſet. Ut ita factum eſt, & miſit jam Clericum in Monaſterium & iterum ibidem moratus eſt Rex.

DCCXCIII.

Ipſa hyeme fecit iterum Rex Carolus apud Reganeſpurg conventum, & cùm conveniſſent, fideles Epiſcopos ſuos, Abbates & cunctos, qui cum ipſo erant & reliquum populum fidelem, qui cum Pipino in Conſilio peſſimo erant, nos multipliciter honoravit, & in ipſa hyeme tranſivit Rex cum filiis ſuis Pipino & Ludovico contra hoſtes, & facta eſt ibi fames validiſſima ſuper populum, qui ibi erat, & ſuper exercitum, qui ibi advenerat, ita ut in ipſa quadrageſima aliquando à carnibus non abſtinerent, ſed & in Burgundia & Francia, pervalida fuit. Et cum dominus Pipinus Rex inde pergeret, Sarraceni qui in Hiſpania erant, exiſtimantes, quòd Avari contra Regem dimicaſſent, egreſſi de finibus ſuis in aliquam Indiæ partem, conjungentes ſe invicem ad partem noſtram, multi ibidem ceciderunt de utraque parte. . . (*b*) . . . .

(*a*) Mendoſe; legendum enim *Ingelramnus*, qui Capellæ primicerius fuit ſub Carolo Magno. BASN.

(*b*) Cætera leguntur apud Quercetanum continuata ad an. 814. quo definit author. BASN.

THEODULPHI

Digitized by Google

THEODULPHI
ABBATIS FLORIACENSIS,
POSTEA
EPISCOPI AURELIANENSIS,
ELEGIÆ
EPISTOLARES,
DE SUO EXILIO, AD
MODOINUM ET AIGULFUM.

ITEM
RESPONSORIA
EPISTOLA ELEGIACA
MODOINI EPISCOPI
AD
THEODULPHUM.

Omnia a Caniſio *primum ex membranis ms. S. Galli edita.*

Digitized by Google

CANISIUS

AD

LECTOREM.

SÆC. IX. ANNO 820.

QUis Modoinus, quis Augulfus, quis Theodulphus fuerit, breviter accipe. Modoinus hic eſt, qui depoſitioni Ebbonis interfuit anno 853. unà cum Ajulfo, quem hunc ipſum noſtrum Aigulfum eſſe aſſero. *Ebbo vice propria* (inquiunt Acta Synodi Sueſſionenſis, quæ & apud Baron. tom. 10. anno 853. num. 7. exſtant) *& judicum peccatorum ſuorum, videlicet Epiſcoporum judicio, Ajulfi ſcilicet Archiepiſcopi, Badaradi Epiſcopi, Modoini Epiſcopi, & teſtificatione teſtium &c.* De Theodulpho hæc Card. Baronius Tom. 9. Anno Chriſti 832. cùm Theodulphus Abbas Floriacenſis unà cum aliis, in illa conjuratione Bernardi adverſus Ludovicum Imperatorem fuiſſet inventus implicitus, ob eamque cauſam Andegavi detruſus fuiſſet in carcerem, cum poëticæ facultatis litteris præ cæteris hujus temporis fuiſſet excultus, ibidem detentus ſcripſit Eccleſiaſticum carmen ad diem Palmarum in Eccleſia canendum accommodatum, obſervanſque tempus, cùm eo die Ludovicus inde tranſiret, è feneſtra carceris, uti licuit, illud cecinit in aures ejus, quod cùm eidem Imperatori mirificè placuiſſet, eo permotus, ipſum juſſit quam primùm è carcere liberari, quin etiam prærogativa, non ſolum ipſius ſcientiæ, ſed pietatis permotus, poſtea ad Epiſcopatum Aurelianenſem promovendum curavit. Eccleſiaſticum autem Melos ſic habet.

Gloria laus & honor tibi ſit &c.

Scripſit & alia plura carmina, quorum aliqua adhuc exſtant, nobilis ingenii monumenta &c. Exſtat præterea Epiſtola ejus ad Clerum ſuæ Diœceſis ſcripta, cùm factus fuit Aurelianenſis Epiſcopus. Hæc Baronius, qui totam hanc Epiſtolam Annalibus ſuis intexuit. Poſt quem eandem denuo cum Hincmari Epiſtolis Moguntiæ evulgavit R. P. Joannes Buſæus, Societatis Jeſu Theologus.

JACOBI

Digitized by Google

JACOBI BASNAGII DE THEODULFO ET SEQUENTIBUS CARMINIBUS OBSERVATIO.

I. THeodulfus e Gallia Ciſalpina in aulam *Caroli Magni* advectus, ab eo Epiſcopatu Aurelianenſi donatus eſt. Filiam habuerat *Giſlam* nomine, ad quam Carmine ſcripſit: I. De Theodulfo.

Giſla, favente Deo, venerabile ſuſcipe donum,
Quod tibi Theudulfus dat Pater ecce tuus.

Apud Sirmond. p. tom. 2.

Apud *Ludovicum Pium* quamvis plurimum polleret, in ſuſpicionem incidit cum *Bernardo* conjuraſſe. Saltem ſceleris conſcii fuerunt plurimi Præſules, præſertim vero *Anſelmus* Mediolanenſis & *Vulfadus* Cremonenſis cum *Theodulfo*. Id aſſerit author vitæ *Ludovicii Pii*, quin imo *Modoinus Theodulfo* amiciſſimus ipſum rebellionis participem autumabat. Sic enim ipſi de Ludovico Pio reſcripſit:

Commiſſum ſcelus omne tibi dimittere mavult,
Si peccaſſe tamen te memorare velis.
Sed mihimet melius viſum eſt ut ſponte fatetur.
Quodque negari ullo non valet ingenio.

Ideo Synodali ſententiâ cum cæteris fuit depoſitus *Theodulfus* & cuſtodiæ Andegavi mancipatus, nec tamen exilii ægritudiniſque tædio defatigatus ſe reum confiteri voluit. Sic ipſe de Epiſcopis a quibus depoſitus eſt, quæritur:

Non ibi teſtis ineſt, judex nec idoneus ullus,
Non aliquod crimen, ipſe ego faſſus eram.

Cætera narrat *Caniſius* ex *Baronio*; obſervandum ſolummodo vix libertate donatum obiiſſe anno 821.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

II. De Epistolis Theodulfi.

II. *Carmina* quod attinet, ea in sex Libros redacta à *Sirmundo* edita nemo nescit. Epistolas quasdam Carmine scriptas jam vulgaverat Canisius, quarum prior ad Modoinum, virum illius Sæculi Litteratis notissimum, ad eum enim scripsit etiam *Florus* Ecclesiæ Lugdunensis Diaconus versibus editis a *Mabillonio* in Analectis. In gratia fuit nonmodo apud Principem, sed etiam apud *Matfredum*, præcipuum Imperatoris Ministrum:

Matfredum crebris appellat Epistola dictis
Lecta quæ sunt vestra verba frequenter ei.

Quanquam adversus Prosodiam peccet aliquando, nihilominus inter optimos illius Sæculi Poëtas debet recenseri. Altera est Epistola *Theodulfi* ad *Aigulfum* jam ab anno 818. Archiepiscopum Bituricensem. Hæc opuscula à *Canisio* fuerant in lucem e tenebris extracta, cum incidit in alterum Codicem Sangallensem priori multo correctiorem, cujus variantes lectiones Septimo Tomo lectionum antiquarum pag. 502. descripserat: Nos eas ad Carminis oras reposuimus una cum *Sirmundi* correctionibus, quorum ope varia loca sunt sanata.

III. De aliis Carminibus Judicium.

III. Alia Carmina sub nomine *Theodulfi* & aliorum quorumdam Poëtarum protulit *Canisius*. Circa quæ observanda tria I. *Elogium Ludovici Pii* quod *Theodulfo* tribuitur, nec Geroldi & *Constantii Epitaphia*, *Hymnumque de Natali Domini* recenseri inter Aurelianensis Præsulis opera II. Carmen in adventu *Ludovici Pii*, quod *Jonæ nomen* præfert, a *Mabillonio* fuisse restitutum Theodulfo. 1. Ex Manuscripto Codice Vintoniano. 2. Ex eo quod an. 814. dum Theodulfus sedem Episcopalem teneret, *Ludovicus* apud Aurelianum advenerit. Fuit ille mos solitus, ut dum principes civitatem aliquam ingrederentur, eis canerent illius sæculi Poëtæ; sic *Carolo*, sic *Lothario* factum; sic *Theodulfus Ludovico Pio*. Vintoniani Manuscripti Codicis variantes lectiones ex *Mabillonio* hic adjecimus. III. Cæteri versus non sunt Theodulfi; fuit enim Presbiter nomine *Baldman*, qui Ludovicum denuo laudavit; fuit *Augia* quæ *Caroli* adventum celebravit.

Corde mulcet Augia.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT EPISTOLA THEODULPHI EPISCOPI AD MODOINUM EPISCOPUM.

Scribens ei de exilio.

Theodulphus Modoino (a) *ſuo ſalutem, de ſuo exilio.*

HOc Modoine tibi Theodulphus dirigit exul
Summo Pontificum cernuus ecce melos.
Ito Thalia celer, celeri tranſcurre volatu.
Nec mora, nec tibi ſit ulla in eundo quies.
Donec pervenias Modoini ad tecta beati,
Præſulis eximii, Pontificiſque pii.
Ad quem mox veniens, genibus revoluta jacebis;
Juſſerit & ſi te ſurgere, ſurge celer.
Baſia confeſtim manibus donabis amicis,
Et ſpectans patulam, feſſa jacebis, humum.
At, ſi te rogitet, quæ ſis, & cujus, & unde?
Fare, age, prome animo ſingula dicta tuo.
Sum Theodulphi Erato, veniens de carceris antro
Ejus ubi immenſus hunc tuus urit amor.
Exul, inops, pauper, triſtiſſimus, anxius, (a) agens,
Spretus, & abjectus eſt ubi, ſive dolens.
Forſan & ipſe roget, quid agam, me vivere dices,
Vita, qua melior mors bona, forte foret.
(b) Haud legit, haud docet, haud laudum pia munia complet
Cunctipatri Domino qui regit arva polûm.
Hunc, pro ſe poſcit, pro te, ſive ordine cleri,
Pro (b) poli, & regis, proque ſalute Ducum.
Me, tibi transmiſit; hujus tibi dico ſalutem,
Subdita ſunt cujus verba canenda tibi.
Obſecro frater amans noſtri memor eſſe memento,
Frater, pars animi portio magna (c) mei.
Mens tua ſemper erit noſtros miſerata labores,
Noſtræ nota tibi quod benè cauſa rei.
Quò magè res nota eſt, magis inde adhibeto (d) dolorem;
Sic medicus morbum dum videt, arte fugat.
Fumea præſentis pereunt, ſcis gaudia mundi:

(a) fort. egens. *angens.* Sirm.

(b) l. prō populi.

(c) M.s. mea.

(d) al. *Laborem.*

Quò

(a) Recentior quædam manus inſcripſerat hæc Carmina *Ajulfo.* Deinde vero in ſecundo Codice S. Galli quem *Caniſius* viderat, mutatus fuerat primus verſus ſic *Hoc modo ne tibi* &c. ne probaretur facile Carmina ad *Modoinum* dirigi. *Canis.*

(b) Sirmund. Aut egit aut d. aut l. p. m. c. Secundus tamen Caniſii Codex legit *Haud.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Nunquam fraternus ſed perit almus amor.
Me modò pluris amas, quanquam me ſemper amaſſes,
Ægrum aliis natum plus pia mater amat.
Feſſis opto libens certa ſuccurrere rebus;
Et fratrum mentes ſollicitato pias.
Unus ego quamvis ſim; non eſt unius hæc res:
Quod factum eſt mihimet, eſſe poteſt alii.
Eſt commune malum; communis cura petenda eſt.
Quod noſtrum eſt hodie, cras erit alterius.
Hæc non quis frater timeat contagia demens,
Ne illi, quæ nobis irrepat iſta lues?
Febre ſolet febris, ſeu vulnere creſcere vulnus:
Sic multa ex uno fonte fluenta fluunt.
Hæc mea ſi placidam ſit nacta plaga medelam,
Priſtinus & veniat, morbo abeunte vigor.
Tale quid ulterius non pars inimica valebit
Appetere, & ſcelus hoc non leve prorſus erit.
Servus habet propriam, & mendax ancillula legem,
Opilio, piſtor, nauta, ſubulcus, arans.
Prô dolor, amiſit hanc ſolus Epiſcopus, ordo
(a) Qui labefactatur nunc ſine lege ſuâ
Debuit & qui aliis legalia promere jura,
Officii perdit jus, ſine jure, ſui.
Culpa facit ſævum confeſſa perire latronem,
Non eſt confeſſus Præſul, & ecce perit.
Cumque ſuis egeant mundana negotia rebus,
Cauſſa quibus juſtum poſſit habere modum,
Noſtra eguit juſto rationis pondere cauſſa.
Sævitia excepta, nullum habet iſta modum.
Non ibi teſtis ineſt; judex nec idoneus ullus,
Non aliquod crimen ipſe ego falſus eram.
Eſto: forem falſus, cujus cenſura valeret
Dedere judicii congrua fræna mihi?
Solius illud opus Romani Præſulis exſtat,
(b) Cujus ego accepi pallia ſancta manu.
Mittere, care mihi, libuit tibi carmina quædam,
Noſtra quibus luſit Muſa jocoſa parum.
Tempore præterea hoc quædam miracula viſa
Dicuntur, breviter hæc (a) quibus iſta canam.
Eſt fluvius, *Sartam Galli* dixêre (c) priores;
Perticus hunc gignit, & Meduana bibit.
Fluctibus ille ſuis penetrans Cenomanica rura,
Mœnia qui propter illius urbis abit.
Quod cives tranſire ſolent propè lintribus illum,
Illic portentum non leve fecit eis.
Denique roſcidulas tenebras cum aurora fugaret.
Et ſolito peterent more fluenta homines,
Eſt propriis ſpoliatus aquis locus ille repertus,
Qui rate, ſeu remis pervius ante fuit.
Stantibus atque undis populus hinc. inde ſtupebat.
Alveus ac plebem ad (b) inferiora vocat.
Nemo ratem quærit, nullus te, navita poſcit:
Miranti populo ſic ſtat aperta via.
Et metus, atque rei novitas intrare vetabat:
Primitùs, & ſenſim cœpit abire metus.

(a) al. *&* De ſiccitate cujusdam fluvii.

(b) l. *Et plebem ad interiora.*

Incipit

(a) Fuit hic lacuna: deerat verſus quem repoſuimus. BASN.

(b) Obtinuerat Pallium *Theodulfus* a Stephano IV. cum Gallias peteret; alioqui ſcripto poſtulabatur primum ab Imperatoribus, dein ab abſentibus cum abeſſent Præſules. Solitus erat mos anterioribus ſæculis ut niſi Patriarchis, deinde Metropolitanis concederetur Pallium. Sed Pontifices Romani aliquando Epiſcopis transmiſerunt. Sic Siculi, apud quos nullus olim Metropolita, hoc privilegio potiebantur: Sic *Theodulfus* apud Gallos. Nullum jus inerat Pallio. Nec oculi, nec manus Pontificis erant in provinciis qui hoc ornamentum geſtabant: fuit inſigne aliquod quo decorabantur Præſules. Abutebatur Pallio *Theodulfus* ubi voluit autoritatem Primatis ſui declinare & ad Pontificem confugere. Ideo parvi fecerunt *Theodulfi* dictum Præſules Gallicani & quamquam caneret judicium ad ſolum Pontificem pertinere a quo Pallium acceperat; damnatus nihilominus eſt a Præſulibus Gallis & in Monaſterium detruſus tanquam læſæ majeſtatis reus. BASN.

(c) Diſtingui debent illi verſus de *Fluvio ſiccato* ab Epiſtola Modoino ſcripta, quippe diverſam plane continent materiam. Siccatus autem eſt ille fluvius an. 820. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Incipit esse vetus, nova res, intratur utrinque,
Alterutram ripam plebs petit atque pecus.
Vel pes eis siccus, modicum vel planta madescit:
Dum gradiens populus itque, reditque frequens.
Si olim tale vadum juvenis Leandrus haberet,
Non foret insignis tam tibi luctus, Eho.
Non ad piscandum quisquam (*a*) fert rete, vel hamum;
Saltibus, atque manu, qui volet, illud agit.
Vir tumulandus erat ripæ ulterioris in agro.
Flentibus evehitur, per loca sicca, suis.
Illa sat urbs timuit, peteret ne se unda tumescens,
Obrueretque simul compita, rura, domos,
Saxa patent ignota polo, polus ipse patescit
Saxis, cum proprium linqueret humor humum.
Quod vada nulla dabas pediti illic, Sarta, dedisti:
Grande vadum caligas cum tua saxa stupent.
Sarta aliis vicibus hoc ipsum est passa duabus;
Nec hoc, nec procul hoc tempore, sive loco.
Quis neget antiqui (*a*) cum me meminisse tropæi.
Quo fluvium scindit & Jerichunta quatit.
A prima in quartam modus hic defluxerat horam,
Inde suas repetit post celer unda vias.
Nomina non ideo narrantûm scripsimus isthic,
Sunt quoniam plures, qui cecinere mihi.
At si nosse rei vis lector tempora gesta: (*b*)
Accipe: promemus sub brevitate tibi.
(*b*) Forsan nosse diem vis hunc quoque, discе, canemus:
Ut res ambigui possit habere nihil.
Bis partem undenam solidi rota solis Aquarii. (*c*)
Scanderat in sexta, lunaque piscis erat.
Tale quod asseverant (*c*) flumen Idonea passum,
(*d*) At quod ab urbe fluens sat propè Sarta bibit.
Quære locum ex aliis (*e*) dei tibi tempora dicam,
Crastina præfatæ res fuit ista rei.
Hunc quoque defectum quod passa sit Angera dicunt:
Sed locus, atque dies sunt mihi nota minus.
Non grandi studio perquirimus ista, quod illi
Qui narrant per me nosse futura volunt.
Non id aperta canit, nec erit vox semper operta,
Tempore namque manent ista canenda suo.
(*d*) Rebus, & exemplis quædam benè nosse valemus,
Cum non divinem, hæc, scio, res quid agat.
Miraque sunt (*f*) per idem tempus quàm plurima visa,
Hoc etiam visum est, quod recitare paro.
Quod mihi (*g*) Gerhardus retulit, Paschasius illi:
Hic audita mihi, visa sed ille refert.
Nempe Tolosani locus est, ruriſque Caturci,
Extimus hoc finit pagus uterque loco.
Illi campus inest, cujus sunt extima silvis
Cincta, hominesque manent non satis inde procul,
Quem volucres magno complerunt impete multæ;
Planitie inque ejus multa resedit avis.
Quas fluvius, quas habet nemus, & quas squalida (*h*) tellus;
Quæ scopulis nidos composuisse solent.
Quis cibus est varius, cantus, color, atque volatus,
Pinna, (*i*) ungues, rostrum, mos, locus, officium.

(*a*) l. *dominum.*

(*b*) l. *gesta.*

(*c*) l. *te.*

(*d*) l. *hæc.*

(*e*) l. *diei, media brevi.*

(*f*) l. *sint.*

(*g*) al. *Gairardus.*

(*h*) al. *rura.*

(*i*) l. *penna.*

Nam

(*a*) Secundus Codex m. s. Canisii habuit: *quis quatit retè.* BASN.

(*b*) Est hic Lacuna maxima: sic debet repleri:

Septimus hic agitur decurrens lubricus annus
Quod Hludovice tibi regna paterna manent,
Exilii quartus, meritis non denique nostris
Volvitur infaustus, ager & ecce mei.

Theodulfus detentus fuit sub finem anni 817. in Monasterium relegatus anno 818. Si numeres ejus captivitatem ab anno 817. jam quartus computari potuit annus anno 820. quo *Sarta* siccatus est, fuit autem *Ludovici* septimus, cujus Imperium an. 814. a morte *Caroli Magni* cœperat. BASN.

(*c*) Fuit dies octavus *Februarii.*

(*d*) Iterum distingui debet Carmen illud a priori, a quo plane diversum est. Titulus *De pugna avium.* BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Nam (a) Zephyrus ſparſas Aquilone advexerat illas,
Partem & utramque putes ſigna habuiſſe ſua.
Sederunt campis acies altrinſecus illis,
Et ſpatium extabat inter utraſque aliquod.
Inter utramque aciem legatos ire putares,
Qui pugnæ, aut pacis jura referre parent.
Interea alterutra paucæ ex utraque volabant
Parte, vices complent iſta, vel illa ſuas.
Egerit illa nihil quod tunc legatio pacis,
Sorte patet; poſt hanc, grandia bella cient.
Utque diu Pœnos inter, populumque Quiritûm,
Currunt legati, donec in arma ruant;
Haud ſecus inter eas, poſtquam ſat utrinque.... (c)
Vi, qua quæque valet, in fera bella ruunt.
Ardent ad pugnam volucrum * hinc, inde manipli:
Cumque ala, ala coït, cumque cohorte cohors.
Vis eſt militiæ diverſa, ſed una voluntas,
Quod major miles, vult quoque parvus idem.
Nullum opus, aut currus, nullum aut habet uſus equorum,
Uſus abeſt chalybis, ſpicula nulla volant.
Pro galea, criſta eſt, pro cuſpide roſtra, vel ungues,
Et ſua pro lituis, carmina quæque ſonant.
Ala levis parmam, volucris fert pennula ficam,
Et thoracis habet pluma minuta locum.
Jamque dies ſextus conventus fluxerat hujus:
Certatim in bellum parte ab utraque ruunt;
Inque vicem laniant ſe hinc morſibus: ictibus, illinc.
Ingenti bellum ſurgit utrinque animo.
Hinc Rutulos, illinc videas conſurgere Teucros:
Sævire & Martem parte ab utraque ferum,
Glans cadit autumno veluti de ſtipite querno,
Maturum & folium jam venit (b) ante gelu.
Non aliter avium moriens exercitus illic
Decidit, & magna ſtrage replevit humum.
Nam teres æſtivis impletur ut area granis,
Campus ita exſtincta ſic ave plenus erat.
A Borea in Boream veniens pars parva reverſa eſt,
Tota in utraque cohors parte perempta jacet.
Res ſonat iſta; venit populus, factumque ſtupeſcunt,
Mirantur variæ membra jacentis avis.
Ipſe Toloſana præſul quoque venit ab urbe,
(b) Mantio, plebs rogat hæc, ales an eſca fiat:
Illicitis ſpretis, licitas adſumite dixit.
Plauſtra onerant avibus: In ſua quiſque redit.
(c) Tale quid hoc etiam patratum tempore, nobis
Fama dedit velox, multa per ora volans.
Qui Romam, Romaque meant, remeantque canunt hoc,
Inter quos mulier hic bona teſtis ineſt.
Oratum hæc Turono Romam petit inde reverſa.
Presbytero Arlalto (c) rem canit, ille mihi.
Denique circa Ararim pigrum, Rhodanumque rapacem
Ut ſupra volucrum, pugna peracta fuit.
Quo rigidas inter cautes, denſasque paludes,
Pauca patent (d) plenis obſita rura locis.
(e) Illic, ut perhibent, venit genus omne volantûm.
Quas (d) eoro patuus nutrit opimus ager.
Pars ſedet in ſcopulis, reſidet pars plana per arva,
Arboreis ramis pars quoque multa ſedet.
Militiæ in geminam partem diſtincta jubentur, (f)

(a) volatum.

(b) l. jam veniente.

(c) Arbaldo. Sirm.

(d) l. planis.

(e) Can. illuc.

(f) l. juventus.

Utraque

(a) Secundus Codex Caniſii habuit: *nam Zepheri parſas Aquilonis.* Melius Sirmundus legit: *nam Zephyri pars has, Aquilonis vexerat illas.* BASN.

(b) *Mantio* ille fuit Epiſcopus Tholoſanus, cujus notitia unice debetur *Theodulfo.* Sirm.

(c) Rurſus hoc poëma diſtingui debet a præcedenti: è quatuor Carminibus unam *Modoini* Epiſtolam confecerunt Amanuenſes. Titulus horum verſuum: *De pugna avium ſimili ſuperiori.* BASN.

(d) Caniſ. emendabat *Euro patulus*; ſed poſtea ex Cod. M. s. legit *quas Europa tuus*. Sic etiam Sirmund. BASN.

Digitized by Google

Utraque conflictum pars meditatur hians.
Quatuor accipitres veniunt hinc, quatuor illinc;
Quatuor & totidem parte ab utraque capi.
Primo hi congressu perimunt se hinc, inde vicissim:
Accipitrem accipiter, seu capus ipse capum.
Rostra instant rostris, confligunt unguibus ungues,
Quo paria arma vehunt, hinc magè se perimunt,
Egit idem (a) mathus populus Romanus in arvis.
Cum fera bella gerunt, hinc soror, (b) inde gener.
Cum fratrem frater perimit, vel amicus amicum,
Quando pares aquilas, & paria arma vehunt.
Nempe duæ volucres magnæ (a) vavisse feruntur:
Quæ non pugnarunt: cætera turba jacet. (b)
Ut furor Annibalis complevit funere Cannas:
Funere sic avium hæc rura repleta patent.
Quando erit illa dies cum nostrum intrabis in hortum
Atque leges nostras ungue libente rosas?
Et (c) sua magna sitis mage se accrescere gliscet,
Dum quod semper amas, carmine plenus eris.
Si qua istis fuerint, ut erunt vitiosa Camœnis,
Parce precor; scriptor non mihi doctus inest.
Quæso, tuum fidum nobis transmitte ministrum,
Qui sua (d) mihi præferat ossa, vale.

(a) l. *egit id Æmathiis.*
(b) l. *Soter.*

AD AIGULFUM. (e)

HOc Aigulfe, (f) tibi, præsul sanctissime, mitto,
Theotulphus carmen, exul ab exilio,
Nobilis, & pulchræ fueras puer indolis olim,
Nunc vires ornas nobilitatis ope. (c)
Quæ fuit in puero docilis solertia parvo,
Nunc manet in magno, dante Tonante, viro,
Signa puer magnæ semper virtutis habebas:
Magna docens magnum te fore, sorte, virum.
Sic fata promittunt fœcundæ præmia messis;
Sic tauri in vitulo forma patet tenero.
Ingens (g) ingenuas studium tibi discere tandem
Exstitit, & cultum pectus habere satis.
At nunc divini tibi tradere dogmata verbi
Est labor, & populis jura referre poli.
Qui tunc Grammatico sumebas pocula fonte,
Ambrosio mentes nunc benè rore rigas.
Vivere te sancte, rumor dispergit ubique
Magna per ora virum sat tua fama volat.
Cuncta quis expediet laudis præconia vestræ,
Iste referre solet (h)
Ubi probitas, verumque fidesque,
Et bona cuncta simul consociata manent.

(c) al. *nunc vir es ornatus.*

(a) Emendabat Canis. *evasisse*; hancque lectionem sequitur *Sirmundus*; sed *Canis.* ipse ex secundo Codice legit *avolasse*. BASN.

(b) Hic Lacuna post *jacet* sequitur:

Utraque pars vincit mulcet victoria neutram
Utrumque oppletam strage reliquit humum. BASN.

(c) l. *tua magna sitis mage seu mage crescere.* Sirm.

(d) l. *Qui tua grata mihi perferat orsa.* Sirm. *orsa* autem sunt promissa & juramenta; dicitur vulgo *orsus*, sed poëtice órsum & orsa. *Votis & formis hoc confirmaverat orsis*; ait alter Poëta. BASN.

(e) *Ad Aigulfum*, inde probat *Sirmundus* illum fuisse Archiepiscopum an. 820. quo illa scribebat *Theodulphus*. Contra quam vulgo tradunt qui de Episcopis Bituricensibus scripserunt, invictissimo quidem argumento. Verum est Bituricensem diu tenuisse sedem, cum annò 853. inter *Ebbonis* judices recenseatur, ab ipso *Ebbone* pro more illius sæculi nominatus. BASN.

(f) In m.s. nullus Titulus est, sed immediatè versus conjuncti sunt, patet tamen esse aliud Epistolion Theodulphi. CAN.

(g) Epitheton hoc desiderabatur, & merito quidem delendum & legendum cum Sirmundo *ingenuas artes*, quod subodoraverat Canisius. BASN.

(h) M.s. mutilus, hemistichio priore, ut suspicor, & hexameter claudicat, perturbans ordinem, præibat incondite; reposuimus sua in statione. *Can.* Totus hic locus sic emendandus:

Quæ Sitegaudus iste referre solet
Suitegaudus ubi probitas verumque fidesque
Et bona. Sirmund.

Hunc

SÆC. IX. ANNO 820.

Hunc Deus & probitas vitæ, atque electio fratrum,
Prætulerat ſancto, me mediante, gregi.
Sed malè livor edax, dolus & pellacia fallax,
Præſulis, à propria ſede removit eum.
(a) Aſt eſt in cœlo, proprio hunc qui reddat ovili;
Cura ſit (*) ut proprii, quæ fuit antè, gregis.
Hic de parte tulit veſtra mihi verba benigna,
Et mihi (b) præſentem te dedit ore ſuo.
Dum bona veſtra mihi narrat, me perfovet ægrum
Actibus æquus tuis mens mea læta manet
Hic vice (b) re ſtudet à nobis quærere quaſdam,
Veſtra, & reſponſum quod tibi portet habet.
Rettulit ille mihi ſtudiumque, decuſque (c) modumque,
Quo vehis officii pondera digna tui:
Qualiter exemplis & verbis ferre ducatum
Non ceſſas populis ad pia regna poli.
Et bona magna gerens; ut agas majora precamur.
Poſcimus optatam ut det tibi Chriſtus opem.
Sunt exempla tibi Patrum ſectanda priorum.
A te, ut qui caput es, per pia membra (c) meent.
Es Patriarchalis (d) primo prælatus honore
Sedis, & alma Patrum eſt ſubdita turba tibi.
Inde manere tibi puro ſollertia debet,
Omnibus ut ſpecimen ſis, decus, ordo, modus.
Quo magis es (d) celſus; humilis magis eſſe memento.
Gratia te altithroni ditet ut alma Dei.
Eſto bonis agnus: leo fervidus eſto malignis.
Pars amet iſta patrem, ut illa paveſcat herum.
Cumque piis fueris pius, & diſtrictus acerbis;
Te pars hæc matrem, ſentiat illa patrem.
Sit tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba,
Sis probus, & ſollers, promptus ad omne bonum.
Sed quid ago? quo nunc (e) memet mea fiſtula ducit?
Doctori ſimilis ſum modò factus ego.
Te precor, interea noſtræ memor eſto ruinæ,
Oratu, & precibus fors mala noſtra leves.
Forſan, te orante, fratrumque juvante caterva,
Omnipotens veniam det miſerando, mihi.
Et nos exilio relevet miſeratus ab iſto:
Joſeph qui exemit carcere, ſive Petrum.
Ipſe, Deo, fateor, peccamina multa peregi:
Quæ ſuperant numero..... (e) arena maris.
Et pluviæ guttas, maris undas, ſidera cœli,
Herbarum frutices, germina cuncta ſoli,
Hæc ſunt, ærumnas ego ſum cur miſſus ad iſtas? (f)
Eſſe nec, ut debent, ſunt mala tanta mihi.
Non regi, aut proli, non ejus credo jugali;
Peccavi ut (f) meritus hæc mala tanta veham.
Crede meis verbis, frater ſanctiſſime, crede:
Objecti (g) haudquaquam criminis eſſe reum.
Perderet ut ſceptrum, vitam, propriumque patronum; (g)
Hæc tria (h) numquam ſum conſiliatus ego.
Addimus & quartum: mihi non fuit illa, voluntas,
Utcunque, ut rerum hæc mala tanta forent.
Hoc ego clamavi; clamo; clamabo per ævum,
Hæc donec animæ membra liquor vegetat.
Qui modô non credit, cogetur credere tandem,

Ventum

(*) *M. s. tenet arena.* l. *temet.*

(b) l. *ret ſtudet.*

(c) *M. s. mendosè: admodum.*

(d) *M. s. celus mend.*

(e) *M. s. tenet arena.* l. *temet.*

(f) l. *meritis.*

(g) l. *nepotem.*

(a) Hæc vocula in m. s. deſiderabatur. le lacunam Cod. M. s. replevit *Caniſius*; alterum Cod. na Ma legit poſtea *Eſt Deus* & quidem bene. BASN. ctus

(b) M. s. præſente, credo mendosè. *Can.* Sic legendum *Sirm.*

(c) M. s. metent, mendosè, *Can.* l. *meet* nempe *Chriſtus.*

(d) l. *Patriarchali primas.*

(e) In m. s. hanc vocem puto à librario prætermiſſam. *Can.* Male lacunam replevit *Canis.* leg. *Sed quid ago vel quò me.* Sirm.

(f) Cod. Canis. ſecundus habuit: *arumnis ego ſum, cur miſſus in iſtis.* Sed Sirmund. legit *arumnas ego ſum cur miſſus in iſtas*; levi diſcrimine. BASN.

(g) *M. s. quanquam*, mendosè. l. *me objecti.*

(h) l. *Hæc tria ſum numquam.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Ventum erit ut magni judicis ante thronum.
Qui mihi teſtis erit pius, & juſtiſſimus ultor:
Omnia cui ſemper nuda, & aperta manent.
Qui non acceptat perſonas, munera ſive,
Diligit æquè (a) æquum, diligit omne bonum.
Ejus in adſpectu falſiſſima cuncta peribunt:
Hic meus alterius non ope teſtis eget.
Me, tua, care, fovet dulcis compaſſio frater;
Triſtitiæque meæ pars tibi magna manet.
Det pater altithronus cœlum, terramque gubernans
Lætitiæ noſtræ (b) poſtmodò compos eas.
Te, ſcio, cunctorum redimitum flore bonorum,
Lampade virtutum ſeu rutilare ſatis.
Sit tibi vita, ſalus, & Chriſti gratia regis,
Exſtet & omnipotens fautor ubique tibi.
Vive Deo felix per tempora longa, ſacerdos,
Deque bono in melius profice ritè, vale.

(a) l. *Diligit æquum æquus.*

(b) *M. s. poſt. poſt modum. l. ut poſtmodo.*

INCIPIT RESCRIPTUM MODOINI EPISCOPI;

AD THEODULPHUM EPISCOPUM.

Modoinus indignus Epiſcopus Theodulpho ſuo.

LUdere nemo poteſt verſu, ſine lege, polito,
Nempe loqui rectè nec valet, arte carens.
Sed prius accipiter nec tentat vivere in armis,
Quàm inſtructus proprii hoc more parentis agat.
Utiliter puer in primis non militat annis,
Digna ſed expertus præmia tiro capit.
Non audet (a) intrare ratem nauta abſque paratu:
Tentans navigeras (b) * Tiphis inermis aquas.
Arte rudis cùm ſim, ſic.... (c) me poſſe negabo,
Reſpondere tuis verſibus eximiis.
Vilis apud doctos namque eſt mea Muſa poëtas,
Condere ob hoc nullum carmine nitor opus.
Sed me cunctantem compellit epiſtola veſtra:
Scribere diſparibus carmina nam numeris.
Et molli durum nuc ceræ inducere ferrum

(c) forte, *nunc.*

Cogor,

(a) l. *Non audet nam nauta ratem intrare abſque paratu.* B.

(b) Aſteriſco notatur illa vox, tanquam eſſet mendoſa, male omnino, nam *Ovidius* in ingenioſiſſimo opere de arte amandi ſtatim initio ſic habet:

Tiphis in Hæmonia puppe Magiſter erat;

Tiphis igitur eſt gubernator navis. *Scriverius* not. m. s. in Canis. At m. s. ferebat *Tiphin*, & *Sirmundus* qui *Theodulphi* Aurelianenſis opera edidit, legere maluit *Tiphis in armis aquas*; at quamquam non temere a Sirmundi ſententia ſit nobis abeundum, malim tamen legere *inermis*; aliter non ſibi conſtaret verſus. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Cogor, & insueto texere verba modo.
Quin imò immodicus dicendum est rite libellus
Attulit emissus quod mihi vester, opus.
Audisti antiquos verbis ita ludere amicis,
Sæpe etiam didici hoc & ab ore tuo.
Musarum quod inops norit non antra poëta;
Sed dici de me hoc quoque iure potest.
Nonnulli affirmant (*a*) (sed &) insanire poëtas:
Carmina dum statuunt mente carere sua.
Ast nobis integra manet mens ipsa, nec audet
Longius amisso ordine abire suo.
Scandala sed propter vitanda, nec appetit alta,
Contenta est modico nam moderata loco.
Fac, Theodulphe, meos versus adverte benignè,
Nec sint despecta carmina nostra tibi.
Nolo venenato nostra unquam dente lacessas,
Sed sint judicio carmina tuta tuo.
Si qua meis fortasse (*b*) inerunt errata Camœnis,
Cernuus hæc æquis respice quæso oculis.
Sæpe queror casum deflendo insontis amici,
More fluunt lacrymæ amnis ab ore meo.
Sæpe tuam ingeminans luxi flens ipse ruinam,
Pro dolor amisso exul honore peris.
Exilium innocuus pateris pertriste sacerdos,
Inclytus, expertus præsul, (*c*) anorme malum.
Nonnulli prodesse solet prudentia multa,
Læsus ab ingenio es pater alme tuo.
Præcipuè tua magna tibi sapientia soli
Obfuit, & quod habes triste paravit onus.
Livor edax petit alta fremens consternere tentans
Id, quod ovans, simplex pectore turba colit.
Pertulit an nescis quod longos Naso labores,
Insons est factus exul ob invidiam.
Ipse (*d*) Verinus magna est dejectus ab urbe,
Consul Romana clarus ab arce procul.
Magnus ab infesto est agitatus milite vates
Virgilius propriis exspoliatis agris.
Vulnera sæva suo fertur sumpsisse tyranno
Seneca præcipuus (*a*) cæde Neronis obit.
Quid memorem ex nostris plures sudasse nefandum,
Pro nostra exilium religione pia?
Qui magis à magno colitur pius ipse Magistro,
Joannes durum pertulit exilium.
Hilarius sensisti ergastula tu quoque dira:
Missus in ignotum rege jubente locum.
Claviger ipse Petrus nam, nec non & populorum
Doctor erat Paulus, carceris in gremio.
Sed tamen hoc egit feritas inculta repugnans,
Gentilis fidei namque inimica piæ.
Adde etiam quod adhuc rudis Ecclesiasticus ordo,
Informisque sua lege careret iners.
Deposita jam pace frui, feritate serena
Debuit & proprium jure tenere modum.
Culpa sacerdotum facit hoc: quod vilis habetur
Ordo ministerii maximus ille sacri.
Inter eos effectus nullus fidus habetur:
Commendat sancto gratia quosque loco.
Nemo gemit miserans alienæ incommoda vitæ,
Pro fratris pulsans utilitate sui.
Unusquisque studet terreno incumbere lucro,

(*a*) M. s. sede.

Secta-

(*a*) Tale quid desideratur in m.s. Secundus Codex: *affirmant etiam* CAN.
(*b*) Secundus Canisii Codex: *ut erunt.*
(*c*) Secundus Codex: *enormè.*
(*d*) Secundus Codex: *ipse Severinus*, quod convenit *Boëthio.*

Digitized by Google

Sectatur fragiles delicioſus opes.
Ex quorum me nolo putes numero tamen eſſe,
Qui fucata levi pectore verba ferunt.
Sed qui ceſſabo nunquam certare precando,
Pro reditu veſtro quique laboro libens.
Ergò ego ſollicito veteres tibi ſemper amicos:
Proque tuis damnis ambitioſus ero.
Hæc te noſſe reor; quoniam citò ſpargitur orbe,
Fama celer toto aulica dicta gerens,
Sis quod ab infeſta hac demum regione movendus,
(a) Cæſaris ad nitidum limen iturus item.
Illius ante oculos veniens, lætumque videbis
Jam dudum vultum, qui tibi triſtis erat.
Commiſſum ſcelus omne tibi dimittere mavult,
Si peccaſſe tamen te memorare velis.
Nam prodeſſe tibi confeſſio pura valebit,
Si te voce probas criminis eſſe reum.
Si te diſſimulas, de quo tibi crimine dicam,
Scire nota pro quo huc itur (b) ipſe fores,
Elige ſed quid agas, tibi & quodcunque videtur,
Conſilium melius mente teneto precor.
Sed mihimet melius viſum eſt, ut ſponte fatetur,
Quodque negari ullo non valet ingenio.
Nullo alio ſuperare modo puto principis iram
Poſſe, probes niſi te criminis eſſe reum.
Promittit, ſi te peccaſſe fateberis, ipſe,
Conſilium Cæſar dedere velle tibi.
(c) Non tibi promittit, redeat quod priſtina virtus,
Amiſſum ut poſſis rurſus adire gregem. (d)
Neſcio, frater amans, magè quid tibi ſcribere poſſim,
Cùm ſint hæc tota non tibi nota minus.
Luce mihi magna tu ſolis carior exſtas:
Nil, fateor, quod amem te magè mundus habet.
(e) Mothfridum crebris appellat epiſtola dictis,
Lectaque ſunt veſtra verba frequenter ei.
Ille valet lapſis optatam adhibere medelam.
(f) Naufragoque pium ferre patrocinium.
Flebilis (g) exhauſto reſonat vix carmine Muſa:
Dicere quid poſſit non habet illa magis.
Sed mandare aliquid dubitaret epiſtola veſtra,
Mirabar veſtri cur mihi ſervitii.
Nullum unquam obſequium tibi, nam mihi crede, (a)
Sed quodcunque jubes, ipſe libenter ago.
Idcircò hunc miſſum noſtrum direximus ad te:
Quæcunque, ut (b) mandas, ille mihi referet.
Quique procul dubio ſatis eſt, ut credo, fidelis,
Cujus ab ore mea currere verba vides.
Ipſe tibi, quæcunque roges, ſine fraude recenſet,
Abſque dolo noſtra cuncta vice expediet.
Imber habet liquidas quot guttas, flumina piſces,
Emittit frondes quot nemus omne virens;
Area grana ſolet quot habere æſtate: ſalutes
Tot tibi mitto pater: ſemper ubique vale.
Serve Dei ſummi ſemper ſis, digne perenni
Tempore, quæſo mei, frater amande memor.
Nunc in calce precor ſupplex nam carminis hujus,
Ut veſtris precibus tutus ubique ferar.

(a) add. *negabo.*

(b) l. *mandes.*

Explicit Reſcriptum Modoini Epiſcopi ad Theodulphum Epiſcopum in exilio morantem.

(a) *Eſt Ludovicus Imp. vide Caſ. Baron. tom. 9. Lud Imp. anno 4. conſcius enim erat conjurationis Bernardi Regis Italiæ, in Ludovic. & hinc cum aliis in exil. exactus.* CAN.

(b) l. *Huc ſitus ipſe fores. Elige ſi quid agas & quod tibi cunque*; ſic ſecundus Codex Caniſii.

(c) Sic m. s. ſed *Nam* legend.

(d) Codex ſecundus Canis. habet *gradum*, & melius, quia depoſitus Synodali Decreto fuerat cum cæteris *Theodulfus*: BASN.

(e) l. *Matfredum*; qui ſumma pollebat autoritate apud *Ludovicum*, quique poſtea filiis *Ludovici* ſociatus adverſus eum rebellavit. BASN.

(f) *Naufragio, vel navifrago.*

(g) *M. s. exhauſtro; mendosè.*

THEODULPHI

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 820.

THEODULPHI AURELIANENSIS EPISCOPI,

ET ALIORUM

POEMATA

QUÆDAM.

A Caniſio *primum ex Bibliotheca Sancti Galli edita.*

VERSUS THEOTULFI EPISCOPI.

Elogium LUDOVICI PII.

INclite Cæſar ave *Ludovice* ſerene valeque
Et tibi cunctipotens, det bona cuncta pius.
Orbis te totus laudat, veneratur, amatque,
Et monitis paret, ſedulus unde tuis.
Primus in orbe micas, nulli es virtute ſecundus,
Viribus armipotens, te ſcio nemo præit.
Arma es Pontificum, venerandi culmina juris
Tu vigil inſtanter, ad meliora levas.
Tu decus es Cleri, populi, ſeu norma ſalutis,
Judicii callem arbiter æquus amas.
Hæc facis & facienda doces quæ ad ſydera tollunt,
Quæ mergunt ſolers ſemper ad ima caves.
Es quoque pacificus, ſapiens Salomonis ad inſtar,
In ſpecie es Joſeph, viribus inque David.
Eſt & ſcripturis patulus tibi ſenſus in almis,
Lectio te quarum paſcit alitque frequens.
Corporeis epulis ſatiaris corpore parcè,
Sed tua divina mens alimenta ſitit.
Nam cibus illatus ſatiat tua viſcera parcus,
Sed cibus æternus mentem animumque cibat,
Plus epulas animæ quam carnis diligis ipſe,
Has capis ad tempus, has ſine fine ſitis.
Es quoque tu multum proprio laudandus in actu
Quod caro vult parce, mens quid & optat amas.
Quæ mala ſunt refugis, bona quæque amplecteris ultro,
Inde Deus tecum Rex benedicte manet.

Eccleſiæ

Digitized by Google

Ecclesiæ sanctæ dilectus filius exstas,
Quam tibi commisit unicus ipse Patris.
Hanc tu constanter doctrinis imbuis almis.
Incolis, augmentas, instruis, ædificas.
Nemo fide Christi nam te præstantior extat;
Plus orthodoxus est tibi nemo super.
Est tibi nemo super similis pietate vel actu,
De te vera loqui me tua facta probant.
Divitias mundi cauto sectaris amore,
Queis tibi constanter regna beata paras.
Non temet mi Rex (*a*) Lanbus non aureus inflat
Non diadema micans mentis in arce sedet.
Regius hæc fastus tua non devotio quærit
Cui semper dulcis gloria Christus inest.
Moribus eximius, rutilus bonitate coruscus
Semper adhærere est tibi velle Deo.
Teque tuas laudes liquido depromere nulla
Vox potis est, quas nunc nostra Camæna tacet.

Alii versus Theodulphi exstant Tom. VIII. Biblioth. SS. Patrum. Subsequentibus nullus auctor adscriptus est.

Epitaphion Geroldi (b) Comitis.

MOle sub hac magni servantur membra Geroldi
Hujus jura loci, cunctis qui viribus auxit,
Pannoniis vera Ecclesiæ pro pace peremptus,
Oppetiit sævo Septembribus ense Kalendis,
Sideribusque animam dedit, artus Saxo fidelis
Abstulit, huc retulit, dignoque hic clausit honore.

Epitaphion Constantii.

HIc decus Italiæ regitur Constantius Heros.
Qui patriæ tegmen, murus & arma fuit,
Invictus bello, non fictæ pacis amator
Confixus plagis, victor ubique tamen.
Hic mare per medium gentem compescit euntem
Et victis pariter terra negavit opem.
Sobrius, armipotens, castus, moderamine pollens,
Primus in ingenio, primus in arma fuit.
Romanis blando quantùm flagravit amore
Tantùm Pannoniis gentibus horror erat.
Iste sibi & natus bello mercavit honores,
Munera Principibus colla secata dedit.
Natorum medio pictus pater, anxia mater
Quem plangat, nescit, stat stupefacta dolens,
Pejus Roma dolet tanto spoliata senatu,
Perdidit ornatum, perdidit arma simul,
Tristes stant acies magno ductore remoto,
Cum quo Roma potens, quo sine pressa jacet.
Hunc tumulum Dux magne tuum tibi condidit uxor,
Quæ tecum rursus consociata jacet.
Istud nulla manus tentet violare sepulchrum,
At (*a*) Thedora tuum te cupiente parens.

HYMNUS (*a*) forte Theodora.

(*a*) leg. *Lambus*. Canisius voluit legere *Limbus*. Sed quid sibi vellet: *Limbus non aureus inflat? Lambus* fuit ornamentum Imperatorum, inde *Lambitta* apud *Cangium*. Chron. Trudonense Lib. I. *Lambittas duas, argento textus, vexilla quatuor*. BASN.

(*b*) Fuit ille *Geroldus*, *Hildegardis*, Caroli Magni conjugis, Ludovici Pii matris frater. Hunc Angelus revelasse dicitur *Vestino* ipsum *requiem captasse beatam Martyribusque parem*. Sic *Walafridus Strabo*. Cæsus fuit in bello Caroli Magni contra Hunnos, quod gestum est anno 799. ut legitur apud *Eginhardum*.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 820.

HYMNUS de NATALI DOMINI

Metro trochaico tetrametro ſcriptus.

LUmen clarum ritè fulget, orto magno ſidere
Quod per totum ſplendet orbem umbras noctis aufugans,
Chriſto nato Rege magno totus orbis gaudeat.
Dux de Juda quem Propheta olim jam prædixerat
Lætus nobis ecce venit Bethlem naſcens inclyta.
CHRISTO NATO REGE MAGNO TOTUS
MUNDUS GAUDEAT.

Hunc regalis virgo mater partu gaudens edidit
Quem Gabriel nunciavit Salvatorem gentium
CHRISTO NATO &c.

Cum Paſtores excubantes cura mordet nam gregis
Clarus ipſos ad lætandum exhortatus nuncius
CHRISTO NATO &c.

Concinebat Angelorum turba læta laudibus
Terræ pacem prædicantes cœlo reddunt gloriam
CHRISTO NATO &c.

O ſtupendum mirandumque Sacramentum gloriæ
Quod tonantem ſupra cuncta virgo geſtat parvula
CHRISTO NATO &c.

Factor cœli terræ factor vulva eſt clauſus feminæ
Auctor ſummus Angelorum fit præſepe conditus.
CHRISTO NATO &c.

(4) pro pugillo.

Palmo cœlum qui metitur, terram claudit (4) pugili
Pannis paucis obvolutus infans vagit parvulus
CHRISTO NATO &c.

Quæ diviſit lucem umbris ſummi primum dextera
Matris mammas ecce tractat lactis potum quæſitans
CHRISTO NATO &c.

Os præclarum conditoris quod formavit ſæculum
En admotum nunc libenter ſugit matris ubera,
CHRISTO NATO &c.

O beata mater Chriſti David ſtirpis femina
Tu laus orbis & regina læta virgo Maria
CHRISTO NATO &c.

Votis adſis tu piorum omne ſervans ſæculum
Patriarchis & Prophetis laus, corona gloriæ
CHRISTO NATO &c.

Ex te ſperant lætabunda Angelorum agmina
Chriſti plebem quod gubernes arcanorum conſcia
CHRISTO NATO &c.

Nam te virgo cælebs nupta ſexus omnis appetit
Tu parentes atque natos deprecando protege
CHRISTO NATO &c.

Gaude cœlum cum ſupernis Angelorum millibus
Omnis terræ plenitudo, pontis, aſtra, flumina.
CHRISTO NATO &c.

JONÆ

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

(a) JONÆ EPISCOPI.

EN adeſt Cæſar pius, & benignus
Orbe qui toto rutilat coruſcus,
Atque præ cunctis bonitate pollet
Munere Chriſti
Cernuus, prudens, ſapiens, modeſtus,
Mitis, & clemens, moderatus actu,
Temperans, fortis, probus, & honeſtus,
Cenſor, & æquus
Hic decus (a) Sudam Eccleſiæ paterque
Ornat hanc ſolers recreat, fovetque
Erudit, munit, colit, inſtruitque
Dogmate largo.
Hic potens armis, Domino favente,
Viribus gentes reprimit ſuperbas
Harum & hic victor (b) ſubiendo calcat.
Colla triumphans
Cujus adventu, miſerante Chriſto,
Et nitens multum facies ſerenat
Civitas temet populoſa nempe
Aurelianis,
Hinc Deo laudes agito (c) perennes
Cujus hic nutu properavit ad te
Hujus & vultum tibimet videndum
Præbuit ecce.
Has canat Clerus ſimul omnis & plebs
Has ſenex pangat puer, atque parvus
Pauper, & dives reboënt ovantes (d)
Pectore puro.
Hoc chorus Cleri, populique turba
(e) Supplicum carmen recinens precatur,
Det Ludovico ut Deus imperandi
Tempora longa.
Proſperum clemens ferat, omne ſemper
Pellat adverſum procul & repellat
Hujus & vitam tueatur ævo
Tempore clemens
Cæſaris hujus valeat per ævum
Nobilis conjux (f) ſeu clara proles
Gaudeat felix, populus; domuſque
pace perenni.
Muniunt urbem hanc proceres fideles
Qui (g) Chriſto ſua dedicarunt
Hoſtis adverſi tolerando bella,
corpora caſta.
Hi (h) duces ſancti reduceſque ſunto
Ut tui Cæſar, foveantque temet
Horum & obtentum ſuperes.... (b)
poſcimus omnes
(i) Artibus cunctis placeas tonanti
Et Dei leges mediteris almus
(k) Queîs viam vitæ valeas tenere
tramite recto.
Temporis hujus ſpacio peracto
Alta conſcendens ſubeas polorum

(a) *Ita M. s. Cod.*

(b) *ſubigendo.*

(c) Mabill. *per annos.*

(d) Mab. *ovanter.*

(e) Mab. *ſapphicum.*

(f) *Ita Cod. M.s.*

(g) & Mab. *qua.*

(h) Mab. *hic.*

(i) Mab. *actibus.*

(k) Mab. *quo.*

Te

(a) *Jonas Aurelianenſis Epiſcopus, cujus exſtant libri de Imaginibus contra Claudium Taurinenſem.* Canis. Male omnino: nam eſt *Theodulphi*, ſub cujus nomine iterum vulgavit. *Mabillon.* An. t. I. Titulus eſt de adventu Ludovici Auguſti Aurelianos. BASN.

(b) . . . *Deeſt vocabulum aliquod.* C. Mab. *duellos.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Te pius captet chorus Angelorum
Et ſibi jungat.
O decus Regni, Imperii propago,
Macte tu ſemper vigeas Lothari
Et Patris ſedem teneas potentem, (a)
ſecla per ampla
Sit Patri, & Nato, tibi ſpirituſque
Semper æternus honor, atque perpes
Nunc ut in præſens ita & in futurum
ſecula ſemper, Amen.

(a) Mab. *potenter.*

Ad Ludovicum Regem in perſona cujuſdam Presbyteri.

REx pie, Rex clemens, almæ virtutis amator,
Suſcipe quæ prono vobis fert pectore Paldmann.
Grates pro veſtra ſummus pietate rependam
Æterno Patri, qui vos regnare potenter
Et mores ſanctos ſervare ſalubriter egit.
Proſpera multigenis concedens cuncta triumphis.
Et vos ergo Pater curam ſanctiſſime ſanctam
Sumite reddentes Domino pro munere grates
Multiplici quo vos iſtam ſervarit in horam
Atque dedit ſemper felici pace potiri.
Non vos ex vobis diſponere tanta poteſtis
Sed (b) ſum ad eſt per ſecla Dei mirabile donum,
Si placitum hoc fuerit, faciam tibi multa per illum
Carmina conſcribi ſupplex, qui ſcripſerat iſta.
Vos Pater, & Gnatus, ſanctus quoque Spiritus omni
Tempore concedat Domino præſtante valere.

(b) forti *ſed ſuum adeſt.*

In adventu Caroli Filii Auguſtorum.

ECce votis apta veſtris
Venit hora, Pſallite,
Gaudium cordis pateſcat
Claritate carminum.
Salve Regum ſancta proles
Chare Chriſto Carole.
Nullus ordo, nulla rerum
Nunc ſileſcat vaſtitas
Mens & lingua, cor, voluntas
Laudem dando perſonet. Salve, &c.
Credimus ſuperna votis
Angelorum millia
Noſtris congaudere digne
Ut dicamus cernui. Salve, &c.
Anna vatem, Sarra riſum
Non fudit libentius
Quam te toto nunc tenellum
Corde mulcet Augia. Salve, &c.
In te terra noſtra patrem
Suſcipit cum fratribus
Cum quibus tibi decora
Pars honoris permanet. Salve, &c.
Ferte nabla, tibiaſque
Organum cum cymbalis
Flatu quidquid, ore, pulſu
Arte conſtat Muſica. Salve, &c.
Dicat omne plebis agmen
Clerus ipſe primitus
Dives, pauper, ſoſpes, æger
Conſonent in laudibus. Salve, &c.
Te Maria ſancta Virgo

Cum

Digitized by Google

Cum ſubjectis omnibus
In ſalutem Chriſtianam
Protegat feliciter. Salve, &c.
Turba quid ſimul piorum
Qui Deo ſunt proximi
Actitet penes ſupernam
Poſcimus clementiam. Salve, &c.
Gloriam dignam triformi
Pangimus potentiæ
Quæ te ſanum vexit iſtuc
Francorum per regmina. Salve, &c.

In Adventu Lotharii Imperatoris.

INnovatur noſtra lætos
Terra flores proferens.
Ver novum præſentat æſtas
Dum datur te cernere.
Imperator magne vivas
Semper, & feliciter.

Gaudeat totum tuorum
Agmen hic fidelium
Omnis ætas, omnis ordo
Corde dicens intimo. Imperator, &c.

Extet adventus beatæ
Nunc tuæ præſentiæ
Gaudio plenus ſereno
Et favore ſimplici. Imperator, &c.

Juſte, felix, & benigne
Mitis & piiſſime
Pande mentis hic nitorem
Noſtra complens gaudia. Imperator, &c.

Quod minus digne valemus
Servitute debita
Hoc tui donet favoris
Læta nobis gratia. Imperator, &c.

Sancta Lothari, Maria
Virgo te cum fratribus
Et ſimul cum Patre magno
Servet, armet, protegat. Imperator, &c.

Et valens junctus beatis
Hoc precetur omnibus
Veſtra pax in pace cunctos
Firmet apta ſubditos. Imperator, &c.

Intus, extra, longe, juxta
Fulgeat concordia
Britto cedat, atque Bulgar
Omnis ardor hoſtium. Imperator, &c.

Vita, virtus, & poteſtas
Robur, & victoria
Fama felix te ſequatur
Atque vitæ præmia. Imperator, &c.

Summa ſummæ Trinitati
Sit per ævum gloria
Quæ gubernet, & coronet
Te per omne ſæculum. Imperator, &c.
Amen.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

(a) HYMNUS IN SANCTOS MARTYRES SERGIUM ET BACCHUM.

PAngite cœli, reboëmus odas
Alma promamus Domini trophea
.... Sanctis celebremus hymnum
Cordis ab imo
Martyres ſancti meritis micantes
Sergius, Bacchus ſocii corona
Carnis à clauſtro pariter migrando
Sidera ſupra.
Athletæ fauſti Domini ſuperni
Morte devicta ſuperaſtis arma
Hoſtis antiqui trucis atque coſmi
Carnis agone.
Nunc coronati fidei favore
Vos decus, virtus, ſequiturque Schema,
Eſſe cœleſtis meruiſtis Agni
Sanguine loti.
Qui pius mundi Deus ac redemptor
Martyr & miles radians herilis
Rore robuſtus roſeo ſalutis
Schemate ſervi.
Quem vocat votis polus, unda, tellus,
Quemque collaudat chorus Angelorum
Tagma cœleſtis Solymæ ſupernæ.
Conſona cantu.
Quem timens atrox erebi vorago
Dæmonum princeps metuit rebellis
Zabolus teter ſceleris repertor
Mortis origo,
Inde vos ſæcli pretium ſequentes
Quæſumus nobis meritis favete
(a) Noſos ut veſtris nequeat nocere
Civibus iſtis.
Hic (b) Topus veſter vocitatur Alba
Civitas ſacris decorata gazis
Quem ſacroſancti cineres adornant
Somata (c) ſancta.
Soſpitas ægris (d) iatria laſſis
Voſque cœleſtis veniaque noſtris
Fertur omiſſis, timor atque mæror
Tollitur omnis.
Hymniger pſallit chorus hicque vobis
Concinens nablo, ſonitu ſonoro,
Cantibus ſancti Trophini videmus
Pangere melos.
Vos crucis Chriſti ſocios rogate
Qui Dei Patris comitantur Agnum
Intra cœlorum mereamur urbis
Septa ſubire.
Doxa ſit Patri genitoque Jeſu
Pneumati ſancto ſimul ac poteſtas
Sit tibi trino deitate ſola
Compar in ævum, Amen.

(a) *morbus.*
(b) *Locus.*
(c) *corpora.*
(d) *medicina.*

Verſus

(a) Hymnus *Walafrido Straboni* poſſet tribui, ob varias voces Græcas, quas inſeruit verſibus; hic enim plurimæ leguntur. Vixit autem Walafridus eo tempore. Vide ejus Epiſtolam carmine ſcriptam ad Epiſcop. Ferend. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Verſus de Evangelio. Ad picturam.

ANgelus ecce ſeni promittit munera nati
Quem populus trepidans foris expectabat & orans,
Concipit en verbo prolem caſtiſſima virgo.
Angelus hic ſponſam Joſeph commendat alendam.
Hic genitrix Domini meat, Eliſabetque ſalutat;
Utque Deo exultet, Joannem Spiritus implet.
Zacharias ſoboli nomen poſuere propinqui;
Sed mage Joannes certant vocitare parentes.
Nunciat Angelicus Chriſtum Paſtoribus hymnus.
In ſtabulo Dominum celebrant en omnia parvum.
Ecce Magi Solio præſentant munera vero.
In ſomnis moniti faciem fugere Tyranni.
Siſtitur hic Domino Jeſus cum munere juſſo
Mox ipſum Dominum didicerunt corda piorum.
Partibus Ægypti differtur paſſio Chriſti
Quem ſimulacra tremunt, & chara habitacula linquunt.
Præcipit Herodes natos cruciare recentes,
Millia lactantum tendunt lætantia cœlum.
In ſenibus potior reperitur puſio doctor.
Qui tamen Imperium dignatur ferre parentum.

Explicit de infantia Chriſti.

Hi verſus in dextro pariete Chori:
Iſti vero in dextro pariete ſtationis populi.

Hiſtoria Evangelica in compendium redacta.

BAptizat Dominum ſervi devotio ſummum.
Prædicat hunc genitor, inviſit Spiritus unctor.
Dæmonis en fraudes Chriſtus contemnit inanes
Ejus cunctimodas ducens ut ſtercora pompas.
Demonſtrat placidum Joannes mitibus Agnum.
Andreas ſequitur, fratri comperta profatur.
Imperat os vitreum poſt ſe properare Philippum
Nathanaël ſpiſſa, qui mox ſubducit ab umbra,
Teſtibus hiſce novum fecit de flumine ſignum,
Convivis latices in vitea pocula vertens,
Retia germani linquunt in nomine Chriſti,
Mox alii lacrymas ſpernunt cum nave paternas.
Omnipotens medicus hominum miſerator & unus
Omnimodis preſſos juſſit diſcedere ſanos.
Spiritibus diris hominum de corpore pulſis
Das pecorum furiare greges juſtiſſime Judex.
En verbum Domini curat medicamine verbi
Præcipit & ſanum proprium portare grabatum.
Principis ut natam ſanet vel ſuſcitet ibat.
Furatur mulier ſacra de veſte ſalutem.
Reddidit en ſtupidæ Dominus ſua munia dextræ.
Conſilium ſtolidi faciunt de ſanguine Chriſti.
Unicus en viduæ redivivus redditur (a) orbe.
Ingeminant plebes, ô vere magne Prophetes.
Saltatrix petiit caput, innocuumque recepit,
Lictores (b) fluvidum linquunt in carcere truncum.
Panibus ex quinis & piſcibus haud mage binis,
En hominum large ſatiantur millia quinque
Chriſtus aquæ fluctu preſſit veſtigia greſſu.
At fidei dubium mergunt vada turgida Petrum,
Hydropicum tangente manu, quæ cuncta creavit,
Pallidus humor abit, facies & læta rubeſcit.
Ecce decem mundans templo ſe ferre jubebat
Unus regreditur grates perſolvere Jeſu.

(a) forte *orba.*

(b) *fluidum.*

Contentus

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 820.

Contentus pueros Deus eſt benedicere parvos
Talibus atque ſui promittit gaudia Regni.
Hic ſcribæ Domino ſiſtunt in crimine captam,
Quam placidus cenſor damnatis ſolvit eisdem,
Ex limo reparat, quidquid natura negabat,
Qui luteum primo totum plaſmaverat Adam.

Hucuſque de Miraculis Domini in dextro pariete. Hi vero in fronte Occidentali, in ſpacio quod ſupra thronum eſt.

ECce tubæ crepitant, quæ mortis jura reſignant,
Crux micat in cœlis, nubes præcedit & ignis.

Hi etiam ſubtus thronum inter Paradiſum & infernum.

HIc reſident ſummi Chriſto cum Judice ſancti
Juſtificare pios, barathro damnare malignos.

Paſſio Domini in ſiniſtro pariete ſtationis populi.

ESse ſibi Patrem Domino tractante Tonantem
Plebs furibunda pium certat lapidare magiſtrum
Mortue quatriduo fœtens & corpore toto
Lazare ſurge, veni, te morti tollo rapaci.
Funeris obſequium mulier prævenit amicum
Dum caput atque pedes nardo perfudit (a) honora
Manſuetum Regem plebes devota frequentat.
Frondea cum feſtis præiens comitansque choreis.
En urbis miſeræ dignatur flere ruinas,
Quæ manibus crudis ipſum diſcerpere geſtit.
Hic ſub carne latens deitas per ſigna pateſcit,
Dum turbas patria flagro proturbat ab aula.
En ficum viridem ſterilem remanere jubebat,
Quod ſibi jejuno fructum præbere negabat.
Agricolæ ſervos cedentes vulnere ſævo,
Poſt natum Domini, ſatagunt hic mittere morti.
Gentiles Dominum cupiunt jam cernere Chriſtum.
Diſcipulos idem mortem perferre docebat.
Ecce Sacerdotum primi populique nefandi
Infidum famulum cenſu corrumpere gaudent.

(a) forte, odora.

De S. Hilario.

GAllia me genitum Pictavis ore tonantem
Doctorem Hilarium miſit alumna ſuum.

De S. Ambroſio.

AMbroſius doctor ſignis inſignis & hymnis
Enitet hic multis enitet eloquiis.

De S. Auguſtino.

MEntitur qui te totum legiſſe fatetur,
Aut quis cuncta tua lector habere poteſt.
Namque voluminibus mille Auguſtine refulges
Teſtantur libri, quod loquor ipſe, tui.
Quamvis multorum placeant volumina libris,
Si Auguſtinus adeſt, ſufficit ipſe tibi.

De S. Hieronymo.

HIeronyme interpres variis doctiſſime linguis
Te Bethlem celebrat, te totus perſonat orbis,
Te quoque noſtra tuis promit Bibliotheca libris.

HALITGARII

Digitized by Google

HALITGARII
EPISCOPI CAMERACENSIS
DE
VITIIS ET VIRTUTIBUS
ET
ORDINE
POENITENTIUM.
LIBRI V.
AD
EBONEM
ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM.

A Caniſio *primum ex Manuſcriptis membranis Monaſterii celeberrimi S. Galli editi.*

Digitized by Google

CANISIUS
AD
LECTOREM.
DE
HALITGARIO ET EBBONE.

SÆC. IX. ANNO 825.

DE Halitgario hæc Epitome Biblioth. Geſner. *Halitgarii Epiſcopi quinque libri Pœnitentiales ad Ebbonem Epiſcopum Manuſcripti exſtant in Bibliotheca Tigurina.* Nos operis hujus exemplar nacti ſumus ex Bibliotheca S. Galli, beneficio & conceſſu Reverendiſſimi Patris & Illuſtriſſimi Principis *Bernardi* Monaſterii S. Galli Abbatis doctiſſimi; non ſine opera & ſtudio R. P. Jodoci Metzleri, ejusdem Monaſterii Profeſſi, & SS. Canonum Doctoris. Fuit Halitgarius Epiſcopus Cameracenſis, floruit ſub Ludovico Pio Imperatore, de quo hæc incertus Auctor editus à Pithæo in vita ejusdem Imperatoris: *Ipſo tempore Halitgarius Cameracenſis Epiſcopus, & Aufridus Novantulæ Monaſterii Abbas, à tranſmarinis partibus redeuntes, humaniſſimè ſe ſuſceptos à Michaële retulerunt.* Cum Ebone, ſeu ut alii ſcribunt, *Ebbone*, Archiepiſcopo Rhemenſi in Daniam gentium illarum converſioni operam navaturus conceſſit. Teſtis Adamus Bremenſis in ſuo Chronico his verbis: *In diebus illis* (Anno Domini 823.) *ſcribitur quo Ebo Rhemenſis, cum de ſalute gentium religionis ſtudio ferveret, legationem ad gentes cum Halitgario ſuſcepit à Paſchali Papa, quam poſteà noſter Ansgarius, divina opitulante gratia, feliciter peregit:* Et quidem ſolus, ſi fides habenda Krantzio libro 1. Metropoleos cap. 27. *Cum Ebo ſæculi rebus implicitus, in Francia diſtrictus teneretur.* Ipſum tamen Ebonem in Daniam quoque perveniſſe, multoſque Danorum Chriſtianæ fidei præceptis imbuiſſe apud Aimoinum proditum eſt: cùm enim agit Auctor de filiorum Godefredi ad Ludovicum Imperatorem adventu, & in patriam regreſſu, ſic ſcribit: *Cum quibus Ebbo Rhemorum Archiepiſcopus, qui conſilio Imperatoris & auctoritate Romani Pontificis prædicandi gratia ad terminos Danorum acceſſerat æſtate præterita, & multos ex eis ad fidem venientes baptizaverat, regreſſus eſt.* Hanc Ebonis in ſuſcepto munere inconſtantiam

Aim. lib. 4. cap. 3.

notat

notat quoque Adamus in ſua hiſtoria. *In adjutorium etiam Prædicationis datus eſt ei* (Anſgario) *Ebo Rhemenſis Archiepiſcopus, de quo & anteà diximus. Hic ſeu fatigatione itineris, ſeu corporis debilitate impeditus, ſive potius occupatione ſæculi delectatus, vicarium pro ſe dedit Anſgario nepotem Gaudbertum. Quem ipſi ambo conſecrantes Epiſcopum vocaverunt eum Simonem, eumque divinæ gratiæ commendatum in Sueoniam miſerunt.* Eadem ferè iiſdem verbis Krantzius in Metropoli cap. 32. Ex his certò liquet Ebbonem, cui Halitgarius ſuos libros inſcripſit, fuiſſe Archiepiſcopum Rhemenſem; ideoque & nos in titulo Rhemenſem nominavimus: cùm codex m. ſ. tantum Archiepiſcopum ſine additamento vocet. Quod monere volui, ne quis falsò imaginaretur ſibi hìc Ebbonem Archiepiſcopum Senonenſem, quem & Elbonem nominat Trithemius, & hæc de illo habet: *Elbo Archiepiſcopus Senonenſis poſt beatum Guericum, qui ſancto Vulframmo ſucceſſit, vir ſanctiſſimæ converſationis, multis & in vita & poſt mortem claruit virtutibus: qui orbatus parentibus, à quibus hæreditatem ampliſſimam relictam ſibi contemnens, in monaſterio ſancti Petri Senonis Monachus factus eſt. Cujus loci poſtmodum Abbas factus, inde ad Pontificatum electus eſt. Claruit anno Domini 740.* Hæc Trithem.

Sæc. IX. Anno 825.

Trithem. lib. 3. de vir illuſt. ord. S. Benedicti. cap. 191.

PLURA DE EBONE ARCHIEPISCOPO RHEMENSI,

Cujus rogatu hos quinque libros Halitgarius conſcripſit, eidemque dedicavit.

UNus ex præcipuis Auctoribus fuit, quorum factione Ludovicus Imperator de Imperio dejectus eſt Anno Domini 833. de quo plura Theganus, quem conſule, ſi lubet. Ludovico in Imperium reſtituto, Epiſcopatu ceſſit Anno Domini 835. ſive volens ſive nolens; non enim immeritò metuebat ſibi à Ludovico, in cujus offenſam adeò graviter ceciderat. Quò autem Epiſcopatu ſuo privatus ſeſe contulerit, accipe ex Krantzio lib. 1. Metrop. cap. 30. *Ebo pridem Archiepiſcopus Rhemenſis in Galliis, cùm eſſet conſpirationis in Imperatorem Ludovicum non ignarus, repoſituſque eſſet in plenam poteſtatem adminiſtrandi imperii & regni Ludovicus, quòd malè ſibi timeret ab Imperatore, non putavit exſpectandum, ſed pervenit ad D.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. *Ansgarium in Eccleſiam Hamburgenſem, cum quo ſibi pridem fuiſſet delegatum legationis in gentes Danorum miniſterium. Amplexus eſt virum primarium Ansgarius, quod magno culmine dejectum videret, miſeratus eſt peregrinationem ejus, & provenit, ut Eccleſia Hildeſemenſis illa tempeſtate viduata careret Epiſcopo. Patiente Imperatore, qui tum inprimis ad ſtatuendos Epiſcopos erat implorandus, in Eccleſiam illam eſt aſsumptus ordine quartus. Longè illum ſibi eſſe voluit Imperator, & potuit ſine invidia in gente novella magno ſuo periculo ſuſtineri, ſimul ut legationi ſibi creditæ propior eſset, tranſiturus ex conſtituto ad prædicandum in Borealibus Chriſti Evangelium; quod utrum opere impleverit cum Ansgario, vel ſine illo peregrinatus, annales non commemorant: ſed Epiſcopum eſſe factum Hildeſemenſem, inter omnes conſtat; in qua ſede duodecim ille annos permanſit, ſuſtinente ac defendente Ludovico Rege, Imperatoris filio, qui à patre regnum Germaniæ ſuſcepit. Magna fuit inter Ansgarium & Ebonem ex antiquo familiaritas, quod dono Ebonis de Eccleſia Rhemenſi venerandas Reliquias ſanctorum Sixti & Simnitii Epiſcoporum acceperit, quas in Hamburgum contulit: & pòſt inde à Danis fugatus, tranſportavit ſecum in Ramſolam ultra Albim: locum quidem Verdenſis parochiæ, ſed qui etiam propter memoriam Divi Ansgarii ibi diu commorantis, Bremenſi Diœceſi reputatur, ibique ſervantur in hodiernum.* Hæc Krantzius.

Cæterum, qualis qualis demum Ebbo in Ludovicum Imperatorem fuerit; gregis ſui & Sacerdotalis dignitatis, honeſtatiſque amantem fuiſſe Antiſtitem, vel Epiſtola ejus ad Halitgarium abundè docet, qua tam enixè poſtulat, ut pœnitentiæ rationem & ordinem ex ſanctis Patribus, Conciliis & Canonibus in ſcripta referat, bonoque publico divulget. Quod Halitgarius ſegniùs non præſtitit, quàm ille imperavit; nec mala methodo; cùm enim pœnitentia agenda ſit propter commiſſa crimina, rectè libro primo de octo præcipuis & capitalibus vitiis, eorumque remediis: Secundo autem libro de virtutibus diſſerit. Tertio pœnitentium ordinem & rationem generatim exſequitur. Quarto demùm & quinto de pœnitentia Laicorum & Clericorum agit. Exſtant ejusdem argumenti alia opuſcula: ut *Pœnitentiale Romanum: De remediis peccatorum venerabilis Bedæ Presbyteri: Pœnitentium liber Rabani Mauri Moguntinenſis Archiepiſcopi.* Canones pœnitentiales Aſtenſis, & alia, quæ notis illuſtrata, & in unum volumen colligata, in publicum dedit jam dudum celeberrimus ille & eruditiſſimus Archiepiſcopus Tarraconenſis Antonius Auguſtinus. Ex quibus noſtro Halitgario non parum lucis accedet, ſi quis illa cum his Halitgarianis ſtudiosè conferre volet.

JACOBI

Digitized by Google

85

SÆC. IX. ANNO 825.

JACOBI BASNAGII DE HALITGARII LIBRO POENITENTIALI OBSERVATIO.

I. HAbentur hic plurimi *Pœnitentiales Libelli*, quorum frequens fuit usus Sæculis mediæ ætatis: dicuntur *Pœnitentiales Libri* qui pœnas explicant unicuique crimini secundum Canones infligendas. Cum persecutio *Deciana* sæviret, lapsi Christiani alii ad communionem festinabant, alii de commissa idololatria vix dolebant. Pace restitutâ in unum convenerunt Episcopi, temperamentum salubri moderatione librantes, ita ut nec in totum pax lapsis denegaretur, nec tamen censura Evangelica solveretur: ea ratione *Cypriani* Epistolæ velut Pœnitentialem Librum conficiunt. Anteriores illos multo autumat *Morinus*, quod *Canones Apostolorum* aut vetustiores aut ab ipsis Apostolis confectos credat: quod nequaquam verum est. Barbaris Pontum vastantibus nefanda cum ipsis scelera perpetraverant Christiani: Consultus ea de re *Gregorius Taumaturgus* Epistolam quâ Pœnitentiæ modos doceret ad eos mandavit. *Diocletianeâ persecutione* cessante postulavit eadem necessitas ut Episcopi vel Concilia novas leges sancirent, id fecit *Petrus Alexandrinus*: postea Concilium Ancyranum: subsecuta sunt alia a *Basilio* & Conciliis Decreta, pro libitu Ecclesiarum varie observata. Sed tamen nullus fuit *Liber Pœnitentialis* autoritate publica sancitus. I. De veterum Pœnitentialibus Libris.

II. Sæculo septimo, labascente veteri disciplina, aliæ leges fuerunt promulgandæ: id tentavit *Beda*, vel *Egbertus* Eboracensis Episcopus: id ipsum confecit *Theodorus* Cantuariensis, qui Græca, utpote Græcus, intelligebat. Sed priores illi Libri Anglis usitati ab aliis forsan & Gallis præsertim desiderabantur. Habuerunt nono Sæculo Presbyteri Galli *opuscula*, ad quorum normam plectebantur Pœnitentes. *Attamen ita confusa erant judicia Pœnitentium in Presbyterorum opusculis, atque ita diversa & inter se discrepantia & nullius autoritate suffulta, ut vix possent discerni.* Movit ea necessitas *Ebbonem* virum tunc temporis celeberrimum, ut amicum sibi *Halitgarium* Cameracensem Episcopum impelleret ad Canones veterum describendos & velut novum Pœnitentiale conficiendum, ne dum diversimode de uno eodemque peccato statuerent Presbyteri, sæpius imperiti, turbaretur Ecclesia. Hoc igitur opus in gratiam amici & Ecclesiæ confecit *Halitgarius*. Halitgarii Pœnitentiale. Ebbo Epist. ad Halitgar.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

III. Annum quo ſcripſit divinare vix poſſis. Ante vel circa 830. illud opus edidiſſe contendit *Morinus*; quia tunc *Ebbo* ob nefandam in *Ludovicum* Imperatorem conjurationem depoſitus eſt. Aliud erat invictiſſimum argumentum, *Halitgarium* ſcilicet e vivis exceſſiſſe an. 831. ad Epiſcopatum promotus eſt anno 816. Hac ratione fulti illud opus multo citius quam credidit vir doctiſſimus, proditum fuiſſe arbitramur. Halitgarius anno 823. ad Danos Religionis propagandæ cauſa profectus eſt cum *Ebbone*: eodem anno reverſus Compendienſi Conventui interfuit. Anno 825. a Synodo Pariſienſi delegatus ſententias Patrum de Imaginibus collegit. Eodem anno forſan, aut ſuperiori, Canones de Pœnitentia excerpſit, excitante *Ebbone* Rhemenſi, cum quo amicitia jungebatur. Saltem vix potuit ſerius illud elaborare; quippe in Orientem ab eo tempore miſſus eſt a *Ludovico* ad *Michaëlem* Græcorum Imperatorem. Inde rediit anno 829. & obiit an. 831. non ergo potuit circa annum 835. huic opuſculo incumbere.

III. Tempus quo ſcripſit.

IV. Sex Libros de Vitiis & Virtutibus *Halitgarium* elucubraſſe teſtantur tum *Flodoardus* Hiſtoriæ Rhemenſis l. 2. c. 19. tum *Baldricus* in Chronico Cameracenſi. Sed in omnibus Codicibus deerat Sextus Liber; ideoque quinque tantum vulgavit *Caniſius*: ſed poſt editas illius antiquas Lectiones incidit *Stewartius* in ſextum illum Librum, Pœnitentiale Romanum continentem, ediditque eum cum Præfatione Halitgarii. Edidere poſtea tum *Menardus* tum *Morinus*, & Nos ad calcem Halitgarii ex Stewartio & Morino repoſuimus. Binas editiones Libri hic appoſuimus, primam quidem *Stewarti*, nequid ex antiquis Lectionibus deſideraretur: Deinde vero, quia adjiciuntur aliqua apud *Stewartium* quæ deſunt in editione *Morini*: quæ quantumvis non occurrant in emendatiori Codice, jacturam tamen eorum non pateretur lector. Cujuscunque ſint autoritatis & ponderis additamenta illa, ſive potius ex Pontificum Epiſtolis excerpta, hæc omittere noluimus. Denique cum ſæpius occurrant variæ lectiones, immutataque ſint plurima loca & ordine præpoſtero ſæpius diſpoſita, utrumque Codicem oculis lectorum ſubjecimus, ut diſcrimina facilius obſerventur. *Morini* vero editio hic adjicitur, quia Stewartianâ multo accuratior nobis videtur, foliumque unicum aut circiter continet: an vero ab *Halitgario* revera ſit deſcriptus Liber ille, merito dubitamus; quinque enim a ſe editos Libros ipſe profitetur.

IV. Quid contineat. l. 1. c. 38.

V. Habet *Halitgarius* in Libris prioribus præcepta ad virtutem utiliſſima. Sed pro more ſæculorum illorum, nihil ex ſe profert. Ex veterum Scriptis compilatæ ſunt omnes illæ ſententiæ, quas in unum collegit.

VI. Complectitur Pœnitentiale Romanum leges quasdam plectendis Peccatoribus deſtinatas. Vix tamen credem eſſe genuinum Eccleſiæ Romanæ pœnitentiale. Saltem plurima ab *Halitgarii* temporibus addita fuiſſe nemo negabit, cum aliqua indicaverint Scriptores recentiores quæ in eo non deprehenduntur: Nec dicas abbreviatum fuiſſe ab *Halitgario* majus opuſculum; id enim non innuit, ſed Pœnitentialem Librum *qualem de Scrinio Eccleſiæ Romanæ adſumpſerat* deſcripſit. Deinde Codex ex quo deſumptus eſt ille Sextus Liber Halitgarii, Teſte Morino qui illum attente oculis luſtraverat, non ſuperat quingentos annos; unde nova de authoritate illius Libri oriuntur dubia. Denique in eo laudantur decretales falſæ quæ tunc in lucem prodire cœperunt.

VI. Pœnitentiale Romanum.

VII. His omnibus ſubjicitur Tractatus de converſis, qui *Sancti Iſidori* nomen præfert. Sed quis ſit *Iſidorus* ille inter Sanctos & Scriptores Eccleſiaſticos

VII. Iſidorus de converſis.

Digitized by Google

cos repositus ignoratur, leguntur quidem in *Isidori* Hispalensis Epitaphio duo versiculi: Sæc. IX. Anno 825.

Ut sincere credidit, sincere sic edidit
Formam Pœnitudinis.

Hac *Forma Pœnitudinis*, quam edidit *Isidorus*, indicare possit Tractatus de Conversis. Attamen cum nullus veterum hujus opusculi meminerit, Epitaphium malim interpretari de *regula Monachorum*, quam concinnaverat Hispalensis præsul, quæque inter regulas *Holstenianas* Parisiis vulgatas locum habet. Cum nono Sæculo ex Hispaniâ advectæ fuerint in Gallias Pontificum Decretales sub *Isidori Mercatoris* nomine, ut ita facilius quasi genuinæ reciperentur, sub eodem nomine fingi potuit eadem ætate liber ille Pœnitentialis. Ubi enim fraudi, quæ bene cessit, datur locus, occurrunt plurimi qui eandem viam ineunt, his artibus gloriam aucupantes; interea tamen cum genuinus Parens & tempus quo fœtus ille apparuit, ignoretur, hunc libellum ob materiæ similitudinem à cæteris distrahi noluimus.

IN NOMINE DOMINI,

Reverendissimo in Christo Fratri ac Filio

HALITGARIO Episcopo, EBO indignus Episcopus salutem.

NOn dubito tuæ notum esse charitati, quanta nobis Ecclesiasticæ disciplinæ, quantisque nostrorum necessitatibus subditorum, & insuper mundalium oppressionibus, quibus quotidiè agitamur, cura constringat. Idcirco, ut tecum contuli, ex Patrum dictis, Canonum quoque sententiis, ad opus consacerdotum nostrorum excerpere pœnitentialem minimè valui: quia animus, dum dividitur per multa, fit minor ad singula. Et hoc est, quod hac in re, me valdè solicitat, quod ita confusa sunt judicia pœnitentium in presbyterorum nostrorum opusculis, atque ita diversa, & inter se discrepantia, & nullius auctoritate suffulta, ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit, ut concurrentes ad remedium pœnitentiæ, tàm pro librorum confusione, quàm etiam pro ingenii tarditate, nullatenus eis valeant subvenire. Quapropter, charissime frater, noli te ipsum nobis negare, qui semper in divinis ardenti animo disciplinis, ac solerti cura scripturarum meditationibus, perfectissimo otio floruisti. Arripe quæso sine excusationis verbo hujus sarcinæ pondus à me quidem tibi impositum, sed à Domino, *cujus onus leve est, levigandum.* Noli timere, neque formides hujus operis magnitudinem, sed fidenter accede; quia aderit tibi, qui dixit: *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud.* Scis enim optimè, parvis parva sufficere. Nec ad mensam magnatorum, pauperum turbam posse accedere. Noli tuæ devotionis nobis subtrahere scientiam. *Noli accensam in te sub modio ponere lucernam, sed præcelso eam superponere candelabro, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt fratribus tuis*, & profer nobis veluti scriba doctus, quod accepisti à Domino: aderit tibi hujus laboris itinere illius gratia, *qui duobus discipulis euntibus, tertium se socium addidit in via, & aperuit illis sensum, ut sanctas intelligerent scripturas.* Spiritus paraclitus, omni veritatis doctrina, & perfecta charitatis scientia tua resplendeat pectora charissime frater. Vale.

Confusa & diversa de Pœnitentibus judicia.

Matth. 11. 30.

Psal. 80. 11.

Matth. 5. 19.

Matth. 13. 52. *Luc.* 24. 13.

DOMINO

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 825. Fuit Remensis Archiep.

DOMINO ET VENERABILI PATRI IN CHRSITO EBONI Archiepiscopo, HALITGARIUS minimus Christi famulus salutem.

Epist. Halitgarii.

POstquam venerande Pater, directas beatitudinis vestræ accepi litteras, quibus me hortari dignati estis, ne mentis acumen inerti, torpentique otio submitterem: sed cognitioni ac meditationi quotidiè sacræ Scripturæ me vigilanter traderem: & insuper, ex sanctorum Patrum, canonumque sententiis, pœnitentialem in uno volumine aggregarem. Durum quippe mihi & valdè difficile, tremendumque hoc quoque fuit imperium, ut hanc susciperem sarcinam, quam à prudentibus cognosco relictam. Multumque renisus sum voluntati vestræ, non velut procaciter durus, sed propriæ infirmitatis admonitus. Hac etenim cura solicitus necessarium duxi, ut aliquandiu me à scribendi temeritate suspenderem. Sed quia sicut perpendi, injuncti operis difficultatem, ita & injungentis auctoritatem; nec volui, nec debui usquequaque resistere: certus, quia imbecillitatem meam multo amplius vestra adjuvaret præcipientis dignitas, quam aggravaret meæ ignorantiæ difficultas. Valete.

INCIPIT PRÆFATIO DE POENITENTIÆ UTILITATE.

Pœnitentiæ necessitas.

QUamvis originalia in Baptismatis munere, gratia mediatoris cuncta aboleri veraciter credantur peccata: quia sufficit illa sola spiritalis regeneratio. Attamen cùm ventum fuerit ad ætatem, quæ præceptum jam capit, & subdi potest legis imperio: suscipiendum est bellum contra vitia, & gerendum acriter, ne iterum reducatur ad damnabilia peccata. Pauciſſimi autem sunt tantæ felicitatis, ut ab ipsa ineunte adolescentia, nulla damnabilia peccata committant, vel in flagitiis, vel in facinoribus, vel in homicidiis, vel in nefariæ cujusquam impietatis errore: sed magna spiritus largitate necessarium est opprimere, quidquid in eis potest, aut potuit carnalis delectatio dominari. Tunc itaque victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec aliter, nisi per Mediatorem Dei, & hominum Jesum Christum, qui factus est particeps mortalitatis nostræ, ut nos participes faceret divinitatis suæ. Veruntamen in gravi jugo, quod positum est super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum; usque in diem sepulturæ in matrem omnium, & jam hoc malum miserabiliter reperitur. Ideoque sobrii simus, atque intelligamus hanc vitam de peccato illo nimis nefario, quod in Paradiso perpetratum est, factam nobis esse pœnalem; totumque, quod nobiscum agitur, non pertinere, nisi ad novi seculi hæreditatem novam: ut hîc pignore accepto, illud, cujus hoc pignus est, suo tempore consequamur. Sed quomodo filii Dei, quandiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt: & sic, spiritu Dei excitantur, & tanquam filii Dei proficiunt ad Dominum: ut etiam Spiritu Sancto, aggravante corpore corruptibili, tanquam filii hominum, in quibusdam humanis motibus deficiant ad seipsos, & ideò peccent; Interest quidem quantum, neque enim omne peccatum crimen est, sed omne crimen, peccatum est. Sanctorum itaque hominum vitam, qua in hac morte vivitur, sine crimine inveniri posse, sine peccato autem nunquam, ut ait

Nemo sine peccato.

Ex S. Greg. Mag. l. 21. Moral. in cap. 30. Job cap. 9.

Digitized by Google

ait Apoſtolus: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Unum tamen pro altero conſuevit ponere Scriptura. In actione autem pœnitentiæ, ubi tale commiſſum eſt crimen, ut is à Chriſti corpore, qui commiſit, ſeparetur, non tàm conſideranda eſt menſura temporis, *quàm doloris, cor autem contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.* Sanè quia plerunque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, rectè conſtituuntur tempora pœnitentiæ ab his, qui præſunt Eccleſiis, ut ſatisfiat etiam Eccleſiæ, in qua remittuntur peccata. Ergò, cum tanta eſt plaga peccati, ut medicamenta corporis, & ſanguinis Domini ſint differenda, auctoritate antiſtitis debet ſe quiſque ab altario removere ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari; hoc eſt enim corpus, & ſanguinem Domini indignè accipere, ſi eo tempore accipiat, quo pœnitentiam debet agere. Nam ipſa pœnitentia, quando digna eſt cauſa, ut ſecundum morem Eccleſiæ agatur, plerunque infirmitate non agitur: quia & pudor, timor eſt diſplicendi, dum plus delectat hominem exiſtimatio, quàm juſtitia, qua ſe quiſque humiliat pœnitendo. *Memenerit ille, quicunque eſt, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Quid enim eſt perverſius, quidve infelicius, quàm de ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere, & de ligatura plus erubeſcere? Nemo arbitretur propterea ſe conſilium ſalubre hujus pœnitentiæ debere contemnere; quia advertit fortè, novitque ad Altaris Sacramenta accedere, quorum non ignorat talia crimina apud ſe retinere. Corriguntur enim multi, ut Petrus: multi tolerantur, ut Judas. Multi neſciuntur, donec veniat Dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordium.

SÆC. IX. ANNO 825.

1. Joan. 1. 8.

Paſl. 50. Abſtinere debent ab Euchar. peccatores.

Jacob. 4. 6.

Nos verò quemquam à communione prohibere non poſſumus, quamvis hæc prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis: niſi aut ſpontè confeſſus: aut in aliquo ſive ſeculari, ſive eccleſiaſtico judicio accuſatum atque convictum. Plerique autem attendunt multos in ipſis honoribus eccleſiaſticis, Præpoſitorum, & miniſtrorum non congruenter vivere ſermonibus, & ſacramentis, quæ per eos populis miniſtrantur. O miſeros homines, (a) quibus intuendo Chriſtum obliviſcuntur: qui & tanto antè prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui quæ dicunt, non faciunt, & traditorem ſuum tolerans uſque in finem, etiam ad evangelizandum cum cæteris miſit. Aliquis fortè deſperatus dicat: Ego jam baptizatus in Chriſto, à quo omnia peccata præterita mihi dimiſſa ſunt, vilis factus ſum, nimis iterans vias meas, & canis horribilis oculis Dei converſus ad vomitum ſuum. *Quò abibo à ſpiritu ejus, & à facie ejus quò fugiam?* Quò frater, niſi ad ejus miſericordiam pœnitendo, cujus poteſtatem peccando contempſeras. Quidquid enim feceris, quæcunque peccaveris, adhuc in vita es; unde te omninò auferret, ſi ſanare nollet.

Confeſſio requiritur.

(a) fort. *qui hos*, vel *qui alios.*

Matth. 23.

Pſal. 138. 7.

Oportet igitur ad pœnitentiam accedere cum omni fiducia, & ex fide credere indubitanter, pœnitentia aboleri poſſe peccata, etiamſi in ultimo vitæ ſpiritu commiſſa pœniteat, & publica lamentatione peccata prodantur: quia propoſitum Dei, quo decrevit ſalvare, quod perierat, ſtat immobile, & ideo, quia voluntas ejus non mutatur, ſive emendatione vitæ, ſi tempus conceditur: ſive ſupplici confeſſione, ſi continuò vita exceditur, venia peccatorum fideliter præſumatur ab illo, *qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur à perditione pœnitendo, & ſalvatus miſeratione Dei vivat.* Certiſſimæ ſunt & fideliſſimæ claves Eccleſiæ, *quibus quodcunque in terra ſolvitur, etiam in cœlo ſolutum promittitur.*

Ezech. 33. 11.

Matth. 16.

Hæc dicta ſunt de publica ſatisfactione, qua quiſque humiliando ſe, non ſolùm coram Eccleſia, quæ habet clavem Regni Cœlorum, in qua fit remiſſio peccatorum.

Secreta quoque ſatisfactione ſolvi mortalia crimina non negem: mutato prius ſeculari habitu, & indefeſſo religionis ſtudio, per vitæ correctionem, & jugi, imò perpetuo luctu, miſerante Deo, ita duntaxat, ut contraria, pro his, quæ pœnitet, agat. Quotidiana verò, leviaque peccata, ſine quibus hæc vita non ducitur, Dominica Oratione purgantur, quorum eſt dicere; *Pater noſter qui es in cœlis*, & reliqua: Ubi dicitur; *Dimitte nobis debita noſtra:* quia ipſa eleemoſyna eſt, veniam homini petenti ignoſcere. Unde Dominus ait; *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.*

Matth. 6.

Luc. 11. 41.

Multa igitur genera ſunt eleemoſynarum, quæ cùm facimus, adjuvamur, ut dimittantur noſtra peccata, ſed ea nihil eſt majus, quàm (quando) ex corde dimittimus, quod in nos quiſque peccavit.

Sunt autem quædam peccata, quæ putantur leviſſima, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione graviora. *Quis enim dicentem fratri ſuo, Fatue, reum gehennæ putaret, niſi veritas diceret?* Aut quis æſtimaret, quàm magnum eſſe peccatum, dies obſervare, menſes, & annos, & tempora, ſicut obſervant, qui certis diebus, ſive menſibus, ſive annis, volunt, vel nolunt aliquid inchoare, niſi Apoſtolus diceret: *Timeo vos, ne ſine cauſa laboraverim in vobis.*

Varia peccata.

Matth. 5. 22.

Galat. 4.

Quàm multa ſunt alia peccata, ſive in loquendo, de rebus, & negotiis alienis, quæ

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

ad te non pertinent: ſive in vano cachinno: ſive in ipſis eſcis, quæ ad neceſſitatem hujus vitæ parantur, in quibus eſt avidior appetitus; ſive in vendendis, & emendis rebus: charitatis, & utilitatis vota perverſa.

Sunt & alia hujuſcemodi peccata, quæ fiunt verborum offenſionibus, & cogitationum, Jacobo dicente Apoſtolo: *In multis enim offendimus omnes.* Oportet quotidie, crebroque exoremus ad Dominum, atque dicamus: *Dimitte nobis debita noſtra:* nec in eo, quod ſequitur, mentiamur: *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:* pro quibus etiam ſacrificia eleemoſynarum, & jejuniorum pro viribus offerre non ceſſet.

Jacob 3.2. *Matth.* 6.

Pro illis ergò peccatis, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apoſtolus ait, *quod neque avari, neque rapaces, neque adulteri, neque maſculorum concubitores, &c. quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non poſſidebunt.* Illa actio pœnitentiæ ſubeunda eſt, in qua majorem in ſe quiſque ſeveritatem debeat exercere, *ut à ſeipſo judicatus, non judicetur à Domino:* quæ actio pœnitentiæ tunc erit perfecta, & acceptabilis, ſi aſcenderit homo adverſum ſe tribunal mentis ſuæ, & conſtituerit ſe ante faciem ſuam, ne hoc ei poſtea fiat, ſicut comminatur Deus peccatori, atque ita conſtituto in corde judicio, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor: deinde ſanguis animæ confitentis per lacrimas profluat. Poſtremò in conſcientia ſua ſe indignum judicet participatione Corporis, & Sanguinis Domini. Verſetur ante oculos imago futuri judicii, ut, cùm alii accedunt ad Altare Dei, quo ipſe non accedit, cogitet, quàm ſit contremiſcenda pœna, qua percipientibus aliis vitam æternam, alii in mortem præcipitantur æternam.

2. *Cor.* 6. 9. 1. *Cor.* 11. 31.

Menſura temporis non definita.

Menſuram autem temporis in agenda pœnitentia, idcirco non ſatis attentè præfigunt canones pro unoquoque crimine, ſed magis in arbitrio antiſtitis (*a*) relinquendum ſtatuunt: quia apud Deum non tàm valet menſura temporis, quàm doloris. Nec abſtinentia tantum ciborum, ſed mortificatio potius vitiorum.

Propter quod tempora pœnitentiæ, fide & converſatione pœnitentium adbrevianda præcipiunt, & negligentiæ protelanda. Extant tamen pro quibusdam culpis modi pœnitentiæ in canonibus impoſiti, juxta quod cæteræ perpendendæ ſunt culpæ: cùm ſit facilè per eoſdem modos vindictam & cenſuram canonum æſtimare.

Hanc autem epiſtolam nemo quidem exiſtimet meam: ne illi pro parvitate nominis mei vileſcat. Sed ſciat, à majoribus noſtris ex ſanctorum ſententiis eſſe collectam: à me quidem excerptam, ne nimia prolixitate negligentibus lectoribus faſtidium generaret.

Libellum de Vitiis octo principalibus, eorumque remediis: quem de libris Gregorii, Auguſtini, nec non Proſperi excerpſimus, in capite præponimus, poſt Præfationem hanc, quam excerpſimus.

Secundus quidem libellus continet de vita activa, & contemplativa pauca capitula, nec non & principalium virtutum nomina. Ipſa quidem ex ſanctorum Patrum dictis collecta. Quorum nomina cujus ſunt ſententiæ, (*b*) in marginibus poſuimus, propter prolixitatem vitandam repetendorum nominum: & ne aliquis invidus nobis vocitaret compilatorem.

Tertius de ordine pœnitentium, cum nominibus, unde ſumptus eſt, conciliorum.

Quartus verò de judiciis Laicorum.

Quintus de Ordinibus Clericorum; & de regulis, ſi deviaverint, ipſorum.

(*a*) Aſſignat tamen ipſe ex Canonibus tempora & annos pœnitentiæ ſecundum caſus & crimina, ut videre poſſis in Libro Quinto; ſed leges illæ generales pendebant ex arbitrio Præſulum ſecundum circumſtantias judicantium. BASN.

(*b*) *In M. s. ſunt nomina auctorum poſita, ſed non citationes librorum vel capitum, quas alicubi adjunximus.* CANIS.

INCIPIUNT

Digitized by Google

INCIPIUNT CAPITULA LIBELLI PRIMI.

I. *De octo principalibus vitiis, & unde oriuntur.*
II. *De vitio ſuperbiæ.*
III. *De remedio ſuperbiæ.*
IV. *De vitio inanis gloriæ.*
V. *De remedio inanis gloriæ.*
VI. *De vitio invidiæ.*
VII. *De remedio invidiæ.*
VIII. *De vitio iræ.*
IX. *De remedio iræ.*
X. *De vitio triſtitiæ.*
XI. *De remedio triſtitiæ.*
XII. *De vitio avaritiæ.*
XIII. *De remedio avaritiæ.*
XIV. *De vitio ventris ingluviæ.*
XV. *De remedio gulæ vitii.*
XVI. *De vitio luxuriæ.*
XVII. *De remedio luxuriæ*

INCIPIT LIBER PRIMUS FELICITER.

CAPUT I.

De octo principalibus vitiis, & unde oriuntur.

PAradiſi gaudiis, poſtquam expulſum eſt genus humanum, (*a*) octo criminalia in filios Adæ originaliter dominantur vitia. Quæ niſi per gratiam Salvatoris, ac Baptiſmi renovationis minimè abolenda credamus. Unde beatus (*b*) Gregorius in expoſitione Job loquitur. Vitia quippe tentantia, quæ inviſibili contra nos prælio (*c*) repugnanti ſuper ſe ſuperbiæ militant: alia more Ducum præeunt; alia more exercitus ſubſequuntur. 2

Ipſa namque vitiorum regina ſuperbia, cùm devictum plenè cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibusdam ſuis ducibus devaſtandum tradit: quos videlicet duces exercitus ſequitur: quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius oſtendimus, ſi ipſos duces, atque exercitus, ut poſſumus, enumerando proferamus.

Radix quippe cuncti mali ſuperbia eſt: de qua, Scriptura atteſtante, dicitur: *Initium omnis peccati ſuperbia.* De hac quoque virulenta radice, VII. principalia vitia proferuntur: ſcilicet, Inanis gloria, Invidia, Triſtitia, Avaritia, Ventris ingluvies, Luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiæ vitiis nos captos doluit, idcircò redemptor noſter ad ſpiritalis liberationis prælium, ſpiritu ſeptiformis gratiæ plenus venit. Sed habent contra nos hæc ſingula exercitum ſuum. Nam

De ſuperbia. *Eccl.* 10. 15.

(*a*) *Octo principalia Vitia numerant Theodulphus Epiſcopus Aurelianenſis Epiſt. ad Clerum. Evagrius ad Anatolium lib. de octo Vitioſis cogitationibus S. Nilus lib. de octo Vitioſis affectionibus & alii. Vide quæ notavimus tom. 2. Antiquæ lectionis in appendice ad Monoſtichon S. Columbani. fol. 2.* CAN.

(*b*) Ex Greg. Mag. in cap. 39. Job. lib. 31. Moral. cap. 17. hæc deſumpta ſunt.

(*c*) S. Greg. editio Rom. regnanti.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 825.

Nam de inani gloria hæc oriuntur: Inobedientia, Jactantia, Hypocrisis, Contentiones, Pertinaciæ, Discordiæ, & novitatum præsumptiones.

De Invidia nascitur: Odium, Susurratio, Detractatio, Exultatio in adversis proximi; Afflictio autem in prosperis.

De Ira proferuntur: Rixæ, Tumor mentis, Contumeliæ, Clamor, Indignatio, Blasphemiæ.

De Tristitia nascitur: Malitia, Rancor, Pusillanimitas, Desperatio, Torpor circa præcepta, Vagatio mentis ergà illicita.

De Avaritia oriuntur: Proditio, Fraus, Fallacia, Perjuria, Inquietudo. Et contrà misericordiam Obdurationes cordis.

De ventris ingluvie propagatur: Inepta lætitia, Scurrilitas, Immunditia, Multiloquium, Hebetudo sensus circa intelligentiam.

De Luxuria generatur: Cœcitas mentis, Inconsideratio, Inconstantia, Præcipitatio, Amor sui, Odium Dei, Affectus præsentis sæculi, Horror autem, vel desperatio futuri.

Quia ergò septem principalia vitia tantam de se vitiorum multitudinem proferunt: cùm ad cor veniunt, quasi subsequentis exercitus catervas trahunt. Ex quibus videlicet VII. quinque spiritalia, duoque carnalia sunt. Sed unumquodque eorum tanta sibi cognatione jungitur, ut non nisi unum dè altero proferatur. Prima namque superbiæ soboles inanis est gloria: quæ dum oppressam mentem corruperit, mox invidiam gignit. Quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat, tabescit.

Invidia quoque Iram generat. Quia quanto interno livoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur. Et quia quasi dolens membrum tangitur, idcircò oppositæ actionis manus velut gravius pressa sentitur.

Ex Ira quoque Tristitia oritur: Quia turbata mens, quo in ordine se concutit, eo addîcendo confundit. Et cùm dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatione subsequens mœror pascit.

Tristitia quoque ad Avaritiam dirigitur: Quia dum confusum cor bonum lætitiæ intus amiserit, unde consolari debeat, foris quærit. Et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet, ad quod intrinsecus recurrat.

Posthæc verò duo carnalia vitia, id est, ventris ingluvies, & luxuria supersunt. Sed cunctis liquet, quod de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia (a) subnixa videantur. Unde dum unum inordinatè reficitur, aliud procul dubio ad contumelias excitatur.

(a) S.Greg. subnexa.

Benè autem duces exhortari dicti sunt; exercitus ululare: quia prima vitia deceptæ menti quasi sub quadam ratione se inserunt; sed innumera, quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. (b)

(b) Hucusque ex S. Greg. Mag.

CAPUT II.

De vitio superbiæ.

Superbia.

COnsideremus ergò, quæ causæ præcedant, quas vitia subsequantur. (a) Ait enim Prosper: Quod, ut credibilius videatur, Scriptura divina consulta respondeat. Unde quæsita protulit, dicens: *Initium omnis peccati superbia.* Non, alicujus, sed omnis peccati: (b) quomòdo non solum peccatum est ipsa? sed etiam nullum peccatum fieri potest, aut potuit, vel poterit sine ipsa. Siquidem nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo ejus præcepta calcantur. Denique ipse diabolus inventor superbiæ, per ipsam de cœlestibus corruit, quem Deus fecerat sine ullo peccato. Et hæc est omnium malorum causa. Hinc est, quod idem primus homo, superbi spiritus elatione corruptus, omnem posteritatem suam, quæ in illo radicaliter fuit, necessitati corruptionis, ac mortalitatis addixit. De quo dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransivit* (c). Superba voluntas facit Dei præcepta contemni, & ex angelis dæmones fecit.

Eccl. 10.

Rom. 5.

Quapropter audiant superbi: quia sunt omnia transitoria, quæ ambiuntur, & æterna, quæ perduntur. Et illud: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Et iterum: *Quid superbit terra, & cinis?* Et illud: *Ante ruinam, exaltabitur spiritus.* Et: *Deus alta à longè cognoscit.* De eorum quoque capite diabolo scriptum est: *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.* Jam

Luc. 18.14. Eccl. 10. 9. Prov. 16. 18. Psal. 13v. 6. Job 41. 25.

(a) Prosper lib. 3. de vita contemplativa. cap. 2.
(b) Prosper: quoniam n. s. p. est ipsa, sed e.
(c) Hucusque ex Prosp. libro 3. de vita contempl. c. 2. Greg. est in m. s. margine Greg. qui tamen longè aliter de superbia libro 34. Moral. in Job. cap. 18.

Digitized by Google

(a) Jam nunc videamus, quibus indiciis poſſit ſuperbia deprehendi. Unde, paulò pòſt ſequitur: Habitus quoque & inceſſus pedum ſuperbos oſtendunt: quorum erecta cervix, facies torva, truces oculi, & ſermo terribilis, nudam ſuperbiam clamant; humana jura, divinaque confundunt: honoribus intumeſcunt, aliena rapiunt, & ſeipſos ſuperbiæ corrupti morbo non capiunt. Eſt enim & occulta ſuperbia, quæ proficientes aliquantulum occultè captivat: quos in profundum malorum fraudulenta dominatione præcipitat: & ne unquam poſſint (a) exſurgere, jugiter calcat. Inde eſt, quod hi, quos ſuperbæ mentis tabes purulenta corruperit, ſeniorum ſuorum non obſervant imperata, ſed judicant. De ſuis negligentiis objurgati, aut rebellant, aut murmurant: de loco ſuperiori (b) deceptant: præferri ſe melioribus affectant: ſuas ſententias procaciter jactant: non ſervant in obſequio reverentiam. Hæc ſunt ſuperbiæ tumoris indicia: quibus Deus offenditur: & his malis diabolus paſtus exultat. (c)

SÆC. IX. ANNO 825.

(a) Proſp. *emergere.*

(b) Proſp. *diſceptant.*

(c) *Hucuſque ex* Proſper.

CAPUT III.

De remedio ſuperbiæ.

(b) HUmilitas virtutum omnium mater, penitus conterit ſuperbiam, quemadmodum ſcriptura teſtatur: *Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et: *Gloriam præcedit humilitas.* Et iterum: *Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem, & quietum, & trementem ſermones meos.* Et: *Deus humilia reſpicit.* (c) Unde Gregorius inquit: Dicatur ergò humilibus, quia dum ſe dejiciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt. Et; quid humilitate ſublimius? quæ dum ſe in ima deprimit, auctori ſuo manenti ſuper ſumma conjungitur. Eſt tamen aliud, quod in eis debeat cautè penſari: quia ſæpè quidem humilitatis decipiuntur ſpecie. Quidam verò elationis ſuæ ignorantia falluntur: idcircò oportet omnes ſolicitos eſſe, ut maculæ ſuperbiæ imbribus lacrimarum deleantur, & contritio cordis, & humilis ſpiritus, omnem fomitem vitiorum excludat: & qui proximis læſionem intulit, veniæ ſatisfactione reconciliet, rapinam pauperum miſericordia largitatis diluat: eiſque quibus injuſtè abſtulit, ſi quid poteſt, miſericorditer reddat: & inſuper eleemoſynarum fructus minimè negligat: aliiſque bonis operibus vitam ſuam corrigendo apud Domini miſericordiam ſtudiosè perquirat: ſicut ſcriptum eſt; Miſerere animæ tuæ placens Deo. Idcirco temporis menſuram in agenda pœnitentia pro unoquoque crimine non præfigunt canones, ſed magis in arbitrio antiſtitis relinquendum ſtatuunt. Quia apud Dominum non tàm valet menſura temporis, quàm doloris: nec abſtinentia tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum.

Luc. 18. 14. *Prov.* 15. 33. *Eſa.* 66. 2. *Pſal.* 137. 6.

CAPUT IV.

De vitio inanis gloriæ.

Inanis gloria.

INanis namque gloria devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cùm dicit: Debes majora appetere: ut qua poteſtate volueris multos excedere, eò etiam valeas & pluribus prodeſſe. Sed ſcriptura è contra ſignum vanitatis oſtendit dicens: Gregor.

(d) Eſt enim vanitas inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris avida ſimul & neſcia, morbo excellentiæ inanis afflata, cava, morbida, turbulenta, animorum levium domina, malè fundatis omnibus blanda; repugnantibus fumea, capiendis ſeductoria, captis invicta: ſimulatio quædam virtutum (e), appetitio dignitatum, dulcis miſeris, amara perfectis: cui ſerviunt tumidi: ſub qua jacent elati: qui ſe de operibus, quorum ſibi conſcii non ſunt, turpiter jactant, qui ſe ab omnibus prædicari per nefas affectant. Qui ſanctos viros ſui (d) deprecatione depreciant. His, & ſimilibus delinitos vanitas premit, nec eos morbum ſuum ſentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid eſt, ad medicum venire, niſi infirmum ſuas infirmitates cognoſcere? tantumque eos ardor humanæ laudis inflammat, ut laborioſa opera, quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, ſine labore ſuſcipiant, & libenter exerceant. Inde eſt, quod jejunare, abſtinere, vigilare, Eccleſiam frequentare, vel pſallere, cùm hæc omnia ſine labore non faciant, etiam cum delectatione faciunt, (e) ut ab hominibus, quibus placere, non Deo, deſiderant, videantur. Unde Veritas ait: *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.*

Proſper.

(d) Proſp. *ſui comparatione.*

(e) *Hucuſque ex* Proſper. *Matth.* 6. 16.

CAPUT

(a) Sequentia ex Proſpero libri 3. vitæ contemp. c. 8.
(b) Greg. l. 23. Moral. in Job cap. 7.
(c) Simile quid S. Greg. l. 32. Moral. Job c. 27.

(d) Hæc ex Proſp. lib. 3. vitæ contemplat: cap. 10.
(e) Proſp. anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio d.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT V.

De remedio inanis gloriæ.

1. Cor. 4. 7. APoſtolica ſententia in medio eſt proferenda, qua dicitur: *Quid enim habes, quod non accepiſti: etſi accepiſti, ut quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Hujus enim morbi eſt medicina ſalutis, recordatio divinæ bonitatis, per quam omnia bona nobis collata ſunt, quæ habere videmur. Etiam & perpetua ipſius Dei caritas: in cujus laudem omnia agere debemus, quidquid boni in hoc ſeculo operemur: & magis deſiderare: à Deo laudari in die retributionis æternæ, quam ab homine mortali quolibet, in hujus tranſitoriæ vitæ. Hoc quoque inanis gloriæ vitium, ut jam diximus,
Gregorius. lacrimarum fletibus eſt abolendum, cum ceterorum actibus bonorum operum. Quia in cunctis, quæ agimus, neceſſe eſt, ut conſideratio propriæ infirmitatis deprimat: ne hæc ante occulti arbitri oculos tumor vanæ laudis exſtinguat.

CAPUT VI.

Invidia. ### *De vitio invidiæ.*

Gregorius. INvidia quoque devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cùm dicit: In quo illo, vel illo minor es? cur ergò eis vel æqualis, vel ſuperior non es? quanta vales
Sap. 2. 24. quæ illi non valent? *Non ergò tibi, aut ſuperiores eſſe, aut etiam æquales debent.* (*a*) Apoſtolica adverſus hos clamat ſententia: *Invidia ſiquidem diaboli mors intravit in orbem terrarum.*

(*b*) Invidus certè, qui alienum bonum, ſuum facit invidendo ſupplicium: nulla videtur ad invidendum concupiſcentia provocari, ſed tantum ſuperbiæ morbo vexari: quo ſibi jugiter ingemiſcit meliorem, cui invidet, anteferri. Ac per hoc ſequitur divinum munus in homine: cùm potius amari homo debeat pro ſui meriti ſanctitate. Tantos enim invidus habet juſta pœna tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores. Nihil infelicius poteſt eſſe invidia: quæ alienis torquetur bonis. Unde igitur bonus proficit, inde invidus contabeſcit. Invidia ſenſum mordet, pectus urit, mentem affligit. Qui autem invidet, diabolo ſimilis eſt: qui per invidiam hominem de Paradiſi felicitate dejecit.

Proſper. Quantum eis bonum corrumpat invidia miſerabiliter eſt intuendum: cùm quidquid boni fieri, vel dici à ſanctis audierint, vel omninò non credunt: aut res benè geſtas in malum malè interpretando convertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama jactaverit, ſtatim tanquam ſi ipſi viderint, credunt.

Gregorius. Et dum livorem à corde non projiciunt, ad apertas operum nequitias devolvuntur: quia à ſe incipit omnis tractatus malus, & priuſquam noceat alteri, ipſe ſibi parat exitium. Namque ex hoc vitio oriuntur homicidia. Niſi enim Cain invidiſſet acceptam fratris hoſtiam, minimè perveniſſet ad exſtinguendam vitam.

CAPUT VII.

De remedio invidiæ.

1. Joh. 3. 15. APoſtolus terribiliter comminatur, dicens: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & qui invidet fratri ſuo, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat.* Unde ſi huic vitio valenter reſiſtere cupimus, caritatem Deo exhibeamus, & proximo, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta; & facilè peccato reſiſtimus, ſi bonis omnibus abundamus: ſeculi blandimenta contemnimus: &, omnia, quæ difficilia ſunt humanæ fragilitati, vel aſpera, etiam cum dilectione perficimus, ſi hæc præcepta dilectionis cuſtodimus.

Gregorius. Attamen ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt: qui aut mundum, qui contemnendus eſt, diligunt: aut corpora ſua minus diligenda, diligunt: aut proximos non ſicut ſe ipſos: aut Deum plus quàm ſeipſos forte non diligunt. Proximos autem tunc diligimus ſicut nos, ſi non propter aliquas utilitates noſtras, non propter ſperata beneficia, vel accepta: ſed propter hoc tantùm, quod ſunt naturæ noſtræ participes, diligamus. Quapropter hæc eſt proximi tota dilectio, ut bonum,

(*a*) Citat S. Greg. lib. 5. Moral. Job c. 31. de invidia pulcherrimè diſſerens.
(*b*) Hæc ex Proſp. lib. 3. vitæ contemplat. cap. 5.

Digitized by Google

bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo. Potest itaque homo, alterius bonum, suum facere, dum amat in alio, quod ipse non facit. SÆC. IX.

Hinc ergò pensent invidi, caritas quantæ virtutis est; quæ alieni laboris opera nostra sine labore facit. Dicendum itaque est invidis; quia dum se à livore minimè custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur. Igitur summoperè est vigilandum, ut hoc vitium radicitus à cordibus citius evellatur, ac bonis operibus, ut præscriptum est, cum consilio tamen sacerdotis emundetur, & quotidiè pro illo exoret, quem oderat, eique officia caritatis exhibeat, ac necessitatibus, si valuerit, frequenter subveniat, cui, cùm non amavit, minus diligendo exhibuit. ANNO 825. Gregorius.

CAPUT VIII.

De vitio iræ.

IRa etiam devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri non possunt: hæc imò patienter tolerare, peccatum est: quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps, sine mensura cumulantur. Gregorius.

Apostolica contra hæc respondet sententia: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Unde, & Veritas dicit; *Quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit in judico.* Et: *si non dimiseritis unusquisque fratri suo, de cordibus vestris, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis delicta vestra.* Nam si irasci fas non est, aut dicere racha, aut fatuè: multò minus est licitum, tenere aliquid animo, ut in odium indignatio convertatur. Est enim ira, mentis furor: quæ si in corde infigitur, omnem eximit providentiam ab eo, facti: nec judicium rectæ discretionis inquirere; nec honestæ contemplationis virtutem, nec consilii poterit habere maturitatem. Sed omnia per præcipitium quoddam facere videtur. Ex qua nascitur homicidium. *Ephes.* 4. *Matth.* 18: 55. *Matth.* 5;

Dicendum quippe est impatientibus: quia dum frenare spiritum negligunt, per multa etiam, quæ non appetunt, iniquitatum abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impellit furor, quò non trahit desiderium, & agit commota, velut nesciens, unde post doleat, sciens. Per hoc quoque impatientiæ vitium plerunque mentem arrogantiæ culpa transfigit: quia dum despici in mundo hoc quisque non patitur; bona, si qua bona sibi occulta sunt, ostendere conatur, ac per impatientiam, usque ad arrogantiam deducitur. Gregorius.

CAPUT IX.

De remedio iræ.

PAtientia namque furorem, omneque iræ vitium cum recordatione mandatorum Dei superare noscitur: cùm virtutum omnium mater Caritas ad memoriam revocatur, quia impatientiæ vitium minimè oritur, nisi virtutum mater Caritas amputetur. Scriptum quippe est, caritas, patiens est. Igitur cùm minimè est patiens, caritas in eo non est.

Per hoc quoque iræ vitium, ipsa virtutum nutrix, doctrina dissipatur. Unde scriptum est: *Doctrina viri, per patientiam noscitur.* Tanto ergò quisque minus ostenditur doctus, quanto minus convincitur patiens. Scriptum est enim; *Melior est patiens viro forti, &, qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Unde Veritas, electis suis dicit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Custodem igitur conditionis nostræ patientiam, Dominus esse monstravit: qui in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Unde & alibi dicit: *Diligite inimicos vestros: benefacite his: qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Virtus itaque est coram hominibus, adversarios tolerare. Sed virtus coram Deo, diligere. Et Paulus Apostolus, possidere patientiam monuit, cum discipulis hoc præceptum monendo instituit: *Omnis, inquit amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis, cum omni malitia.* Quia nimirum frustrà indignatio, & clamor, & blasphemia, ab exterioribus tollitur: si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Admonendi sunt igitur patientes, ut cor post victoriam muniant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum majori exultatione gaudeat, quod illa dudum contra rigida colla victorum calcat: Quisquis hoc vitio iræ diu tabefactus deperiit, oportet ut ei rehumiliando satisfaciat, cui iratus exstitit, ne coram Deo reus judicetur: qui non aliter nostra delet facinora: si fratrum à cordibus nostris penitus non amputentur delicta. Gregorius. Gregorius.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT X.

De vitio triſtitiæ.

Triſtitia. Gregorius. TRiſtitia quoque devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cùm dicit: Quo habes, unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? perpende cum quo mœrore omnes intuendi ſunt, qui in tanto, contra te, amaritudinis felle vertuntur. *Rom.* 8.39. Apoſtolica adverſus hæc dicit ſententia: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia?* & reliqua. Sunt quippe duo genera triſtitiæ: Unum ſalutiferum: aliud verò peſtiferum. Triſtitia ſalutaris eſt, quando animus ex delictorum recordatione contriſtatur, ut confeſſionem, & pœnitentiam agere quærat, & converti ad Deum ſe, toto corde deſiderat. *2. Cor.* 7. 10. *Alia igitur hujus mundi eſt triſtitia, quæ mortem operatur animæ, nihilque in bono operis deſiderio valet perficere*; quæ perturbat animum, & ſæpè mittit in deſperationem, ac futurorum ſpem abſtrahit bonorum: cui etiam hoc patienti vitium vitæ præſens nulla eſt delectatio.

CAPUT XI.

De remedio triſtitiæ.

SUperatur namque hoc nefas ſpiritali lætitia, & ſpe futurorum, & conſolatione Scripturarum, vel fraterno in ſpiritali jucunditate, colloquio: vel cùm ad mentem reducitur, quàm parva ſint, quæ videntur: ſicut ſcriptum eſt. *2. Cor.* 4. 18. *Quæ enim videntur temporalia ſunt.* Unde Eccleſiaſtes dicit: *Eccl.* 2. 19. *cuncta ſubjacent vanitati, & omnia pergunt ad unum locum, quia de terra facta ſunt, & in terram pariter revertentur: quæ autem non videntur, æterna ſunt.*

Proſper. Hæc verò, & his ſimilia loquentes, ac cogitantes, nihil eſt aliud, quam vitiis omnibus repudium dare, & omne genus triſtitiæ amputare. Ab his ergò triſtibus malis aſcendendum eſt ad illa ſublimia, quibus proficientium mentes, in ſpem promerendæ beatitudinis aſſurgunt: abdicatiſque terrenis, cœleſtia concupiſcunt, ubi Deus videbitur in ſecula ſeculorum. Sed quicunque hoc vitio carere deſiderat, orationibus frequenter inſiſtat: mortem animæ quotidiè ante oculos ponat. Et quia omnis caro fœnum eſt, recognoſcat; miſericordiam & bonitatem Dei erga omnes ſperantes in ſe, cum magna conſideratione, aut per ſe meditando, aut ab aliis audiendo, ex toto animo conſiderare non negligat. Pauperibus, & peregrinis, viduis, ac pupillis, nec non infirmis, & hoſpitibus, ſi quid valet, miſericorditer tribuat, & in cæterorum bonorum operibus non deficiat.

CAPUT XII.

Avaritia.

De vitio Avaritiæ.

Gregorius. AVaritia quoque devictum animum, quaſi ex ratione ſolet exhortari, cum dicit: Valdè ſine culpa eſt, quod quædam habenda concupiſcis, quia multiplicare non appetis, ſed egere pertimeſcis: & quod malè alius retinet, ipſe melius expendis.

Apoſtolica contra hæc clamat ſententia: *quod neque avari, neque rapaces, regnum* 1. *Cor.* 6. 10 *Dei poſſidebunt.* Unde & Salomon dicit: *Avarus non implebitur pecunia: &, qui amat* *Eccl.* 5. 9. *divitias, fructus non capiet ex eis.* Et iterum: *Divitiæ conſervatæ in malum domini* *Eccl.* 5. 12. *ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima.* Et paulò pòſt dicit: *Avaro autem nihil eſt ſce-* *Eccl.* 10. 3. *leſtius: nihilque iniquius, quàm amare pecuniam.* Et iterum: *cùm enim moritur ho-* *Eccl.* 10. 13. *mo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.* Unde & Dominus ait: *Facilius* *Matth.* 19. 24. *eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem intrare in Regnum Cœlorum.* *Luc.* 6. 24. Et iterum: *Væ, vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram.* Et alibi: *Non* *Matth.* 6. 24. *poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Unde Apoſtolus diſcipulo de divitibus dicit: *Divi-* 1. *Tim.* 6. 17. *tibus hujus ſæculi præcipe, non ſuperbè ſapere: neque ſperare in incerto divitiarum.* Eſt namque avaritia, nimia divitiarum adquirendi, habendi, vel tenendi cupiditas. Gregorius. Unde Gregorius dicit: Avaritia enim non ſolùm pecuniæ eſt, ſed etiam altitudinis. Quæ peſtis inſaturabilis eſt, ſicut morbus hydropici: quia in bibendo non ſitim exſtinguit, ſed potando ſuccreſcit: ſic avaritia, quanto magis habet, tanto plus deſiderat. Et, dum modus non eſt in habendo, modus illi non erit in deſiderando. Ex qua oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidium, & reliqua.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT XIII.

De remedio Avaritiæ.

Dominus enim cuidam quærenti, quid faceret, ut vitam poſſideret æternam, reſpondit: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. Mar. 10. 21. Et alibi: Si verè divites eſſe cupitis, veras divitias amate: Diſcant igitur divites, quia divitias, quas conſpiciunt, tenere nequaquam poſſunt. Gregorius. *Et ideò miſericorditer tribuant, unde ſibi ſuperfluè hærere conſpiciunt: quia hilarem datorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. 7. Admonendi ſunt etiam, qui jam ſua miſericorditer tribuunt, ut ſolicitè cuſtodire ſtudeant: ne, cum commiſſa peccata eleemoſynis redimunt, adhuc redimenda committant. Ne venalem Dei juſtitiam æſtiment; ſi, cùm curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrentur ſe poſſe inultè peccare. Plus namque eſt anima, quàm eſca: & corpus, plus, quàm veſtimentum. Qui ergò eſcam, atque veſtimentum pauperibus largitur, ſed tamen anima, vel corpus iniquitate polluitur: quod minus eſt juſtitiæ, obtulit, & quod majus eſt, culpæ: ſua enim dedit Deo, & ſe diabolo.

Iterum admonendi ſunt, qui aliena rapere intendunt. Audiant, quod ſcriptum eſt: *Væ ei, qui multiplicat non ſua.* Hab. 2. 6. Profectò enim qui augere opes ambit, vitare periculum negligit. *Quoniam radix omnium malorum eſt cupiditas.* 1. Tim. 6. 10.

Unde quærendum eſt; ſi initium omnis peccati ſuperbia dicitur, quare radix omnium malorum cupiditas affirmetur. Sanè, quia cupiditas, atque ſuperbia in tantum, unum eſt malum, ut nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit inveniri cupidus. Deinde ſi quodlibet peccatum perpetrare non poſſum, niſi meæ delectationi conſentiam; quod cupiditatis eſt proprium: & Dei præcepta contemnam, quod eſt ſuperbiæ malum: *quomodo non ex cupiditate, quæ eſt radix omnium malorum:* & ex ſuperbia, quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum? Proſper. Hæc ex Proſp. l. 5. vit. contempl. c. 4. Eccl. 10.

Vincitur quoque hoc vitium in largitione pauperum, in viſitatione infirmorum, & integumento nudorum, nec non, & ſi quid injuſtè quis abſtulit, reddendum eſt in quadruplum, juxta ſententiam Domini. Et nunquam à corde diſcedat timor Domini: & inſuper fletu, ac lacrimis, cum contritione cordis purget indeſinenter animam: ne, pro incerto divitiarum, amittat vitam æternam.

Hucuſque de quinque ſpiritalibus vitiis ex SS. Patrum teſtimoniis dictum ſufficiat. Reſtat quoque, ut de duobus carnalibus, videlicet gula, atque luxuria pertractemus.

CAPUT XIV.

De vitio ventris ingluviæ.

Ventris ingluvies.

VEntris quoque ingluvies devictum cor quaſi ex ratione ſolet exhortari, cùm dicit: Ad eſum Deus omnia munda condidit: &, qui ſatiari cibo reſpuit, quid aliud, quàm muneri conceſſo contradicit? Gregorius.

At contra videamus, qualiter illi homines primi commiſerint tàm grande peccatum, quod & ipſos de Paradiſo projecit, in hoc vitæ pœnalis exilium, & in eis originaliter totum damnavit genus humanum. Prohibitum ſiquidem à Domino fuerat, quod de ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comederent: ſed gulæ vitio decepti comederunt. Niſi enim comediſſent, perpetuò immortales eſſent, ſi ſub Deo ſuo viventes, præceptum, quod acceperunt, cuſtodiſſent. Nec deſererentur à Deo, niſi Deum prius ipſi deſererent. Et idcirco in hanc ærumnoſam hujus vitæ miſeriam, gulæ delicti, atque morti traditi ſunt dejecti. Ubi omnis homo per peccatum naſcitur, per laborem vivit; per dolorem moritur. Proſper.

Quapropter admonendi ſunt gulæ dediti, ne in eo, quo eſcarum delectationi incumbunt, luxuriæ ſe mucrone transfigant: quanta ſibi per eſum loquacitas; quanta mentis levitas inſidietur, adſpiciant: nedum ventri molliter ſerviunt, vitiorum laqueis crudeliter adſtringantur. Audiant Apoſtolum dicentem: *Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc, & has deſtruet,* 1. Cor. 6. 13. Et rurſum: *Non in commeſſationibus* Rom. 13. 14. 1. Cor. 8. 8. *& ebrietatibus.* Et iterum: *Eſca nos non commendat Deo.* Et rurſum: *quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione:* Philip. 3. 19. quia gulam ſequitur luxuria. Gregorius.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT XV.

De remedio gulæ vitii.

QUia primus homò, hoc vitio gulæ cum posteritate sua cecidit, necessarium est, ut per abstinentiam resurgamus: sed in ipsa abstinentia, est aliud quiddam, quod solerti cura pensare debemus.

Gregorius. Quia plerunque dum, plus quàm necesse est, per abstinentiam caro atteritur, humilitas foris ostenditur: sed de hac ipsa humilitate graviter interius superbitur. Ideò admonendi sunt abstinentes, ut solicitè semper aspiciant, ne cum gulæ vitium fugiant, acriora his vitia, quasi ex virtute, generentur. Incassum ergo per abstinentiam corpus conteritur, si inordinatis demissa motibus, mens vitiis dissipatur.

Prosper. Qui autem non solùm à qualitate, sed etiam à quantitate ciborum cupiunt abstinere, nihil aliud studeant, nisi, ut quantum stomacho reficiendo, ac fami eximendæ satis esse videtur, indulgeant: nec expleant suos appetitus aviditate percipiendi, sed comprimant: atque eis non saturitas edendi finem faciat, sed voluntas: qui tàm â cupiditate precioforum ciborum, quàm à nimia perceptione vilium contineant: qui, cibis nec lautioribus volunt carne luxuriosè dissolvi, nec distentione ventris vilibus onerari: quando abstinentes viri, nec delitiosi solent esse, nec avidi. De vino autem abstinendo quid dicam? unde Apostolus certam fixit regulam, dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria:* quasi diceret: luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non naturam: Et ideo, non vos uti vino, sed ne inebriamini, prohibeo. Unde Timotheo præcepit, dicens: *Noli aquam bibere; sed modico vino utere, propter frequentes tuas infirmitates.* Ac per hoc, nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantùm pro corporis salute percipiunt. Unum tamen est intuendum: quod nihil illis proficiat, qui se à cibis temperant, si vitiis serviant. Quia facilius res, quæ possidetur, abjicitur, quàm voluntas.

Gregorius. Admonendi sunt abstinentes, ut noverint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea, quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur. Non enim Deo, sed sibi quisque jejunat, si ea, quæ ventri ad tempus subtrahit, non inopibus tribuit, sed ventri postmodum offerendo custodit. Rursumque admonendi sunt, ut abstinentiam suam, & semper sine imminutione custodiant, & nunquam hanc, apud occultum judicem eximiæ virtutis credant: ne, si fortasse magni esse meriti creditur, cor in elatione sublevetur. Hinc Joël ait: *Sanctificate jejunium.* Jejunium sanctificare est, adjunctis bonis aliis, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere: quia tunc nobis proderit, quod corpora nostra, aut cetera corporum incentiva, rigore districtioris abstinentiæ castigamus, si carnalibus desideriis absoluti, sanctis virtutibus floreamus. Unde, si per delectationem, & desiderium voluptatis à Paradisi gaudiis cecidimus, oportet, ut per jejunium, ac lamenta pœnitentiæ redeamus.

CAPUT XVI.

De vitio Luxuriæ.

Luxuria. Gregorius. LUxuria quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cùm dicit: Curte, in voluptate tua modò non dilatas, cùm quid te sequatur, ignoras? Acceptum tempus in desideriis perdere non debes: quia, quàm citius pertranseat, nescis. Si enim misceri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio, masculum, & feminam non fecisset. Non enim Deus, ut divina testatur auctoritas, ideò masculum & feminam creavit, ut carnali fruerentur desiderio, aut in delectatione carnis viverent, sed procreandorum cum benedictione filiorum, mutuò jungerentur. Et nisi tum transgressio mandatorum fuisset, nulla utique sentiretur delectatio in copula conjugatorum. Luxuria quippe est immunditia corporalis, quæ fieri solet, ex incontinentia libidinis, & mollitie animæ, quæ consentit suæ carni, peccare. Quia tribus modis omne agitur peccatum: suggestione, delectatione, consensu.

Prosper. Qui concupiscentiæ carnis addictus, numquid non videtur nihil habere superbiæ? cùm præsertim passio ipsa eum videatur humiliare luxuriæ. Et tamen, nisi prius Deo rebellis existeret: cujus salubre præceptum de pudicitia conservanda, superbi spiritus præsumptione contemnit, nulla eum lasciva cupiditas provocaret. In animo ejus diu (a) deceptant, Dei contemptus, & metus. Sed aut contemptus Dei præponderat, & superbus animus recepta cupiditate, pudicitiam perdit; Aut obtinet metus, & animus Deo subjectus, cupiditati simul, ac superbiæ contradicit. Plerosque enim gula & abundantia vini, turpiter in luxuriam solvunt: alios, in injuriam pudicitiæ sordidæ cogitationes incendunt. Nonnullos deposita castitate, occasiones oblatæ dejiciunt: quosdam

(a) leg. *disceptant.*

Digitized by Google

quoſdam ſub impudicitiæ jugum exempla perditè viventium mittunt. Sunt alii, quorum vitam vita turpis inflammat, & turpem conſcientiam manifeſtat: qui prius invere- Sæc. IX. cundos ſermones; aut proferunt libenter, aut audiunt: ac deinde paulatim morbo Anno creſcente, ab honeſtate deficiunt. Cogitatio quippe eſt, quæ mentem ſicut turpis 825. inquinat; ita, ſi fuerit honeſta, purificat. Hinc eſt, quod ille corporis fluxus, qui fit in dormientibus, ſine culpa, interdum vigilantibus contingat ex culpa. Aliud eſt, quod in dormiente fit; aliud, quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur. Hîc turpiter concupiſcentia publicatur. Sed hæc concupiſcentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per fœda colloquia ſordidum commoverit appetitum.

CAPUT XVII.

De remedio Luxuriæ.

PAulus Apoſtolus terribiliter admonet, dicens: *Qui habent uxores, tanquam non habentes ſint*, &c.

Uxorem quippe quaſi non habendo habet, qui ſic per illam carnali conſolatione uti- Gregorius. tur, ut tamen nunquam ad prava opera à melioris intentionis rectitudine, ejus amore flectatur. Uxorem quippe quaſi non habendo habet, qui tranſitoria cuncta conſpiciens eſſe, curam carnis ex neceſſitate tolerat: ſed æterna gaudia ſpiritus ex deſiderio exſpectat. Unde iterum dicit: de quibus ſcripſiſtis mihi: *Bonum eſt homini, mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam uxorem habeat: & unaquæque ſuum virum habeat.* Hoc autem dico, ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Culpa quippe eſſe innuitur, quod indulgere perhibetur: ſed quæ tanto citius relaxetur, quanto non poſt hanc illicitum quid agatur, ſed hoc, quod eſt licitum, moderamine non tenetur. Quod benè Loth in ſemetipſo exprimit, qui ardentem Sodomam fugit; ſed tamen Segor veniens, nequaquam mox montana conſcendit. Ardentem quippe Sodomam fugere eſt, illicita carnis incendia declinare. Altitudo verò eſt montium, munditia continentium. In monte ſtare, eſt, carnaliter non adhærere.

At contrà admonendi ſunt, qui ligati conjugiis non ſunt, ut præceptis cœleſtibus eò rectius ſerviant, quò eos ad curas mundi nequaquam jugum copulæ carnalis inclinat.

Admonendi ſunt cœlibes, ne ſine damnatione miſceri ſe feminis vacantibus putent. Cùm enim Paulus fornicationem vitium tot criminibus exſecrandis inſeruit, cujus ſit reatus, indicavit, dicens: *Neque fornicatores, neque idolis ſervientes, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei poſſidebunt.* Et rurſum: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus.* At contra admonendi ſunt peccata carnis ignorantes, ut tanto ſolicitius præcipitem ruinam metuant, quanto altius ſtant. Quibus per Joannem dicitur: *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Hi ſequuntur Agnum, quocunque ierit.* Quapropter cùm cœperit animus ad delectationem carnis inclinare, oportet timorem judicii ad mentem reducere, pœnaſque infernalium, ubi nemo, niſi obnoxii retruduntur, ſolicitè cogitare: quænam pœna injuſtis ſit reddenda æternis ſuppliciis. Unde ſcriptum eſt: *Mitte eos in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium:* ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non exſtinguetur.

Quid excuſationis obtendere poterimus, quid faciamus ſub tanti judicis majeſtate Proſper. in illa die? qua nos defenſionis arte purgabimus? quæ nobis ſubventura eſt pœnitentia, quam in hac carne contempſimus? Hæc multa, & his ſimilia cogitare nihil eſt aliud, quàm vitiis omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrenare.

Sed quia de octo principalibus vitiis, eorumque remediis, prout largitor omnium bonorum dedit, ex ſanctorum Patrum ſententiis ſtilus noſtræ deſcriptionis colligendo perſtrinxit: libellus finem excipiat, ut in ſequenti opere, de virtutibus, unde hîc pauca tetigimus, donante Domino plenius diſputemus.

Explicit Liber primus.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 825.

LIBER II.

Superiori libro rationem vitiorum principalium octo complexus, pro viribus, qua Dominus donare dignabitur, de actuali, & contemplativa vita, nec non, & virtutibus, uti promisi, ex Patrum dictis colligere curavi.

CAPITULA LIBRI SECUNDI.

I. *De vita activa.*
II. *De vita contemplativa*
III. *De Fide.*
IV. *De Spe.*
V. *De Charitate.*
VI. *De Virtute.*
VII. *De Prudentia.*
VIII. *De Justitia.*
X. *De Fortitudine.*
X. *De Temperantia.*

INCIPIT LIBER SECUNDUS FELICITER.

CAPUT I.

De vita activa.

Vita activa.

Prosper.

ACtualis est vita conversatio religiosa, quæ edocet, quomodo præpositi sub se regant viventes, & diligant, hac, non minus de eorum salute, quàm de sua soliciti, quod eis expedire sciunt, paterna cura provideant: & qualiter Præposito suo subjecti, tanquam capiti membra deserviant, ac præcepta ejus, velut imperium Dei, summo amore custodiant. Ipsa namque actualis vita panem esurienti tribuit: Verbo sapientiæ nescientem edocet: errantem corrigit: ad humilitatis viam superbientem proximum revocat: infirmantis curam gerit: quæ singulis quibusque expediant, dispensat: & commissis, qualiter subsistere valeant, solicitè providet. Quæ cùm & in præsenti fiunt, & cum corpore deficiunt, attamen merces hujus vitæ permanet in æternum.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

De vita contemplativa.

Vita contemplativa. Prosper.

COntemplativa vita à contemplando, id est, à videndo, nomen accepit: (*a*) in qua, Creatorem suum creatura intellectualis, ab omni peccato purgata, atque ex omni parte sanata, visura est. Sed etsi diligenter considerare velimus in hoc fragili tabernaculo, ubi quotidiè ingemiscimus, contemplativæ vitæ quodammodo participes fieri possumus, nemo quis dubitet: quia (*b*) Ecclesiarum principes vitæ contemplativæ posse, & debere fieri sectatores: quia sive secundum quorundam opinionem, nihil aliud sit vita contemplativa, quàm rerum latentium, futurarumque notitia: sive vacatio ab omnibus occupationibus mundi: sive divinarum studium litterarum, non videtur quid impedimenti sanctis sacerdotibus possit afferri, quo minus ad virtutes nequeant pervenire: quorum cura est, ab occupationibus mundi aufugere, & divinarum studiis litterarum inhærere. Qui non torpent otio, sed insistunt perfectionis suæ negotio: Verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt: cœlestia sapiunt: terrena despiciunt: obedientes instruunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiant Deo propinquiores, incumbunt. Quæ vita, per fidem, & spem, in præsenti incipit sæculo, sed in futuro permanet cum Domino.

CAPUT III.

Fides.

De Fide.

FIdes verò justitiæ est fundamentum: quam nulla opera bona præcedunt: ex (*c*) qua omnia procedunt. Ipsa, nos à peccatis omnibus purgat; mentes nostras illuminat: Deo reconciliat; cunctis participibus nostræ naturæ consociat: spem nobis futuræ remunerationis inspirat: Auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum professione confirmat (*d*). Ipsa quoque gradus (*e*) ascensionis est, per quam gressus omnis transeuntis vitæ dirigitur: ut errores humanæ vitæ transfugiat, & ad cœlestia securus perveniat: quam sacerdos nosse debet, ut doceat: & populus credere, ut ea, quæ docetur, intelligat: dicente Apostolo: *nisi credideritis, non intelligetis.* Unde datur intelligi, quod non fides ex intellectu, sed ex fide intellectus existat: ac, per hoc, ut benè agat, quis intelligere studeat, & ut intelligat, credat, debet doctor Ecclesiæ prædicare, quod audiat crediturus: quia sine prædicatione nullus erit auditus: scriptum est: *Quomodo audient sine prædicante?* Verbum fidei prædicandum est, ut audiens credat, credens intelligat, & intelligens opus bonum perseveranter exerceat: quoniam *nec opera sine fide, nec sine operibus fides sola justificat.* Et ideo, *si corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Qui autem non crediderit, non habendo fidem, nec justitiam cordis habere poterit, nec salutem. Prosper. Rom. 10. 14.

Est autem fides, ut Apostolus ait, *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consequuti sunt senes. Fide intelligimus apparata esse sæcula Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent. Fide,* (*a*) *plurimam hostiam Abel quàm Cain obtulit. Fide, Enoch translatus est, ne videret mortem. Fide, Abraham obtulit Isaac, cum tentaretur*, & quia sicut idem ait Apostolus, *sine fide impossibile est placere Deo.* Et iterum; *Ex fide igitur justificati pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum: per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Hebr. 11. (*a*) M. S. *plurimum.* Hebr. 11. 6. Rom. 5. 1.

CAPUT IV.

Spes.

De Spe.

SPes dicitur, cum aliquid, quod promittitur, cum non videtur, dicente Apostolo: *spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.* Et ideo ambulemus in spe proficientes de die in diem, & spiritu facta carnis mortificemus. *Novit enim Dominus qui sunt ejus.* Et, *quotquot spiritu Dei aguntur*, Prosper. Rom. 8. 24. Rom. 8. 13. Rom. 8. 14.

(*a*) Ex Prosper. lib. 1. de vita contempl. cap. 1.
(*b*) Hæc ex Prosper. libri cap. 13.
(*c*) Prosp. *ex quo.* Explicat Prosp. lib. 1. de vocat gent. cap. 25. & resp. ad excerpta Genuensium resp. ad priora 3. dubia.
(*d*) *Hucusque ex* Prosper lib. 3. vita contempl. cap. 21.
(*e*) M. S. malè: *accensionis.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. *tur, hi filii sunt Dei, sed gratia, non natura.* Unicus enim natura filius Dei propter nos misericordia factus est hominis filius, ut nos natura filii hominis, filii Dei per illum gratia fieremus. In actuali quippe vita, in qua, & per quam peregrinatur Ecclesia, fides, & spes sunt adipiscendæ cum caritatis laude. Unde Apostolus ait: *Nunc autem manet fides, spes, & caritas; major autem harum est caritas.* Et ideo major; quia non cum mundo transit perituro. Sed hic incipit, & permanet in futuro.

1.Cor.9 10.

CAPUT V.

Caritas.

De Caritate.

Augustinus. JAm porrò caritas, quam duabus istis, id est fide, ac spe majorem dixit Apostolus: quanto in quocunque major est, tanto melior, in quo est. Cum enim quæritur, utrum quisque homo bonus sit: non quæritur quid credat, aut speret: sed quid amet. Nam, qui rectè amat, procul dubio rectè credit, & sperat. Qui verò non amat, inaniter credit, etiamsi sunt vera quæ credit; inaniter sperat, etiamsi ad veram felicitatem doceantur pertinere, quæ sperat: nisi hoc credat, & speret, quod sibi petenti donari possit, ut amet. Per caritatem igitur bona omnia justificantur, quæ creduntur, ac sperantur. (*a*) Quam excellentiorem viam Apostolus nuncupat: *ad quam non pedum via, sed morum, est ascendendum.* Quia caritas est recta voluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus aversa, juncta Deo inseparabiliter, & unita igni quodam Sancti Spiritus, nullo vitio mutabilitatis obnoxia: Supra omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelsa, divinæ contemplationis avida: in omnibus semper invicta: mors criminum: vita virtutum. (*b*) Quam Fides concipit; ad quam spes currit: cui profectus omnium servit: sine qua nullus Deo placuit: cum qua, nec potuit aliquis peccare, nec poterit. Hæc est caritas vera, germana, perfecta, & omninò via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via nullus poterit pervenire quò tendit. Ita sine caritate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. (*c*) Unde Apostolus inquit; *caritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa; non quærit quæ sua sunt.* Et iterum: Omnia suffert: omnia sperat, omnia sustinet: eos autem, in quibus fuerit, omnibus his bonis, quæ habet, impertit. Et, quid illis esse potest in hac vita perfectius, qui tantis abundat, caritate in se regnante, virtutibus? (*d*) Quapropter caritas hîc quidem in præsenti necessaria est, quæ nos separat à diabolo, purificat à peccato, reconciliat Deo. Sed in futuro perfecta erit, cùm perfectos, Deo, à quo est donata, conjunxerit.

1. Cor. 11. 31.

Prosper.

1. Cor. 13.

CAPUT VI.

Virtus.

De Virtute.

POrrò antequam de (*e*) principalium virtutibus quatuor dicatur aliquid: primò indagatione veritatis scire oportet, quid sit, aut quare virtus dicatur, quæ in tanto nominis præcellit honore, ut nulla, quamvis videantur recta, sine virtute, Deo fiant acceptabilia.

Prosper. (*f*) Virtus namque omnis sancta res est, divina, incorporea prorsus, atque mundissima: quam mentes inquinatæ non inquinant, sed ipsa inquinatos emaculat: cujus participatione (*g*) firmantur infirma, suscitantur mortua, sanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur (*h*) adversa. Hanc non habet, nisi Deus, & is, cui dederit Deus. Quæ, in animo habitat, sed animam, corpusque sanctificat. Ad quam, nullus accedit invitus: quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. De qua rursum aliàs dicitur. (*i*) Virtus quoque animi, habitus est naturæ, decusque vitæ, ratio morum, pietatis cultus, divinitatis honor, & æternæ beatitudinis meritum. Cujus partes sunt, ut diximus, principales quatuor, Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia.

(*a*) Prosp. lib. 3. in fine cap. 13. & init. 14. vit. contempl.
(*b*) Ex Prosperi. lib. 3. vit. contempl. cap. 13.
(*c*) *Hucusque ex* Prosper. cap. 13. ibid.
(*d*) *Hucusque ex* Prosper cap. 14. ibid.
(*e*) Fortè *principalibus*, id est, *cardinalibus.*
(*f*) Ex Prosper. lib. 3. vit. contempl. cap. 16.
(*g*) Prosper *formantur informia.*
(*h*) Prosper *aversa.*
(*i*) *Hucusque ex* Prosper. cap. 16. ibid.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

Sæc. IX. Anno 825.

De Prudentia.

Prudentia.

PRudentia eſt rerum divinarum, humanarumque, prout homini datum eſt, ſcientia. In qua intelligendum eſt, quid carendum ſit, quidque faciendum. Unde Pſalmiſta loquitur: *Diverte à malo, & fac bonum.* Quia, nulla melior ſapientia, quàm ipſa, qua Deus, ſecundum humanæ mentis modulum intelligitur, & timetur, atque ejus futurum creditur judicium: ubi bona boni, mala verò mali pro meritorum qualitate recipiunt. *Pſal.* 33. 15.

Prudentiam igitur, & ſapientiam plerique in indagatione veri, & inventione conſtituunt. Propterea quod nec ſapiens dici rectè poſſit, cui deeſt prudentia: nec prudens, cui deeſt ſapientia. Quapropter ſi nihil aliud prudentiæ, ac ſapientiæ munus accipitur, niſi inquiſitio, & comprehenſio veritatis: qui veritatem prudenter quærere, & ſapienter invenire potuerit, is prudens, is ſapiens jure vocabitur. Et quidquid de prudentia fuerit diſputatum, id totum de ſapientia poſſit intelligi. Ex Proſp. ib. cap. 29.

Qui ergò prudentiæ participatione prudentes effecti. Deo ſuo non pedibus, ſed ſanctis moribus appropinquant, ex ea parte, qua ſunt Dei dono prudentes, nec ſuo perire poſſunt, nec alieno peccato. Ex eo autem, quod necdum ita eſt eorum perfecta prudentia, ſicut erit in illa vita, ubi perfectè viventibus ullus error omnino obrepere non poterit. Etiam prudentes aliquoties peccatis fallentibus adquieſcunt, non voluntate depravati, ſed humano errore; ut homines lapſi: nec adhuc tota prudentiæ, ac ſapientiæ perfectione perfecti, ſicut ibi erunt, ubi nec ignorare aliquid, nec peccare jam poſſunt. Tales Dominus in Evangelio fieri præcepit dicens: *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices, ſicut columbæ:* quia nec ſimplices circumvenire aliquos poſſunt: nec prudentes ſe circumveniri permittunt, Quandoquidem hæc virtus multum à vitio ſecularis, ac mundialis prudentiæ diſtat: quod illud, corrumpit ſana: hæc verò ſanat (*a*) vitia, acceſſione corrupta: ac ſic omnibus, quibus poteſt, prodeſſe feſtinat veraciter prudens: ut ejus meritis omnium, qui per eum Domino adquiruntur, fructus accreſcat: (*b*) ſed quoniam ordo diſputationis depoſcit, ut etiam de prudentia, quæ principalis eſt virtus, primo poneretur in loco, reſtat quoque, quid ſit Juſtitia, aperire. *Matth.* 10.

CAPUT VIII.

De Juſtitia.

Juſtitia.

JUſtitia eſt animi nobilitas, unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac, divinitatis cultus, & humanitatis jura, & juſta judicia, & æquitas totius vitæ conſervatur. Quid enim juſtius, quam Deum deligere, ejuſque mandata cuſtodire? per quem, dum non fueramus, creati ſumus: dum perditi fuimus, recreati ſumus, & à ſervitute diabolica liberati: Qui nobis omnia bona, quæ habemus, conceſſit.

Ipſa quippe juſtè, ac rationabiliter dicitur juſtitia, qua fiunt juſti, qui eam fuerint operati. (*c*) Ex qua manat æquitas, quæ nos facit, ut omnium neceſſitates hominum, noſtras eſſe dicamus. Nec nobis tantum, ſed etiam generi humano nos natos eſſe credamus. Proſper.

(*d*) Quapropter ſi in hac vita juſtitiam conamur implere, cujus juſtitiæ opus proprium, ſua cuique tribuere, Deo nos, à quo ſumus facti, reddamus, nec dominari nobis ea, quibus ſumus naturaliter præpoſiti, permittamus. Dominetur vitiis ratio: ſubjiciatur corpus animo; animus Deo: & impleta eſt hominis juſtitia, totaque perfectio. (*e*)

De juſtitiæ adhuc fonte procedunt, liberalitas, beneficientia, caritas, & cetera hujusmodi, quibus multipliciter juvari homines poſſunt. Liberalitas eſt, quæ etiam in eos, qui nihil indigere videntur, exuberat. In qua liberalitate rei familiaris ponitur amplitudo. Beneficentiæ multæ ſunt opera, quibus neceſſitati laborantium miſericorditer ſubvenitur: & de terreno cenſu regni cœleſtis hæreditas comparatur. (*f*)

CAPUT IX.

De Fortitudine.

Fortitudo.

FOrtitudo eſt magna animi patientia, & longanimitas, & perſeverantia in bonis operibus, & victoria contra omnium vitiorum genera. Proſper.

Animi igitur fortitudo ea debet intelligi, quæ non ſolum diverſis pulſata moleſtiis incon-

(*a*) Proſper: ſanat vitii acceſſione corrupta.
(*b*) *Hucuſque ex* Proſp. cap. 29.
(*c*) Ex Proſper. lib. 3. vita contemplativa. cap. 22.
(*d*) *Hucuſque ex* Proſper. cap. 22.
(*e*) *Hucuſque ex* Proſper. ibid. cap. 26.
(*f*) *Hucuſque ex* Proſper. ibid. cap. 24.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. inconcuſſa permaneat, ſed etiam nullis voluptatum illecebris reſoluta ſuccumbat: alioquin ſi impetus quidem malorum ſequentium frangat, ſi calamitatibus quibuſlibet impactis obſiſtat: ſi inter injuriam ſæva, inter procellas angentium preſſurarum, inter inimicitias, & damna præſentia, atque multimodas perſequutiones, infatigata perſiſtat. Eos autem, quos ad tolerantiam paſſionum fortes Dei caritas reddit: nulla delectatio carnis, nulla voluptas malè blanda corrumpit: quia animi fortitudo ab illo eſt nobis, cui cum Propheta cantamus: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem:* Fortitudo noſtra eſt, quia ita nos contra omnia vitia invicta protectione corroborat, ut animum noſtrum nec blanda diſſolvant, nec adverſa dejiciant; & tunc laus noſtra Dominus fit: ſi non nos de muneribus Dei, ſed divina in nobis cupiamus munera prædicari. Et utique animi fortitudo tam deſperandi ignaviam debet excutere, quam jactantiæ contraire. (*a*) Et quid hac fortitudine melius eſt, quàm diabolum vincere, omneſque ejus ſuggeſtiones ſuperare, & adverſa mundi pro Dei nomine fortiter tolerare?

Eſai. 12.

CAPUT X.

De Temperantia.

Temperantia.

TEmperantia eſt totius vitæ modus, ne quid nimis homo vel amet, vel odio habeat, ſed omnis vitæ hujus varietates conſiderata temperet diligentia. Unde quidam Philoſophorum ait, apprimè in vita eſſe utile, ut ne quid nimis.

Proſper. Temperantia igitur temperantem facit, abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. Hæc virtus ſi in animo habitat, libidines frenat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſa, ordinat: ordinata corroborat, cogitationes pravas removet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis exſtinguit: omnemque intemperantiam noſtram ad honeſtum modum redigit in cibo ipſo, & potu, ut contenti ſimus appoſitis.

Temperantiæ eſt, quod reverentiam ſenioribus exhibemus, æquales germanitus honoramus: junioribus gratiam paternæ dilectionis impendimus.

(*b*) Itaque (*c*) difficile quidem eſt nomina virtutum, quæ ex iſtis quatuor principalibus oriuntur, oſtendere. Veruntamen hoc noſſe, & tenere debemus: quod iſtæ virtutes quatuor, vel omnes, quæ ex illis exiſtant, dona ſunt Dei. Et quod nullus eas habet, aut habuit, vel habebit, niſi cui Deus, qui eſt virtutum omnium proprietas & origo, contulerit.

(*d*) Principales ergò quatuor eſſe virtutes, non ſolum Philoſophi ſentiunt, ſed etiam noſtri conſentiunt: quia, quaternarium numerum *perfectionis* ſacratum penè nullus ignorat. Siquidem totus orbis, oriente, occidente, aquilone & meridie, quatuor terminari partibus invenitur. Et ipſe Adam, qui eſt humani generis Pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor literis explicatur. Corpus quoque quatuor elementis exſtructum, quaternarii numeri in ſe continet ſacramentum. Ipſius etiam animæ quatuor eſſe affectiones, quibus vel ad bona utimur, vel ad mala. *Quatuor etiam flumina, quæ de Paradiſi fonte procedunt*, vel quatuor Evangelia. Et ideo virtutes iſtæ, quæ tantum continent perfectionis in numero, ſolicitè conſiderare debemus, quantam ſanctitatem conferant animo Chriſtiano: & quàm nihil perfectionis (*a*) unquam fit, quod in iſtis virtutibus non fit. Nam ſi prudentia prudentem, Juſtitia juſtum, temperantia temperantem facit: eò quod prudenter, & juſtè, & fortiter, ac temperanter agit, nihil eſt, quod poſſit eſſe perfectius. (*b*) Quapropter ſicut ex elementorum numero quaternarii compago mundi, nec non & corpora humana perficiuntur, quibus inſunt venæ, nervique, ac cætera (*c*) corporis utilia. Ita principalium numero virtutum omnia quæcunque rectè vivendi ſunt inſtituta, nemo quis dubitet eſſe connexa.

Gen. 2.

(*a*) Proſp. *uſquam ſit.*

(*b*) *Hucuſque ex* Proſp. c. 18.

(*c*) Fortè *corpori.*

Hæ ſunt enim à ſacratiſſimis viris virtutes expoſitæ, quas ſacerdotes Domini, qui jura tenent Eccleſiæ, nec non ligandi, atque ſolvendi habentes poteſtatem, intentè debent intelligere, ac frequentius prædicare, ut populus careat vitiis, & opitulante ſuperno adjutorio conetur pro viribus quiſque inhærere virtutibus. Satis, ut opinor, ex tribus gradibus, cœleſtium ſcilicet, Fide, & Spe, & Caritate; nec non & virtutibus quatuor, quibus ad culmina virtutum aſcenditur, eſt diſputatum. Nunc jam qualiter unumquodque judicio ſacerdotali purgandum ſit vitium, breviter eſt inſequentis operis libello inſerendum.

Explicit Lib. II. de virtutibus.

CAPITULA

(*a*) *Hucuſque ex* Proſp. ibid. cap. 20.
(*b*) *Hucuſque ex* Proſp. lib. 3. vitæ contemplat: cap. 19.
(*c*) *Sequentia ex* Proſp. cap. 18.
(*d*) *Sequentia ex* Proſp. ibid. cap. 18.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPITULA LIBRI TERTII.

I. *UT pœnitentiæ tempora, juxta qualitatem peccati decernantur.*
II. *Quod nulli sit ultima pœnitentia neganda.*
III. *De his, qui necessitate mortis urgente, pœnitentiam simul, & viaticum petunt: de his, qui obmutescunt, antequam ad eos sacerdos daturus pœnitentiam accedat.*
IV. *De his qui pœnitentiam agere differunt.*
V. *Quod oporteat eum, qui ab illicitis veniam poscit, etiam à multis licitis abstinere.*
VI. *Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.*
VII. *Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam redire non debeant.*
VIII. *De his, qui pœnitentiam minimè servaverunt.*
IX. *De remedio pœnitentiæ; & quod absolutio pœnitentûm per manuum impositionem Episcoporum supplicationibus fiat.*
X. *De his qui communionem tempore mortis exposcunt: aut si desperatus, & consequutus communionem, iterum convaluerit.*
XI. *De pœnitentibus, ut à presbyteris non reconcilientur, nisi præcipiente Episcopo.*
XII. *De eadem re.*
XIII. *De tempore remissionis pœnitentiæ.*
XIV. *De communione privatis, & ita defunctis.*
XV. *De eis, qui pro diversis erratis pœnitudinem ferventius exegerunt.*
XVI. *De Epistola S. Jacobi Apostoli, in qua pro infirmis orare præcipitur, & ungere oleo.*

INCIPIT LIBER TERTIUS FELICITER.

CAPUT I.

Ut pœnitentiæ tempora juxta qualitatem peccati decernantur.

PŒnitentibus secundum differentiam peccatorum Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Ex Concilio Africano.

Item in eodem.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.

CAPUT II.

Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda.

VEra ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potius est æstimanda, quàm tempore: Propheta hoc taliter asserente: cum conversus ingemueris, tunc salvus eris. (a) Cum ergò Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum illi se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari. Ex Epist. Papæ Cœlestini.

CAPUT

(a) Vide notas Antonii Augustini in Rabani Pœnitent.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT III.

De his, qui neceſſitate mortis urgente pœnitentiam ſimul & viaticum petunt; & de his, qui obmuteſcunt, antequam ad eos ſacerdos daturus pœnitentiam accedat.

Ex Epiſt. Papæ Leonis ad Theodorum Epiſcopum.

ITa ergò talium neceſſitati auxiliandum eſt, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur: ſi eam etiam amiſſo vocis officio, per indicia integri ſenſus quærere comprobentur. Quod ſi ita aliqua ægritudine fuerint aggravati, ut quod paulò ante poſcebant, ſub præſentia ſignificare non valeant, teſtimonia eis fidelium circumſtantium prodeſſe debebunt. Simul tamen, & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium conſequantur.

CAPUT IV.

De his, qui pœnitentiam agere differunt.

In decreto Leon. Papæ cap. 21.

DIſſimulatio poteſt non contemptu eſſe remedii, ſed de metu gravius delinquendi. Unde pœnitentia, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur: Ut quo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

CAPUT V.

Quod oporteat eum qui ab illicitis veniam poſcit, etiam à multis licitis abſtinere.

In decretali ejusdem.

ALiud quidem eſt, debita juſta repoſcere: aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam à licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: *Omnia licent, ſed non omnia expediunt.* Unde, ſi pœnitentes habent cauſam, quam negligere forte non debeant, melius expetit quis Eccleſiaſticum, quàm forenſe judicium.

CAPUT VI.

Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.

In eodem. cap. 23.

QUalitas negotiantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt honeſtus quæſtus, & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius eſt diſpendia pati, quàm periculis negotiationis adſtringi. (*a*) Quia difficile eſt inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum.

CAPUT VII.

Quod ad militiam ſæcularem poſt pœnitentiam redire non debeant.

In eodem Concilio cap. 24.

COntrarium eſt omninò Eccleſiaſticis regulis, poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſecularem, cum Apoſtolus dicat: *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus,* Unde non eſt liber à laqueis diaboli, qui ſe in militiam mundanam voluerit implicare.

CAPUT VIII.

De his, qui pœnitentiam minimè ſervaverunt.

In decretali Siricii Papæ. c. 5.

HI verò, qui acta pœnitentia, tanquam canes ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus: quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut ſola intra Eccleſiam fidelibus oratione jungantur ſacræ myſteriorum celebritati, quamvis non mereantur, interſint. A Dominicæ autem menſæ convivio ſegregentur: ut hac ſaltem diſtrictione correpti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent: & aliis exemplum tribuant: quatenus ab obſcenis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubveniri. Quam formam, & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, ſervandam eſſe cenſemus.

CAPUT

(*a*) Hæc verba inſeruntur capitulis Lib. VII. cap. 62. pag. 1040. BASN.

Digitized by Google

CAPUT IX.

SÆC. IX. ANNO 825.

De remedio pœnitentiæ, & quod abſolutio pœnitentium per manuum impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat.

HIs autem, qui in tempore neceſſitatis, & in periculis urgentis inſtantiæ, præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant: nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuram poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venire moras converſio, dicente Dei Spiritu per Prophetam: *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* Et alibi: *Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Item, *quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud Deum redemptio.* In diſpenſandis itaque Dei donis, non debemus eſſe difficiles, nec ſe accuſantium gemitus lacrimasque negligere, cùm ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione contentam, dicente Apoſtolo: *Ne fortè det illis Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.* In decretali Leonis Papæ, ad Theodorum Foro-julienſem Epiſcopum.

CAPUT X.

De his, qui communionem tempore mortis expoſcunt: aut, ſi deſperatus, & conſequutus communionem iterum convaluerit.

DE his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisque ſervabitur: ita, ut ſi quis egreditur corpore, ultimo, & neceſſario viatico minimè privetur. Quod ſi deſperatus, & conſequutus communionem, oblationiſque particeps factus, iterum convaluerit, ſit inter eos, qui communionem orationis tantummodò conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit. Ex Concilio Niceno cap. 13.

CAPUT XI.

De pœnitentibus, ut à presbyteris non reconcilientur, niſi præcipiente Epiſcopo.

UT pœnitentibus ſecundum differentiam peccatorum Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur: & ut presbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſentia Epiſcopi neceſſitate cogente. Cujuscunque autem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam Eccleſiam commoverit, ante abſidam manus ei imponatur. Ex Concilio Carthaginenſi. cap. 10.

CAPUT XII.

De eadem re.

AUrelius Epiſcopus dixit: ſi quiſquam in periculo fuerit conſtitutus: & ſe reconciliari divinis altaribus petierit: ſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utique presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare: quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. In Concilio Carthaginenſi. cap. 7.

CAPUT XIII.

De tempore remiſſionis pœnitentiæ.

DE pœnitentibus autem, qui, ſive ex gravioribus commiſſis, ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterum de pondere æſtimando delictorum ſacerdotis eſt judicare, ut attendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrimas corrigentis, actum jubere dimitti, cum viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis ægritudinem inciderit, atque uſque ad deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de hoc ſeculo abſque communione diſcedat. Ex decretali Papæ Innocentii. cap. 7.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT XIV.

De communione privatis, & ita defunctis.

Ex Epist. Papæ Leonis, c. 20.

HOrum causa judicio reservanda est: in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differatur. Nos autem, quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

CAPUT XV.

De his, qui pro diversis erratis pœnitudinem ferventius exegerunt:

Ex Concilio Laodicensi. c. 11.

DE his, qui diversis facinoribus peccaverunt, & perseverantes in oratione, confessionis, & pœnitentiæ, conversionem à malis omnibus habuere perfectam pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum propter clementiam, & bonitatem Dei communio concedatur.

CAPUT XVI.

De Epistola S. Jacobi Apostoli, in qua pro infirmis orare præcipitur, & ungere oleo.

Innocentii Papæ. c. 8.

JAcobus Apostolus scripsit: *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum, & suscitabit illum Dominus. Et, si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Quod non est indubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere. Qui sancto oleo perungi possunt, quod ab Episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed omnibus utique Christianis in sua, aut suorum necessitate ungendum. Nam idcirco presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si Episcopus potest, aut dignum ducit à se visitandum, & benedicere, & tangere Chrismate sine cunctatione potest, cujus est ipsum Chrisma conficere. Nam pœnitentibus istud fundi non potest, quia genus est Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi.

Explicit Liber de ordine pœnitentium.

INCIPIT

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

INCIPIT LIBER QUARTUS DE JUDICIO POENITENTIUM LAICORUM.

SAnè quia de livore invidiæ, & de ira & de libidine, nec non de avaritia, ut ſuperius digeſtum eſt, oriuntur homicidia: rectè, ut arbitror, cenſuimus, de ipſo vitio primum qualiter ſacerdotali judicio canonicè penitus ſit corrigendum, oſtendere. Ac deinde ſecundum ordinem vitiorum ita remedium ſubſequatur, quò facilius undecunque pœnitens purgari voluerit, ſine dilatione in ſingulis inveniatur.

CAPITULA LIBRI QUARTI.

I. *De homicidiis ſponte commiſſis.*
II. *De his, qui non ſponte homicidium commiſerunt.*
III. *De his, qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.*
IV. *De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant.*
V. *Si Domina per zelum ancillam occiderit.*
VI. *De his, qui ſibi quacunque negligentia mortem inferunt, & de his qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.*
VII. *De his, qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, qui miſcentur pecoribus, aut cum maſculis polluuntur.*
VIII. *De his, qui in pecudes, vel in maſculos, aut olim polluti ſunt, aut hactenus hoc vitio tabeſcunt.*
IX. *De his, qui adulteras habent uxores, vel ſi ipſi adulteri comprobantur.*
X. *De his, qui uxores, atque viros dimittunt, ut ſic maneant.*
XI. *Quod his, qui intercedente repudio, divortium pertulerunt, aliiſque ſe junxerant nuptiis, adulteri eſſe monſtrentur.*
XII. *Qui uxorem habent, & ſimul concubinam.*
XIII. *Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit.*
XIV. *De his, qui duobus fratribus nupſerit, vel qui duas ſorores acceperunt uxores.*
XV. *Quod non liceat alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.*
XVI. *De raptoribus.*
XVII. *De his, qui rapiunt puellas.*
XVIII. *De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.*
XIX. *De virginibus velatis, ſi deviaverint.*
XX. *De virginibus non velatis, ſi deviaverint.*
XXI. *De his, qui proximis ſe copulant, ut à communione Chriſti ſeparentur.*
XXII. *S. Gregorius de inceſtis.*
XXIII. *De multinubis.*
XXIV. *De quæſtionibus conjugiorum.*
XXV. *De his, qui divinationes expetunt.*
XXVI. *Quod non liceat Chriſtianis obſervationes diverſas attendere.*
XXVII. *De auguriis.*
XXVIII. *De perjurio.*
XXIX. *De furto.*
XXX. *De falſis teſtibus.*
XXXI. *De diſcordantibus.*
XXXII. *De his, qui per odium ad pacem non revertuntur.*
XXXIII. *De his, qui Sacramento ſe obligant, ne ad pacem redeant.*
XXXIV. *Quod uſuram laici Chriſtiani exigere non debent.*

 INCIPIT

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 825.

INCIPIT LIBER QUARTUS FELICITER.

CAPUT I.

De homicidiis ſponte commiſſis.

Ex Concil. Ancyrano cap. 21.

QUi voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur.

CAPUT II.

De his, qui non ſponte homicidium commiſerunt.

In eodem Concilio. cap. 21.

DE homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit. Secunda verò quinquennii tempus explere.

CAPUT III.

De his, qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.

DE mulieribus, quæ partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, ut utero conceptus excutiant. Antiqua quidem definitio, uſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus ſecundum præfixos gradus pœnitentiæ largiamur.

CAPUT IV.

De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant.

Ex Concilio Agathenſi cap. 35.

SI quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicationem, vel pœnitentiam biennii, reatum ſanguinis emundabit.

CAPUT V.

Si domina per zelum ancillam ſuam occiderit.

Ex Concilio Eliberitano. c. 5.

SI qua femina furore zeli accenſa, flagellis verberaverit ancillam ſuam, ita ut infra diem tertium animam cruciatu effundat. Et quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit. Si voluntate, poſt ſeptem annos: ſi caſu, per quinquennii tempora, ac legitimè pœnitentia à communione placuit abſtineri. Quod ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAPUT VI.

De his, qui ſibi quacunque negligentia mortem inferunt: & de his, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

Ex Concilio Bracarenſi. c. 6.

PLacuit, ut hi, qui ſibi ipſis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, vel quolibet modo violentè inferunt mortem: nulla illis in oblatione commemoratio fiat: Neque cum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur. Multi etiam ſibi per ignorantiam hoc uſurparunt. Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

CAPUT

Digitized by Google

DE LUXURIA.

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT VII.

De his qui fornicantur irrationabiliter, id est, qui miscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur.

DE his, qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur; quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis extiterit: & ita misericordiam consequantur: Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum ætate, uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis pœnitudinem gerentes in communione suscipiantur orationum. In qua, quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ, communionis gratiam consequantur. Ex Concilio Ancyrano. c. 15.

CAPUT VIII.

De his, qui in pecudes, vel in masculos, aut olim polluti sunt, aut hactenus hoc vitio tabescunt.

EOs, qui irrationabiliter vixerunt, & lepra incesti criminis alios polluerunt, præcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo. Ex Concilio Ancyrano. c. 16.

CAPUT IX.

De his, qui adulteras habent uxores, vel, si ipsi adulteri comprobantur.

SI cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus. Ex Concilio Ancyrano. c. 18.

CAPUT X.

De his, qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut maneant sic.

PLacuit, ut secundum Evangelicam, & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito, alteri conjungatur. Sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. Ex Concilio Africano. c. 69.

CAPUT XI.

Quod his, qui intercedente repudio divortium pertulerunt, aliisque se junxerunt nuptiis, adulteri esse monstrentur.

QUi verò vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri: in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur: secundum quod legimus in Evangelio: qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur. Similiter, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideò omnes à communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur. In decretali Innocent. Papi cap. 26.

CAPUT XII.

Qui uxorem habet, & simul concubinam.

DE eo, qui uxorem habet, si concubinam habuerit, non communicet. Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur. Tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus. Aliàs verò vivens abjiciatur, donec desinat, aut ad pœnitentiam revertatur. Ex Concilio Toletano. cap. 81.

CAPUT

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT XIII.

Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit.

Ex Concilio Bracarenſi. SI cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam irruerit, ſeptem annos pœnitentiam agat.

CAPUT XIV.

De his, quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores, uxores acceperint.

MUlier, ſi duobus fratribus nupſerit, abjiciatur uſque ad mortem. Veruntamen in exitum, propter miſericordiam, ſi promiſerit, quod facta incolumis, hujus conjunctionis vincla diſſolvet, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quod ſi defecerit mulier, aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

CAPUT XV.

Quod non liceat alterius ſponſam ad matrimonii jura ſortiri.

Ex Epiſtola Papæ Siricii ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum cap. 4. DE conjugali autem velatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam, alter in matrimonium poſſit accipere: hoc, ne fiat, modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cujusdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla transgreſſione violetur.

CAPUT XVI.

De raptoribus.

Ex Epiſt. Papæ Symmachi. RAptores igitur viduarum, vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris, deteſtamur, illos vehementius perſequendo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel invitas in matrimonio ſuo ſociare tentaverint: quos pro tàm nefandiſſimi criminis atrocitate ſuſpendi præcipimus,

CAPUT XVII.

De his, qui rapiunt puellas.

Ex Concilio Chalcedonenſi, cap. 27. EOs, qui rapiunt mulieres, ſub nomine ſimul habitandi cooperantes, aut conviventes raptoribus, decrevit ſancta Synodus, ut ſi quidem Clerici ſint, decidant gradu proprio; ſi verò Laici, anathematizentur.

CAPUT XVIII.

De deſponſatis puellis, & ab aliis corruptis.

DEſponſatas puellas, & poſt ab aliis corruptas, placuit erui, & eis reddi, quibus antea fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit.

CAPUT XIX.

De virginibus velatis, ſi deviaverint.

Innocentii Papæ, c. 24. ITem, quæ Chriſto ſpiritaliter nubunt, & à ſacerdote velantur, ſi poſteà vel publicè nupſerint, vel ſe clanculo corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe junxerat, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, ut, quæcunque vivente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera: nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi unus ex eis fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda eſt: quæ antè immortali ſe ſponſo conjunxerat, & poſteà ad humanas nuptias transmigravit.

CAPUT XX.

De virginibus non velatis, ſi deviaverint.

In eodem Concilio cap. 20. HÆ verò, quæ necdum ſacro velaminæ tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, ſi fortè nupſerint. His aliquanto tempore pœnitentia eſt; quia ſponſio ejus à Domino tenebatur.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Sæc. IX. Anno 825.

De his, qui proximis sè copulant, ut à communione Christi separentur.

NAm & hæc salubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo adfinitatis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Quoniam scriptum est; *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Et iterum: *Anima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.* Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem. In Concilio Toletano.

CAPUT XXII.

S. Gregorius de incestis.

SI quis monacham, quam Dei ancillam appellant, in conjugio duxerit, anathema sit.
Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugio, anathema sit.
Si quis fratris uxorem duxerit in conjugio, anathema sit.
Si quis neptem duxerit in conjugio, anathema sit.
Si quis novercam, aut nurum suam duxerit in conjugio, anathema sit.
Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit in conjugio, anathema sit.
Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit.
Si quis virginem, nisi desponsaverit, furatus fuerit in uxorem, vel consentientibus ei, anathema sit.
Si quis ariolis, aruspicibus, vel incantatoribus observaverit, aut phylacteria usus fuerit, anathema sit.

CAPUT XXIII.

De multinubis.

DE his, qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus quidem præfinitum, manifestum est, sed conversatio eorum, & fides, & tempus adbreviat. Ex Concilio Neocæsarienſi. cap. 4.

CAPUT XXIV.

De quæstionibus conjugiorum.

QUi in matrimonio sunt, tribus noctibus ac diebus abstineant se à conjunctione, antequam communicent.
Vir abstineat se ab uxore sua quadraginta diebus ante Pascha in octavas Paschæ. Inde ait Apostolus, *ut vacetis orationi.* Mulier tres menses debet se abstinere à viro suo, quando concepit, ante partum. Et post, tempore purgationis, hoc est, 40. diebus & noctibus, sive masculum, sive feminam genuerit.

DE SACRILEGIO.

CAPUT XXV.

De his, qui divinationes expetunt.

QUi divinationes expetunt, aut more gentilium subsequuntur, aut domos suas hujuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceat secundum gradus pœnitentiæ definitos. Ex Concilio Ancyrano. c. 23.

CAPUT XXVI.

Quod non licet Christianis observationes diversas attendere.

NOn liceat Christianis traditiones gentilium observare, vel colere elementa, aut Lunæ, aut stellarum cursum, aut inanem signorum fallaciam pro domo faciendа, vel ob segetes, vel arbores plantandas, vel conjugia socianda. Scriptum est enim: *Omnia quæcunque facitis, in verbo, aut opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo.* Ex Concilio Bracarenſi.

In eodem.

Non liceat in collectione herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, vel incantationes attendere: nisi tantùm, cum Symbolo Divino, & Oratione Dominica, ut Deus, & Dominus honoretur.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Item.

Non liceat mulieres Christianas vanitatem in suis lanificiis observare: sed Dominum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

IN EODEM.

CAPUT XXVII.

De Auguriis.

AUguriis, vel incantationibus servientem à conventu Ecclesiæ separandum.

CAPUT XXVIII.

De Perjuriis.

QUicunque verò sciens perjurium perpetraverit, annos septem se pœnitentiæ subdat: & ita deinceps ad communionem revertatur,

CAPUT XXIX.

De furto.

QUi verò cupiditate captus furtum fecerit, quod abstulit, reddat; & annis quinque pœnitentiam agat.

CAPUT XXX.

De falsis testibus.

FAlsos testes à communione ecclesiastica submovendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

CAPUT XXXI.

De discordantibus.

Ex Concilio Carthaginensi. OBlationes dissidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur.

CAPUT XXXII.

De his, qui per odium ad pacem non vertuntur.

Ex Concilio Agathensi. PLacuit etiam, ut, sicut plerunque fit, ut qui cum odio, aut longinqua inter se lite discesserint, & ad pacem revocari diuturna intentione nequiverint, de Ecclesiæ cœtu justissimè excommunicatione pellantur.

CAPUT XXXIII.

De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

Ex Concilio Ilerdensi. m. s. Oheler-dense. QUi sacramento se obligaverint, ut litigans in quolibet ad pacem nullo modo redeat: pro perjurio unum annum à communione Corporis & Sanguinis Domini segregetur. Reatum suum eleemosynis, & fletibus, quantis potuerit jejuniis absolvat: ad caritatem verò quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

CAPUT XXXIV.

Quod usuram Laici Christiani exigere non debeant.

Ex Epist. Leonis Papæ. NE hoc quoque prætereundum duximus: quosdam lucri turpis cupiditate captos usurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constitutos, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint computandi, decernimus: ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

Hucusque de criminibus laicorum: quemadmodum in canonibus continetur, collectum est. Nunc verò ad judicia clericorum est transeundum.

Explicit Libellus de pœnitentia Laicorum feliciter.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIUNT REGULÆ DE MINISTRIS ECCLESIÆ,

Si deviaverint, canonicè prolatæ.

CAPITULA LIBRI QUINTI.

I. *De Presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt.*
II. *De Diaconibus similiter.*
III. *De his, qui ad Presbyterium promoventur, & ante ordinationem peccatorum sibi conscii sunt.*
IV. *De Canone Apostolorum.*
V. *De diversis ordinibus ab uxoribus abstinendis.*
VI. *Quod Sacerdotes & Levitæ cum mulieribus coire non debeant.*
VII. *De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.*
VIII. *De subintroductis mulieribus.*
IX. *De Clericis usuras accipientibus.*
X. *Ut nullus Presbyter, & Diaconus conductor existat, & ut Cleri abstineant se ab usuris.*
XI. *Ut Clerici, vel Continentes, ad Virgines, & viduas ne accedant.*
XII. *De Clericis, vel Monachis non manentibus in suo proposito.*
XIII. *De Monachis & Virginibus propositum non servantibus.*
XIV. *Ut ad sacrarium mulieres non introeant.*
XV. *De eadem re.*
XVI. *Quod nulli Sacerdoti canones liceat ignorare.*
XVII. *De pollutionibus interrogatio Augustini, & responsio Gregorii.*
XVIII. *Quod nihil prosit Sacerdoti, etiam si benè vivat, si malè viventibus tacendo non contradicit.*
XIX. *Luctuosa descriptio carnaliter viventium Sacerdotum.*

INCIPIT LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

De Presbyteris, qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt.

PResbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Ex Concil. Cæsar.

CAPUT II.

De Diaconibus similiter.

SImili modo etiam Diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur. In eodem Concilio.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

CAPUT III.

De his, qui ad Presbyterium promoventur, & ante ordinationem, peccatorum sibi sunt conscii.

In eodem Concilio. PResbyter, si occupatus corporali peccato, & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis, propter studium bonum. Quod si de se non fuerit ipse confessus, & argui manifestè nequiverit, potestati sui judicis relinquatur.

CAPUT IV.

De Canone Apostolorum.

PResbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto, aut homicidio captus est, deponatur. Non tamen communione privetur: Dicit enim Scriptura: *Non judicabit Dominus bis in id ipsum.*

CAPUT V.

De diversis ordinibus ab uxoribus abstinendis.

Ex Concil. Carthaginensi c. 4. SAcerdotes Dei, & Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant pudicitiæ custodes ab uxoribus se abstineant.

CAPUT VI.

Quod Sacerdotes & Levitæ cum mulieribus coire non debeant.

In decretali Pap. Innocen. cap. 16. PRæterea, quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, ut Sacerdotes, & Levitæ cum mulieribus non coëant: qui ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.*

CAPUT VII.

De incontinentia Sacerdotum, vel Levitarum.

Innocentii Papæ c. 21. DE Presbyteris, & Diaconibus divinarum legum est disciplina, ut incontinentes in officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico privarentur: nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.

CAPUT VIII.

De subintroductis mulieribus.

Ex Concilio Nicæno cap. 3. INtercedit per omnia magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, non alicui omninò, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem.

CAPUT IX.

De Clericis usuras accipientibus.

In eodem Concilio. cap. 16. QUoniam multi sub regula constituti, avaritiam, & turpia lucra sectantur: oblitique divinæ Scripturæ dicentis; *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram:* mutuum dantes, centesimos exigunt: justè censuit sancta, & magna Synodus: ut, si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut ex inventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens: aut hemiolia, id est, sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans, turpis lucri gratia, dejiciatur à clero, & alienus existat à regula.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT X.

SÆC. IX. ANNO 825.

Ut nullus Presbyter & Diaconus conductor existat, & Clerici abstineant se ab usuris.

PResbyteri & Diaconi non sint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio, & inhonesto, victum quærant: quia respicere debent, scriptum esse: *Nullus militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Si quis commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat: si speciem, eandem speciem, quam dederat, accipiat. Ex Concilio Carthaginensi cap. 26.

CAPUT XI.

Ut Clerici, vel continentes, ad virgines, vel viduas non accedant.

CLerici, vel continentes, ad virgines vel viduas non accedant, nisi ex jussu, vel permissu Episcoporum, non accedant. Ex Concil. Africano. cap. 5.

CAPUT XII.

De Clericis vel Monachis non manentibus in suo proposito.

QUi semel in Clero deputati sunt, aut Monachorum vitam expetiverunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitùs elegerunt, anathematizantur. Ex Concil. Chalcedonensi. c. 7.

C. APUT XIII.

De Monachis vel Virginibus propositum non servantibus.

VIrginem, quæ sese Domino consecravit, similiter & Monachum, non licere nuptialia jura contrahere: quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus, misericordiam humanitatemque largiri. In Concil. Chalcedonensi. c. 15.

CAPUT XIV.

Ut ad sacrarium mulieres non introeant.

QUod non oporteat mulieres ingredi ad altare. Ex Concil. Laodicensi cap. 44.

CAPUT XV.

Quod nefas sit feminas sacris altaribus ministrare, vel aliquid ex his, quæ virorum sunt officiis deputata.

NIhilominus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subesse despectum, ut fœminæ sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque non nisi virorum famulatui deputata sexum, cui non competit, exhibere: nisi quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxiorum reatus omnis & crimen eos respicit Sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minimè publicando, pravis excessibus se favere significant. Ex Epist. Papæ Gelasii c. 26.

CAPUT XVI.

Quod nulli Sacerdoti Canones liceat ignorare.

NUlli Sacerdotum suos liceat Canones ignorare, nec quidquam facere quod Patrum possit regulis obviare. Cælestini Papæ c. 20.

CAPUT XVII.

De pollutionibus interrogatio Augustini, & responsio Gregorii:

SI post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel Corpus Domini quislibet accipere valeat, vel, si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare. Interrogatio Augustini.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Reſponſio Gregorii.

ET quidem hunc (*a*) Teſtamentum Veteris Legis, ſicut in ſuperiori capitulo jam diximus, pollutum dicit, niſi lotum aqua. Ei uſque ad veſperum intrare Eccleſiam non conceditur: quod tamen aliter populus ſpiritalis intelligens, ſub eodem intellectu accipiet, quo præfati ſumus: quia, quaſi per ſomnium illuditur, qui tentatus immunditia, veris imaginibus in cogitatione inquinatur: ſed lavandus eſt aqua, ut culpas cogitationis lacrimis abluat. Et niſi prius ignis tentationis receſſerit, reum ſe quaſi uſque ad veſperum cognoſcat. Sed eſt in eàdem illuſione neceſſaria valdè diſcretio, quæ ſubtiliter penſari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula: aliquando ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate: aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem ſi ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate evenerit, omninò hæc illuſio non eſt timenda: quia hanc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cùm verò ultra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur; habet exinde animus aliquem reatum, non tamen uſque ad prohibitionem percipiendi ſacri myſterii, vel miſſarum ſolemnia celebrandi, cùm fortaſsè aut feſtus dies exigit, aut exhiberi myſterium pro eo, quod Sacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi adſunt alii, qui implere (*a*) miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta, à perceptione ſacri myſterii prohibere non debet, ſed ab immolatione ſacri myſterii abſtinere, ut arbitror, humiliter debet, ſi tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concuſſerit. Nam ſunt, quibus ita plerunque illuſio naſcitur, ut eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus, turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re unum ibi oſtenditur, quod ipſa mens rea non tunc ſit, (*b*) ſed ſuo judicio libera, cùm ſe ex dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidiſſe. Sin verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo reatus ſuus. Videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit: quia quod cogitavit ſciens, hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio utrum in ſuggeſtione, an in delectatione, vel quod majus, in peccati conſenſu ceciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Suggeſtio quippe fit per diabolum. Delectatio, per carnem. Conſenſus, per ſpiritum: quia & primam culpam ſerpens ſuggeſſit. Eva, velut caro delectata eſt. Adam verò velut ſpiritus conſenſit. Et neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem, atque delectationem: inter delectationem, atque conſenſum, judicem ſui præſidere animum. Cùm enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum omnimodo perpetratum non eſt. Cùm verò delectari caro cœperit, tunc peccatum incipit naſci. Si autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici.

(*a*) vulg. edit. *myſterium.*

(*b*) M. s. *vel.*

In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt; in delectione, fit nutrimentum; in conſenſu perfectio. Et ſæpè contingit, ut hoc, quod malignus ſpiritus ſeminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen anima eidem delectationi conſentiat. Et cùm caro delectari ſine animo nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, ne conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe vehementer ingemiſcat. Unde & ille cœleſtis exercitus præcipuus miles gemebat, dicens: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Si autem captivus erat, (*b*) minimè pugnabat: ſed & pugnabat. Quapropter & captivus erat, & pugnabat: Igitur legi mentis, lex, quæ in membris eſt, repugnabat: ſi autem pugnabat, capivus non erat. Ecce itaque eſt homo, captivus liber. Liber ex juſtitia, quam diligit: captivus ex delectatione, quam portat invitus. Amen.

Rom. 8.

CAPUT XVIII.

Quod nihil proſit Sacerdoti, etiamſi benè vivat, ſi malè viventem tacendo non corrigit.

QUod verò dicit Apoſtolus, *ut nos formam debeamus exhibere fidelibus*, quid valebit, *ſi is, cui vel hortandi bonos, vel caſtigandi malos cura commiſſa eſt, benè vivendo ſe imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo non corrigat?* Ad hoc enim, niſi me

Proſper. 1. Pet. 5. Eſt cap. 20. lib. 1. de vita contemplat. Proſperi.

(*a*) *Exſtant lib.* 12. *Regiſtri epiſt.* 31. *interrogatione* 11. *tom.* 4. *S. Gregor. Mag. edit. Rom. cum quibus hæc conferri, & quædam in vulg. edit. corrigi poſſunt.* CANIS.

(*b*) *Vulg. minimè pugnabat, quapropter & captivus erat, & captivus non erat, ſed pugnabat.* CANIS.

Digitized by Google

me fallit opinio, sanctè vivendum est Sacerdoti, nam dicta sua repugnantibus factis evacuet: si quod prædicat fieri debere, non faciat: aut si quod non facit, prædicare præsumpserit, nihil apud eos, qui ejus vitam novere, proficiat. Quia ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus, ut non solùm benè vivendo alios exemplo suæ conversationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, singulis ante oculos peccata sua constituat: quæ pœna maneat duros; quæ gloria obedientes, ostendat. Nullius salutem desperando contemnat: animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum, qui ait: *Ut lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* Et iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Quapropter sciens, quod si quibuslibet divitibus, ac potentibus malè viventibus parcat, aut foveat eos, perdat simul, & pereat. Et sanctè debet vivere propter exemplum: & docere, propter suæ administrationis officium: certus, quod ei nihil sua justitia suffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur: quando quicunque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus pœnas sui sceleris dabit. Illi autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere aut erubescat, aut metuat: cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem Prophetam, sub cujusdam terroris denuntiatione loquitur, dicens ad eum: *Et tu, filii hominis, speculatorem dedi te domui Israel.* Nec hoc transeunter debemus audire, quod Sacerdotem speculatorem appellat. Ut, sicut speculatoris est de loco editiori prospicere, & plus omnibus contemplari. Ita Sacerdos debet esse propositus sublimitate celsior cunctis, ac majoris scientiæ habere gratiam, qua possit sub se viventes instruere. Videamus jam, quid divinus sermo continuet. *Audies*, inquit, *ex ore meo sermonem, & annuntiabis eis ex me:* ut hoc dicat Sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inspiraverit; non, quod præsumptione humani sensus invenerit. Annuntiabis eis, inquit, ex me: ex me, non ex te. Mea verba loqueris: non est, quod ex eis, tanquam Deus infleris. Ex me, inquit, eis annuntia. Sed jam quid annuntiet, audiamus. Si me dicente ad impium, Impie morieris! non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem verò ejus de manu tua requiram. Quid potuit expressius? quid apertius potest dici? Si impio, inquit, loquutus non fueris, ut se ab impietate custodiat, & ille perierit, sanguinem ejus de manu tua requiram. Hoc est dicere: Si ei peccata sua non annuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur, & vivat; & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccavit, flammis perennibus perdam. Quis rogo tàm saxei pectoris? quis tàm ferreus erit, quem sententia ista conterreat? quis tàm alienus à fide, qui sententiæ isti non credat? (a)

IX. ANNO 825.

2. Cor. 11.

2. Cor. 11.

Ezec. 3. 17.

(b) Hucusque ex Prosp. c. 21. lib. 1. ibid.

CAPUT XIX.

Luctuosa descriptio carnaliter viventium Sacerdotum.

SEd nos præsentibus delectati, dum in hac vita commoda nostra, & honores inquirimus, non ut meliores, sed ut ditiores; non ut sanctiores, sed ut honoratiores simus cæteris festinamus. Nec gregem Domini, qui nobis pascendus, tuenduque commissus est; sed nostras voluntates, dominationem, divitias, & cætera blandimenta carnaliter cogitamus. Pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus. Officii nostri vitamus laborem: appetimus dignitatem; immundorum spirituum feras à grege dilacerando non pellimus; & quod eis remanserat, ipsi consumimus, quando peccantes, divites; vel potentes non solùm non arguimus, sed etiam veneramur: nc nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut obsequia desiderata subducant; ac sic muneribus eorum, & obsequiis capti, imò per hæc illis addicti; loqui eis de peccato suo, aut de futuro judicio formidamus: & ideò minaciter superbiam nostram divinus sermo contundit: ed noster auditus nihil, unde proficiamus, admittit: quia præsentis vitæ capti dulcedine, quæ pœna negligentiam nostram maneat in æternum, nolumus cogitare. In Pastores ergò, ista dicuntur; de quorum nobis inani appellatione blandimur. *Hæc dicit Dominus Deus; Væ Pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos*, Nonne greges pascuntur à Pastoribus? lac comedebatus, & lanis operiebamini: quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non solidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod fractum, non alligastis; & quod abjectum, non reduxistis: quod perierat, non reduxistis, non quæsistis, sed cum auctoritate imperabatis eis, & cum potentia: & dispersæ sunt oves meæ: eò quod non esset pastor. Et factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri. Et paulò pòst: Propterea Pastores, audite verbum Domini. *Vivo ego dicit Dominus Deus.*

Ezech. 34.

Pro

SÆC. IX. ANNO 825.

Pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eò quod non esset Pastor. Neque enim quæsierunt Pastores gregem meum: sed pascebant Pastores semetipsos: & gregem meum non pascebant. Propterea Pastores audite verbum Domini. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super Pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultrà non pascant gregem: nec pascant amplius Pastores semetipsos.* Quis ad hæc non intremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futuræ examinationis accipiat? nisi qui, aut non intelligit, aut futura non credit: sed omnia, quæ Deus observare voluit, tàm apertè posuit, & ita sui nominis auctoritate firmavit, ut ea facilius, quod dictu quoque nefas est, contemnamus, quàm non intelligere, vel non credere. Jam aperta, & divina fingamus, quando audimus, *Hæc dicit Dominus.* Quis futurum esse non credat, quod dicit Deus, nisi qui Deo non credit? quod autem dicit: *Væ Pastoribus*, illud, *væ*, pro maledicto poni, & *Pastorum* nomine, nos significare, quis non intelligat, nisi qui futurum non cogitat? Greges Domini pascendos Pastores facti suscipimus, & nos ipsi pascimur: quando non gregum utilitati prospicimus, sed quid foveat, & augeat nostras voluptates attendimus. Lac, & lanas ovium Christi oblationibus quotidianis, ac decimis fidelium gaudentes accipimus, & curam pascendorum gregum, ac reficiendorum, à quibus perverso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanamus spiritali consilio peccatis infirmum. Non sacerdotali ope consolidamus, aut reficimus, diversis tribulationibus fractum. Non ad viam salutis revocamus erroneum. Non requirimus solicitudine pastorali veniæ desperatione jam perditum. Ad hoc tantùm potentes effecti, ut nobis in subjectos dominationem tyrannicam vindicemus, non ut afflictos contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more sæviunt, defendamus. Inde est, quod tam à potentibus hujus mundi, quàm à nobis, quod pejus est, nonnulli graviter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisiturum terribiliter comminatur dicens: Requiram oves meas de manu pastorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant: quod, quid est aliud, quàm pastores, qui semetipsos, non greges meos pascunt, sublimitate suæ dignitatis exspoliam, & inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, projiciam? Horum, & his similium consideratione perterritus, timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixi: *quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo, & requiescam.* Et hoc est totum, quod imperitiæ meæ, ac futuri finis recordatus ingemui, & volui sarcina Episcopatus mei deposita elongare fugiens, & manere in solitudine, & ibi expectare Deum, qui salvum me faceret, & à pusillanimitate mea, & ab ipsa intolerabilium mihi solicitudinum tempestate.

Psal. 54.

Hucusque ex Prosp.

Explicit Liber quintus feliciter.

INCIPIT

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

INCIPIT LIBER POENITENTIALIS EX SCRINIO ROMANÆ ECCLESIÆ ASSUMPTUS.

Quomodo pœnitentes ſint ſuſcipiendi, judicandi, ſive reconciliandi.

QUotieſcunque Chriſtiani ad pœnitentiam (*a*) accedunt, jejunia damus: & nos communicare cum eis debemus jejunio, unam, aut duas ſeptimanas: aut quantum poſſumus: ut non dicatur nobis, quod Sacerdotibus Judæorum dictum eſt à Domino Salvatore noſtro: *Væ vobis legiſperitis, qui aggravatis homines, & imponitis ſuper humeros eorum onera gravia, & importabilia; ipſi autem uno digito veſtro non tangitis ſarcinas ipſas.* Nemo enim poteſt ſublevare cadentem ſub pondere, niſi inclinaverit ſe, ut porrigat ei manum. Neque ullus medicorum vulnera infirmantium poteſt curare: niſi fœtoribus particeps fuerit. Ita quoque nullus Sacerdotum, vel Pontifex, peccatorum vulnera poteſt curare, aut animabus peccata auferre, niſi præſtante ſolicitudine, & oratione lacrymarum. Neceſſe eſt ergo nobis, frater chariſſime, ſolicitos eſſe, pro peccantibus: quia ſumus alterutrum membra. Et, ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Ideoque & nos, ſi viderimus aliquem in peccatis jacentem, feſtinemus eum ad pœnitentiam, per noſtram doctrinam, vocare. Et quotieſcunque dederis conſilium peccanti, da illi pœnitentiam ſtatim: quantum debeat jejunare, & redimere peccata ſua: ne fortè obliviſcaris, quantum eum oporteat pro ſuis peccatis jejunare: ita, quod neceſſe ſit, iterum ut exquiras ab eo peccata. Ille autem forſitan erubeſcet, iterum pecca ſua confiteri, & iterum amplius judicari. Non enim (*b*) omnes Clerici hanc ſcripturam uſurpare, aut legere debent, qui inveniunt eam: niſi ſoli illi, quibus neceſſe eſt, id eſt, Presbyteri. Sicut enim ſacrificium offerre non debent, niſi Epiſcopi, & Presbyteri, quibus claves regni cœleſtis traditæ ſunt: ſic nec judicia iſta alii uſurpare debent.

Jejunandum cum Pœnitentibus.

Qui debeant recipere Pœnitentes.

Si autem neceſſitatas evenerit, & Presbyter non fuerit præſens, Diaconus ſuſcipiat pœnitentem ad (*c*) ſatisfactionem, vel ſanctam communionem: ſicut ergo ſuperius diximus: humiliare ſe debent Epiſcopi, ſive Presbyteri, & cum triſtitiæ gemitu, lacrymiſque orare, non ſolùm pro ſuis delictis, ſed etiam pro Chriſtianorum omnium, ut poſſint dicere: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* Cùm ergo venerit aliquis ad ſacerdotem confiteri peccata ſua, mandet ei ſacerdos, ut exſpectet modicum, donec intret in cubiculum ſuum ad orationem: ſi autem non habuerit cubiculum, tamen ſacerdos dicat hanc in corde ſuo orationem.

Confeſſio.

Oremus.

DOmine Deus (*d*) omnipotens, propitius eſto mihi peccatori, ut condigne poſſim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrum feciſti ſacerdotalis officii: & me humilem, exiguumque peccatorem conſtituiſti ad orandum, intercedendumque ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pro peccantibus, & ad

(*a*) Illa leguntur totidem verbis apud Rubertum in Pœnitentiali quod Morinus edidit ad calcem Tract. de Pœnitentia. pag. 13. BASN.

(*b*) Similia videre poſſis in libro de officiis, qui tribuitur Alcuino. BASN.

(*c*) Apud Egbertum hæc deſunt; nec ille loquitur de ſatisfactione vel communione. Negatur autem à multis Diaconum potuiſſe talia conficere. Vide præfationem noſtram. B.

(*d*) Habetur hæc oratio integra in ordine Romano. Bibl. Pat. tom. 10. pag. 27. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. & ad pœnitentiam revertentibus: Ideoque dominator Domine, qui omnes homines vis ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui non vis mortem peccatoris; ſed ut convertatur, & vivat: ſuſcipe orationem meam, quam fundo ante clementiam tuam pro famulis, atque famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt; per Dominum noſtrum

Videns autem ille, qui ad pœnitentiam venit, ſacerdotem triſtem, & lacrymantem, pro ſuis facinoribus; magis ipſe in timore Dei perculſus, amplius triſtatur, & exhorreſcit peccata ſua.

Et unumquemque hominem, accedentem ad pœnitentiam, ſi videris acriter, & aſſiduè ſtare in pœnitentia: ſuſcipe illum. Qui verò poteſt jejunare, quod impoſitum eſt illi, noli prohibere, ſed permitte. Magis enim laudandi ſunt, qui celeriter debitum pondus perſolvere feſtinant: quia jejunium debitum eſt. Et ſic date mandatum illis, qui pœnitentiam agunt: quia ſi jejunaverit, & compleverit, quod illi mandatum eſt à ſacerdote, purificabitur à peccatis. Quod ſi iterum ad priſtinam conſuetudinem vel peccatum reverſus fuerit: ſic eſt, quomodo canis, qui revertitur ad vomitum ſuum. Omnis itaque pœnitens, non hoc ſolùm debet jejunare, quod illi mandatum eſt à Sacerdote: Verum etiam poſtquam compleverit ea, quæ illi juſſa ſunt, debet, quantum ipſi viſum fuerit, jejunare: ſive in quarta feria tradas, ſive paraſceve: ſi egerit ea, quæ illi ſacerdos præceperit, peccata ejus dimittentur: ſi verò poſtea ex ſua voluntate jejunaverit, mercedem ſibi acquirit, & regnum cœlorum. Qui ergo tota ſeptimana jejunat pro peccatis ſuis, Sabbato, & Dominico die manducet, & bibat, quidquid ei appoſitum fuerit. Cuſtodiat tamen ſe à crapula, & ebrietate: quia luxuria, de ebrietate naſcitur. Ideo B. Paulus prohibuit dicens: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*: non, quia in vino eſt luxuria, ſed in ebrietate.

Jejunia redimenda. Si quis fortè non potuerit jejunare, & (a) habuerit, unde dare poſſit ad redimendum: ſi dives fuerit, pro VII. hebdomadibus det ſolidos XX. ſi autem non habuerit tantum, unde dare poſſit, det ſolidos X. ſi autem multum pauper fuerit, det ſolidos III. Neminem verò conturbet: qui juſſimus XX. ſolidos dare, aut minus: quia, ſi dives fuerit, facilius eſt illi dare ſolidos XX. quàm pauperi tres ſolidos. Sed unusquiſque attendat, cui dare debet: ſive pro redemptione captivorum; ſive ſuper ſanctum altare: ſive pauperibus Chriſtianis erogandum. Et hoc ſcitote fratres, ut, dum venerint ad vos ſervi, vel ancillæ, quærentes pœnitentiam, non eos gravetis; neque cogatis tantum jejunare, quantum divites: quia ſervi, & ancillæ non ſunt in ſua poteſtate, ideo medietatem pœnitentiæ illis imponite.

Explicit Prologus.

Incipiunt orationes ad dandam pœnitentiam.

IN primis dicat Sacerdos 37. Pſalmum: *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Poſtea dicat, *Oremus:* & Pſal. 111. *Benedicam*, uſque, *Renovabitur.* Et iterum dicat, *Oremus*, & Pſalm. 50. *Miſerere*, uſque, *omnes iniquitates meas dele.* Poſt hæc Pſalmum: *Deus in nomine tuo.* & dicat: *Oremus:* Deinde Pſalmum: *Quid gloriaris in malitia?* uſque; *Videbunt juſti.* Et, dicat hanc orationem:

Oremus.

DEus, cujus indulgentia nemo non indiget, memento Domine famuli tui, N. & qui lubrici, terrenique corporis in fragilitate nudatur, quæſumus, ut des veniam confitenti, parce ſupplici, ut qui noſtris meritis accuſamur, tua miſeratione ſalvemur. Per Dominum, &c.

Aliter.

DEus, ſub cujus oculis omne cor trepidat, omnes conſcientiæ contremiſcunt, propitiare omnium gemitibus, & omnium medere vulneribus, ut ſicut nemo noſtrum liber eſt à culpa, ita nemo ſit alienus à venia. Per Dominum.

Item Aliter.

DEus infinitæ miſericordiæ veritatiſque immenſæ, propitiare iniquitatibus noſtris, & omnibus animarum noſtrarum medere languoribus, ut miſerationum tuarum remiſſione percepta in tua ſemper benedictione lætemur. Per Dominum.

Aliter.

(a) Habet eadem totidemque verbis Regino in antiqua collectione m. s. lib. 2. cap. 44. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Aliter.

PRecor Domine clementiæ, & misericordiæ tuæ majestatem ut famulo tuo peccata, & facinora confitenti, veniam relaxare digneris: & præteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti; qui publicani preces confessione placatus exaudisti: tu etiam huic famulo tuo placare Domine; tu, ejus precibus benignus adspira: ut, in confessione placabilis permaneat, ejus & petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exoret, sanctisque altaribus, & Sacramentis restitutus, spei rursus æternæ vitæ, & cœlestis gloriæ mancipetur. Per Dominum.

Manus impositio.

DOmine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum filium tuum Dominum nostrum, vulnera nostra curare dignatus es: te suplices rogamus, & petimus nos humiles tui sacerdotes, ut precibus nostris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, remittesque omnia crimina & peccata universa condones desque huic famulo tuo Domine, pro suppliciis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam, ut de tua misericordia confidens pervenire mereatur ad vitam æternam. Per Dominum.

Ex pœnitentiali Romano, qualiter judicandi sint singuli pœnitentes.

In primis de homicidio.

SI quis Clericus homicidium fecerit, X. annos pœniteat. III. ex his in pane; & aqua. Si Laicus: III. annos pœniteat. I. ex his in pane & aqua. Subdiaconus VI. Diaconus VII. Presbyter X. Episcopus XII. Si quis ad homicidium faciendum consenserit: VII. annos. III. in pane & aqua. Si quis Laicus homicidium fecerit voluntarie, VII. annos pœniteat III. in pane & aqua. Si quis infantem oppresserit III. annos pœniteat. Primus ex his in pane & aqua. Et Clericus similiter observet.

De fornicatione; ex eodem Pœnitentiali.

SI quis Clericus fornicaverit, sicut Sodomitæ fecerunt, X annos pœniteat. Tres ex his in pane & aqua. Si quis Clericus adulterium commiserit, id est, cum uxore, vel sponsa alterius, si filium genuerit; VII. [ann.] pœniteat: si verò filium non genuerit, & in notitiam hominum non venerit, si Clericus est, tres annos pœniteat: primum ex his in pane & aqua. Si Diaconus, aut Monachus VII. tres in pane & aqua. Episcopus XII. V. in pane & aqua. Si quis Clericus, vel cujus superior gradus est, qui uxores habent; vel post conversionem, vel honorem iterum eam cognoverit, sciat se adulterium commisisse; idcirco, ut superius statutum est, pœniteat. Si quis fornicaverit cum sanctimoniali, vel Deo dicata, cognoscat se adulterium commisisse: secundum priora statuta unusquisque juxta ordinem suum pœniteat. Si quis per semetipsum fornicaverit, aut cum jumento, aut cum quolibet quadrupede, III. annos pœniteat. Si post gradum, vel votum, VII. annis pœniteat. Si quis Clericus concupiscens mulierem, & non potuit peccare, quia mulier eum non suscipit: dimidium annum pœniteat in pane & aqua, & toto se abstineat à vino, & carne.

Si quis Clericus, postquam se Deo voverit, ad habitum secularem redierit, sicut canis ad vomitum suum, vel uxorem duxerit, X. annis pœniteat III. ex his in pane & aqua, & postea in conjugio non copuletur. Quod si voluerit sancta Synodus, vel Apostolica sedes, separabit eos à communione Catholicorum: similiter & mulier, postquam se Deo voverit, si tale scelus commiserit, pari sententiæ subjacebit. Si quis Laicus fornicaverit, sicut Sodomitæ fecerunt, VII. annis pœniteat. Si quis de alterius uxore filium genuerit, id est adulterium commiserit, ac totum proximi violaverit, III. annos pœniteat. Abstineat se à lautioribus cibis, & à propria uxore: dans insuper precium pudicitiæ marito uxoris violatæ.

Si quis adulterare voluerit, & non potuerit, id est susceptus non est, XL. dies pœniteat. Si quis Virgo Virgini conjunctus fuerit, si voluerint parentes ejus, sit uxor. Tamen unum annum pœniteant, & sint conjugati. Si quis cum jumento fornicaverit, I. annum pœniteat. Si uxorem non habuerit, dimidium annum pœniteat. Si quis Virginem, vel viduam rapuerit, III. annos pœniteat. Si quis sponsam habens, sorori ejus forsitan vitium intulerit, & cohæserit tanquam suæ: hanc autem uxorem duxerit, id est, desponsatam; illa verò, quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit: omnes qui hujus facti consentanei fuerint, X annis in pane, & aqua redigantur, secundum statuta Canonum. Si quis de mulieribus, quæ fornicatæ sunt, interfecerit,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

fecerit, quæ naſcuntur; aut feſtinet abortivos facere, primum conſtitutum, uſque ad exitum communionem vetat. Id eſt quidem verum definitum. [Ut] humanius aliquid conſequantur, conſtituamus eis Decennii tempora, ſecundum gradus, quæ ſunt conſtituta, pœniteant.

De perjurio,

SI quis Clericus perjuraverit, VII. annis pœniteat III. in pane & aqua. Laicus VII. Subdiaconus VI. Diaconus VII. Presbyter X. Epiſcopus XII. Si quis coactus pro qualibet neceſſitate, aut neſciens pejeraverit, tres annos pœniteat. Unum in pane & aqua: & animam pro ſe reddat, id eſt, ſervum, vel ancillam de ſervitute abſolvat, & eleemoſynas multas faciat. Si quis pejeraverit per cupiditatem, totas res ſuas vendat, & donet pauperibus; & tondeatur; & intret monaſterium, & ibi deſerviat uſque ad mortem.

De furto.

SI quis furtum capitale, id eſt, quadrupedem, vel fregerit, aut quodlibet majus precium furaverit, VII. annos pœniteat: Laicus V. Subdiaconus VII. Diaconus VIII. Presbyter X. Epiſcopus XII. annos pœniteat. Si quis de minoribus ſemel, aut bis furtum fecerit, reddat pro animo ſuo, & unum annum pœniteat in pane & aqua. Et, ſi reddere non poteſt, III. annos pœniteat. Si quis ſepulcrum violaverit, VII. annos pœniteat III. ex his in pane & aqua. Si quis Laicus furtum fecerit, reddat proximo ſuo quod furavit. III. quadrageſimas in pane & aqua pœniteat. Det eleemoſynas pauperibus de ſuo labore, & ſacerdotis judicio jungatur altari.

De maleficio.

SI quis maleficio ſuo aliquem perdiderit, VII. annos pœniteat. III. in pane & aqua. Si quis pro amore maleficus ſit, & neminem perdiderit: ſi Laicus eſt, dimidium annum pœniteat: ſi Clericus eſt, unum, in pane & aqua: ſi Diaconus III. annos in pane & aqua: ſi Sacerdos V. annos II. in pane & aqua. Si autem per hoc partus mulieris, quis deceperit, VI. quadrageſimas unusquiſque inſuper addat, ne homicidii reus ſit. Si quis immiſſor tempeſtatum fuerit, VII. pœniteat. IV. ex his pane & aqua.

De ſacrilegio.

(a) Sortilegium.

SI quis (a) ſacrilegium fecerit, id eſt, quos aruſpices vocant, qui auguria colunt ſemper auguraverint, aut quocunque malo ingenio, III. annos pœniteant in pane & aqua. Si quis ariolus fuerit, quos divinos vocant, & aliquas divinationes fecerit, quia dæmoniacum eſt, V. annos pœniteat. III. in pane & aqua. Si quis in Kalendis Januarii, quod multi faciunt, & in cervulo dicunt, aut in vehiculo vadit, III. annos pœniteat. Si quis ſortes habuerit, quas *Sanctorum*, contra rationem vocant; vel aliquas ſortes habuerit, vel qualicunque malo ingenio ſortitus fuerit, vel divinaverit, III. annos pœniteat: primum pane & aqua: ſi quis ad arbores, vel ad fontes, vel ad cancellum, vel ubicunque, excepto in Eccleſia, votum voverit, aut exſolverit, III. annos pœniteat, in pane & aqua, quia hoc ſacrilegium eſt, vel dæmoniacum. Qui verò ibidem ederit, aut biberit, I. annum in pane & aqua pœniteat. Si quis mathematicus, id eſt, per invocationem dæmonum hominis mentem tulerit; V. annis pœniteat: primum in pane & aqua. Si quis ligaturas fecerit, quod deteſtabile eſt, III. annos pœniteat in pane & aqua. Si qui ſimul vadunt ad feſtivitatem, in locis abominandis gentilium, & ſuam eſcam deferentes comederint, placuit eos per pœnitentiam biennii ſuſcipi. Utrum verò cum oblatione, ſinguli Epiſcoporum probantes vitam eorum, & ſingulos actus examinent. Si quis manducaverit, aut biberit juxta fanum per ignorantiam, promittat deinceps, [quod] nunquam reiteret: & quadraginta diebus in pane & aqua [pœniteat.] Si verò per contemptum hoc fecerit, id eſt, poſtquam ſacerdos ei prædicavit, quod ſacrilegium erat, menſæ dæmoniorum communicaverit; ſi gulæ hoc vitio tantummodò fecerit, III. quadrageſimas in pane & aqua pœniteat: ſi verò pro cultu dæmonum, & honore ſimulacri hoc fecerit, III. annos pœniteat. Si quis ſecundo, & tertio immolatus paruit, III. annos pœniteat, & duobus ſine oblatione communicet. Si quis manducaverit ſanguinem, aut morticinium, aut idolis immolatum, & non fuit ei neceſſitas, jejunet hebdomadas XII.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

De diverſis capitulis.

SI quis quodlibet membrum ſibi voluntariè truncaverit, IV. annos pœniteat: primum in pane & aqua: ſi quis abortum voluntariè fecerit, III. annos pœniteat; primum in pane & aqua: ſi quis uſuras undecunque exegerit, III. annos pœniteat: primo in pane & aqua. Si quis per poteſtatem, aut quolibet ingenio, res alienas malo ordine invaſerit, vel tulerit ſuperiore ſententia, ſimiliter pœniteat, & eleemoſynas multas faciat. Si quis ſervum, aut quemcunque hominem, quolibet ingenio in captivitatem reduxerit, vel transmiſerit, ſicut ſupra, pœniteat. Si quis Eccleſiam combuſſerit XV. annis pœniteat, & eam ſedulè reſtituat, & precium ſuum pauperibus diſtribuat. Si quis aream, aut domum cujuscunque voluntariè cremaverit, ſicut ſupra pœniteat. Si quis per iram alium percuſſerit, & ſanguinem fuderit, aut debilitaverit, ſolvat ei primùm mercedem, & medicum quærat; ſi Laicus eſt, XL. dies in pane, & aqua jejunet: ſi Clericus, V. XL. Diaconus, VII. menſes: Presbyter unum annum. Si quis venationem exercuerit: Clericus unum annum pœniteat: Diaconus II. Presbyter III. Si quis de miniſterio ſanctæ Eccleſiæ qualecunque opus fraudaverit, vel neglexerit, VII. annos pœniteat. III. pane & aqua. Si qui cum animalibus peccaverint, qui nondum XX. annorum fuerint, XV. annis exactis in pœnitentia, communionem orationum mereantur. Deinde V. annis in hac communione durantes, oblationis Sacramenta contingant. Diſcutiatur autem & vita eorum, qualis tempore pœnitudinis exſtiterit, & ita miſericordiam conſequantur. Quod ſi inexplebiliter his hæſere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta XX. annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapſi ſunt, XXV. annis pœnitudinem gerentes, in communione recipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tum demum oblationis Sacramenta percipiant. Quod ſi qui uxores habentes & tranſcendentes, L. annis ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam conſequantur.

Ex decret. Julii Papæ.

In Ancyrano Conc. V. plantum.

De ebrietate & fornicatione.

INebriatur quis à vino, ſive cerviſia, contra interdictum Salvatoris, & Apoſtolorum ejus. Quod ſi votum habuerit ſanctitatis, XL. diebus in pane, & aqua culpam diluat: Laicus verò VII. diebus pœniteat. Epiſcopus faciens fornicationem, degradetur, & XII. annis pœniteat. Presbyter, aut Diaconus, fornicationem faciens naturalem (*a*) Prælato ante Monachi votum tres annos pœniteat, veniam omni hora roget: ſuper poſitionem in unaquaque hebdomada faciat, exceptis quinquageſimæ diebus.

De minutis cauſis.

SI quis caſu negligens ſacrificium perdit, relinquens foris, & ab aliquo devoratur, XL. diebus pœniteat, ſin (*a*) verò; annum unum pœniteat. Si communicaverit ignorans excommunicatus, diebus XL. pœniteat. Si quis ſponte communicaverit excommunicato, verbo, vel relatione, vel cibo, vel potu, XL. dies in pane & aqua, & ſale pœniteat. Si ſacrificium terratenus cadit (*b*) negligendo, ſuperpoſitio fiat. Si ceciderit ſacrificium de manu offerentis terratenus, & non invenitur aliquid: omne, quodcunque inventum fuerit, in loco, in quo ceciderit, comburetur: & cinis ſub altario recondatur, & ſacerdos dimidium annum pœniteat.

(*a*) Id eſt, ſi non caſu.

Pro bonis rebus offerre debemus; pro malis, nequaquam. Presbyteri pro ſuis Epiſcopis non prohibentur offerre. Qui præbet dicatum barbaris, III. annos pœniteat. Qui monaſteria exſpoliant, falſo dicentes ſe captivos redimere. III. annos pœniteant: & omnia, quæ abſtraxerunt, pauperibus donent. Qui carnem animalium, quorum mortem neſcit, manducat, tertiam partem anni pœniteat. Priorum ſtatuta Patrum promamus. Pueri ſolùm ſermocinantes, & transgredientes inſtituta ſeniorum, tribus ſuperpoſitionibus emendentur. Oſculum ſimpliciter facientes, VII. ſuperpoſitionibus. Cum inquinamento autem ſine amplexu, XV. ſuperpoſitionibus corrigantur.

De

(*a*) Prælato ante Monachi votum: Deerant illa verba in codice Stewartii. BASN.

(*b*) Sic Gregorius in judiciis ſuis: Si quis Euchariſtiam, id eſt, Sacrificium cauſa negligentiæ perdiderit, unum annum vel tres quadrageſimas pœniteat, quod ſi in terram cauſa negligentiæ ceciderit? 50. Pſalmos cantet. BASN.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 825.

De dispensationibus Sacrificii.

QUi non bene custodierit sacrificium, & mus comederit, XL. diebus pœniteat. Qui autem perdiderit suum chrisma, (*a*) L. aut solum sacrificium, in regione qualibet, ut non inveniatur, IIIXL^mas vel annum unum pœniteat. Perfundens aliquis calicem super altare, quando auferuntur linteamina, VII. diebus pœniteat. Si ceciderit (*b*) in stramen, VII. dies pœniteat. (*c*) Vomens sacrificium gravatus saturitate ventris, XL. diebus: si in (*d*) ignem projecerit, XX. diebus pœniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre sine linteamine, donec offeruntur, similiter pœniteat. Qui acceperit sacrificium post cibum, vel aliquam parvissimam refectionem, nisi pro viatico: pueri, tres: majores VII. Clerici XX. dies pœniterut.

Eutychianus Papa cap. 11.

Si in farina, vel in aliquo sicco cibo, sive in melle, vel in lacte, bestiolæ immundæ inveniuntur, quod circa corpora eorum est, projiciatur. (*e*) Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut sit à vermibus consumptum, & ad nihilum deveniat, III. quadragesimas pœniteat. Si integrum invenerit, & in eo fuerit vermis, comburatur, & sic cinis ejus sub altari abscondatur; & negligens XL. dies pœniteat. Et, si inventum fuerit, ut supra, mundetur: si usque ad altare tantum fuerit lapsum, superponatur. Si de calice aliquid stillaverit, per negligentiam, in terram, lingua lambatur: tabula radatur: igne comburatur; & L. diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister, & linteamen, quod tetigit stilla, abluatur tribus vicibus, & tribus diebus pœniteat. Si titubaverit sacerdos super Orationem Dominicam, quæ dicitur periculosè una vice, vel Psalmis 50 Psalmos secunda vice, C. plagis [pœniteat.]

Item de homicidio.

SI quis in expeditione publica occidit hominem sine causa, jejunet hebdomadas XXI. Si autem forsitan se defendendo, aut parentes suos, aut familiam suam, occidit aliquem, ille non erit reus. Si voluerit jejunare, in illius potestate est; quia coactus hoc fecit. Si homicidium in pace fecerit, & non fuerit turba, per potestatem, aut inimicitiæ causa, ut res ejus capiat, jejunet hebdomadas XXVIII. & res ejus, quem occidit, reddat uxori, vel filiis ejus.

De pœnitentibus ægris.

SI quis ad pœnitentiam venit, & ægritudo evenerit, & non potuerit adimplere; quod illi mandatum est à sacerdote, suscipiatur ad sanctam communionem. Et, si voluerit eum Dominus salvare, jejunet postea. Si quis non pœnitet, & forsitan ceciderit in ægritudinem, & quæsierit communicare, non prohibeatur: Sed, date ei sanctam communionem, & mandate illi, ut, si placuerit misericordiæ Dei, & evaserit de ipsa ægritudine, postea omnia confessus sit, & sic pœniteat.

De excommunicatis mortuis.

SI quis excommunicatus fuerit mortuus, qui jam sit confessus, & non occurrit, sed occupavit eum mors, sive in via, sive in domo; si est aliquis ex parentibus ejus, pro eo aliquid offerat ad sanctum altare, aut ad redemptionem captivorum, aut ad commemorationem animæ ejus.

De incestis.

SI quis accepit filiam uxoris suæ, hunc non potestis judicare, nisi prius separentur. Postquam separati fuerint; unicuique eorum imponat hebdomadas XIV. & iterum nunquam se jungant. Si autem voluerint nubere sive vir, sive mulier, potestatem habeat: sed non illa, quæ dimisit. Si quis acceperit cognatam, aut novercam, aut avunculi viduam: & hi, qui uxorem patris sui, vel sororem uxoris suæ, grande judicium est; canonicè damnetur. Propter fornicationem autem multi nesciunt numerum mulierum, cum quibus fornicati sunt, illi jejunent hebdomadas L.

De

(*a*) Male omnino, non enim legendum; quasi 50. anni pœnitentiæ assignarentur; nec littera L. numerum denotat; legendum Chrismal. debet autem hic intelligi Palla corporalis. Basn.

(*b*) Vel *si ceciderit Sacrificium intra mensam.* Sic codex Menardi; melius tamen *in stramen.* In pœnitentiali M.s. Bibliothecæ Colbertinæ n. 1348. legitur ..... *de manu Sacrificium ceciderit in stramen, VII. diebus pœniteat a quo ceciderit.* Basn.

(*c*) al Sumens. Basn.

(*d*) Hæc ommittuntur in aliis codicibus. Vide editionem Morini quæ sequitur. Basn.

(*e*) Eadem fere habet Gregor. III. in judiciis cap. 28. quæ vide Concil. I. tom. 6. pag. 1483. multa tamen hic circa Eucharistiam observare jubentur a Gregorio omissa. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

De idolothytis.

SI quis, dum infans eſt, per ignorantiam guſtaverit de his, quæ fuerint idolis immolata, aut morticinum: aut aliquid abominabile: jejunet hebdomadis III. Si quis neſciens manducavit idolis immolatum, aut morticinum, dabitur illi venia, quoniam neſciens hoc fecit: Tamen jejunet hebdomadis III.

De furto per neceſſitatem.

SI quis per neceſſitatem furaverit cibaria, vel veſtem, ſive quadrupedem per famem, aut per nuditatem: Venia illi datur. Jejunet hebdomadis IV. Si reddiderit, non cogatis jejunare. Si quis caballum, aut bovem, aut jumentum, vel vaccam furaverit, ſive cibaria, vel quæ totam familiam nutriunt, jejunet ut ſupra.

De adulterio.

SI mulier deceperit matris ſuæ maritum: illa, non poteſt judicari, donec relinquat eum. Cum ſeparati fuerint, jejunet hebdomadis XIV. Si quis legitimam habens uxorem, dimiſerit eam, & aliam duxerit. Illa, quam duxit, non eſt illius. Non manducet, neque bibat, neque omnino in ſermone ſit cum illa: quia malè accepit: neque cum parentibus illius. Ipſi tamen, ſi conſenſerint, ſint excommunicati. Si mulier ſuaſerit alterius mulieris maritum, ſit excommunicata à Chriſtianis. Si quis Chriſtianus Chriſtianum viderit ambulantem, vel oberrantem parentem ſuum, eumque vendiderit, ille non eſt dignus inter Chriſtianos requiem habere, donec redimat eum. Si autem non potuerit invenire locum, ubi ſit, precium quod accepit, det pro illo, & alium redimat de ſervitute, & jejunet hebdomadis XXVIII.

De pœnitentia trigamorum.

SI cujuſlibet hominis mortua fuerit uxor, habet poteſtatem accipere alteram: ſimiliter & mulier. Si tertium acceperit, jejunet hebdomadas tres. Si quartum aut quintum acceperit, hebdomadas XXI.

De eo, qui ſe ipſum laniaverit.

SI quis comas ſuas incîdit, aut faciem ſuam laniaverit cum gladio, aut ungulis, poſt mortem parentum: jejunet hebdomadas III. Et poſtquam jejunaverit, ſic communicet.

[*De veneficis.*]

HErbarius vir, aut mulier, interfectores infantium, in extremum vitæ cum venerit, ſi quæſierit pœnitentiam cum luctu, ac fletu lacrimarum, ſi ceſſaverit, ſuſcipite eum; jejunet hebdomadis L.

De ſuffocatis.

SI canis, aut vulpes, ſive accipiter aliquid mortificaverint: ſive de fuſte, ſive de lapide, ſive de ſagitta, quæ ferrum non habet, mortuum fuerit: hæc omnia ſuffocata ſunt: non manducentur. Et, qui manducaverit, jejunet hebdomadis VII.

De laceratis.

SI quis ſagitta percuſſit cervum, ſive aliud animal: & poſt diem tertium inventum fuerit, & forſitan ex eo lupus, urſus, canis, aut vulpes guſtaverit, nemo manducet. Et qui manducaverit, jejunet hebdomadis IV. Si gallina in puteo mortua fuerit, puteus evacuetur. Si ſciens ex eo biberit, jejunet hebdomadam I. Si mus & gallina, aut aliquid ceciderit in vinum, de hoc nullus bibat. Si in oleum, aut mel ceciderit, oleum expendatur in lucernam, in medicinam, vel in aliam neceſſitatem. Si piſcis mortuus fuerit in piſcina, non manducetur. Et qui manducaverit, jejunet hebdomadas IV. Si porcus, vel gallina manducaverit de corpore hominis, non manducetur, neque ſervetur ad ſemen, ſed occidatur, & canibus tradatur. Si lupus laceraverit animal, & mortuum fuerit, nemo manducet. Et ſi vixerit poſtea, cum homo occiderit, manducetur.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

De pollutis animalibus.

SIve cum capra, ſive cum pecore, aut cum alio animali ſi peccaverit homo, nemo manducet carnes ejus, neque cocus ejus, ſed occidatur, & canibus tradatur. Si quis voluerit dare eleemoſynam de his pecuniis, quæ fuerunt de præda: ſi jam pœnitentiam egit, poteſtatem habet.

De reconciliatione pœnitentium III. [&] *V. feria ante Paſcha.*

IN primis dicit Pſalmum cum antiphona: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

Oratio.

DEus humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſſime reformator: qui in reconciliatione lapſorum, etiam miſericordia tua primus indigeo, ſervire effectibus gratiæ tuæ, per miniſterium ſacerdotale, voluiſti, ut ceſſante merito ſupplicis, mirabilior fieret clementia redemptoris.

Alia.

OMnipotens ſempiterne Deus, confitenti tibi famulo tuo, pro tua pietate peccata relaxa, ut non ei plus noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quàm indulgentia tuæ pietatis proſit ad veniam.

Item, aliorum.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui peccatorum indulgentiam in confeſſione celeri poſuiſti, ſuccurre lapſis, miſerere confeſſis: ut, quos delictorum catena conſtringit, magnitudo tuæ pietatis abſolvat.

Oratio ſuper infirmo.

DEus, qui famulo tuo Ezechiæ terquinos annos ad vitam donaſti: ita & hunc famulum tuum, à lecto ægritudinis eripias ad ſalutem. Per Dominum.

Qualiter ille annus obſerandus ſit, qui in pane, & aqua alicui imponitur in pœnitentia jejunandus.

Ex pœnitentiali Romano.

POEnitentia unius anni, qui in pane & aqua jejunandus eſt, talis eſſe debet: In unaquaque hebdomada tres dies, id eſt, ſecundam feriam, IV. & ſextam in pane & aqua jejunet. Et tres dies, id eſt, tertiam feriam, V. & Sabbathum à vino, medone, mellita, cerviſia, à carne, & ſagimine, & caſeo, & ovis, & abdomine, & pinguibus piſcibus ſe abſtineat. Manducet autem minutos piſciculos, ſi habere poteſt: ſin autem; unius generis piſcem, legumina, & olera, & poma comedat, & cerviſiam bibat. Et in Dominicis diebus; & in Natali Domini, illos IV. dies; & in Epiphania Domini, I. diem: & in Paſcha uſque in octavum diem: & in Aſcenſione Domini, & Pentecoſte IV. dies, & in miſſa S. Joannis Baptiſtæ, & ſanctæ Mariæ, & XII. Apoſtolorum, & Michaëlis, & S. Remigii, & omnium Sanctorum, & S. Martini, & in feſtivitate illius ſancti, qui in Epiſcopatu celebris habetur: In his ſupradictis diebus faciat charitatem cum ceteris Chriſtianis; id eſt, eôdem cibo, & potu utatur, quo & illi. Sed tamen ebrietatem, & ventris diſtenſionem ſemper in omnibus caveat.

Ex eodem pœnitentiali.

ISte annus ſecundus eſt ab illo, qui in pane, & aqua obſervandus eſt: poſt illum jejunandus. Qui etiam dandus eſt his, qui viros Eccleſiaſticos ſponte occidunt: & in conſuetudine habent Sodomiticum ſcelus, & peccatum contra naturam: & in Eccleſiis homicidia ſponte committunt: & qui alia hujusmodi perpetraverint. Pœnitentia illius anni talis eſſe debet: ut duos dies, id eſt, ſecundam, & quartam feriam; VI. unaquaque hebdomada jejunet uſque ad Veſperam; & tunc reficiat ſe ſicco cibo: id eſt, pane, & leguminibus ſiccis, ſed (a) coctis, aut pomis, aut oleribus crudis: Unum eligat ex his tribus, & utatur: & cerviſiam bibat, ſed ſobriè. Et VI. feriam in pane, & aqua obſervet; & III. quadrageſimas jejunet. Unam, ante Natalem Domini: ſecundam,

(a) *non* in M. s. deeſt.

Digitized by Google

ſecundam, ante Paſcha: tertiam, poſt Pentecoſten. Et in his tribus quadrageſimis jejunet duos dies ad nonam in hebdomade, & de ſicco cibo comedat, ut ſupra notatum eſt. Et VI. feriam jejunet in pane & aqua. In feſtivis autem diebus, in ſuperiori capite enumeratis, utatur cibo, & potu, quo & cæteri Chriſtiani. Sed tamen ebrietatem, & ventris diſtenſionem ſemper in omnibus caveat. SÆC. IX. ANNO 825.

Quid illis agendum, qui ſtatutum jejunium implere nequeunt.

QUi poteſt jejunare, & implere, quod in pœnitentiali ſcriptum eſt, bonum eſt, & Deo gratias referat. Qui autem non poteſt, per miſericordiam Dei conſilium damus tale: ut nec ſibi, nec alicui neceſſe ſit vel perire, vel deſperare. Pro uno die, quem jejunare debet in pane & aqua, 50. Pſalmos cantet flexis genibus, ſi poteſt fieri, in Eccleſia, vel in alio loco convenienti, & unum pauperem paſcat. Vel ſi tamdiu flexis genibus ſtare non poteſt, 70. Pſalmos erectus cantet, & pauperem paſcat. Vel centies genibus flexis, centies veniam petat. Vel, tres denarios in eleemoſynam tribuat, vel tres pauperes paſcat. Qui autem unum diem in pane, & aqua jejunandum aliquo prædictorum V. modorum redemerit, eo die, excepto vino, carne, & ſagimine, ſumat quod placet.

De remedio unius hebdomadæ; ex eodem pœnitentiali.

PRo una hebdomada, quam in pane, & aqua jejunare debet 300. Pſalmos genibus flexis decantet. Vel, ſine genuum flexione III. Pſalteria intentè cantet. Et, poſtquam pſallerit, excepto vino, carne, & ſagimine, ſumat quod velit.

Remedium unius menſis.

PRimo uno menſe, quem in pane, & aqua jejunare debet, Pſalmos mille ducentos genibus flexis: vel ſine genuum flexione mille, D. C. 80. Pſalmos decantet. Et omni die, ſi velit, & non poteſt abſtinere, reficiatur ad ſextam: niſi IV. feriam, & ſextam: has jejunet ad nonam. Et à carne, & ſagimine, & vino totum menſem ſe abſtineat. Alium autem cibum poſt decantationem Pſalmorum ſumat. Iſto ordine, totus ille annus redimendus eſt.

Ex eodem pœnitentiali.

[*De alia redemptione.*

QUi verò Pſalmos non novit, & jejunare non poteſt, pro uno anno, quem in pane, & aqua jejunare debet, det in eleemoſynam pauperibus XXII. ſolidos. Et omnes ſextas ferias in pane, & aqua jejunet. Et in tribus quadrageſimis illius anni, quantitatem, quod ſibi præparatur in cibo, vel in potu, illud æſtimet, quanti precii eſſe poſſit: & medietatem illius precii diſtribuat in eleemoſynam pauperibus, & aſſidue oret Deum.

De Presbyteris [quorum] prava exempla.

Ex Concilio magno ſub Ludovico rege.

SI qui Presbyter vitæ ſuæ negligens pravis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſerit: & populus ab Epiſcopo juramento, ſeu banno Chriſtianitatis conſtrictus infamiam ejus patefecerit: & certi accuſatores criminis ejus defuerint, admoneatur primò ſeorſim ab Epiſcopo: deinde ſub duobus, vel tribus teſtibus, ſi non emendaverit, in conventu presbyterorum Epiſcopus eum publica increpatione admoneat. Si verò neque ſic ſe correxit, ab officio ſuſpendatur, uſque ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Si autem accuſatores legitimi fuerint, qui ejus crimina manifeſtis indiciis probare contenderint: & ipſe negaverit, tunc ipſe cum ſociis ſuis ejusdem ordinis VI; ſi valet, à crimine, ſe expurget. Diaconus verò, ſi eôdem crimine accuſatus fuerit, ſemetipſum cum tribus examinet.

Diverſitas culparum diverſitatem facit pœnitentiarum. Nam & corporum medici diverſa medicamenta componunt: ut, aliter vulnera; aliter morbum: aliter tumores: aliter putredines: aliter caligines: aliter confractiones: aliter combuſtiones curent. Ita & ſpiritales medici, diverſis curationum generibus, animarum vulnera curare debent. Sed quia hæc paucorum eſt ad purum cuncta cognoſcere, & curare, & mederi, atque ad integrum ſalutis ſtatum revocare; ideo ſolerter admonemus doctum quemque ſacerdotem Chriſti, ut non ex ſuo ſenſu, ſed ſecundum canonum ſtatuta,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. tuta, & traditiones Patrum, universa disponat, & contradictionem utriusque sexus, ætatem, personas, paupertatem, causam, statum cujusque pœnitentiam agentis, ipsumque cor pœnitentis inspiciat; & secundum hæc, ut visum sibi fuerit, ut sapiens medicus, singula quæque dijudicet.

Ex dictis B. Hieronymi Presbyteri.

Cur Canones singulis criminibus modum non præscribant.

MEnsuram autem temporis in agenda pœnitentia, non satis apertè præfigunt canones pro unoquoque crimine: ut de singulis dicant, qualiter unumquodque emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura temporis quam doloris: Nec abstinentia tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod tempora pœnitentiæ, fide, & conversatione pœnitentium abbrevianda præcipiunt: & negligentia, protelanda existimant. Tamen pro quibusdam culpis, modi pœnitentiæ sunt impositi, juxta quos ceteræ perpendendæ sunt culpæ: cùm sit facile per eosdem modos vindictam, & censuram Canonum æstimare.

Sanctus Leo Papa omnibus Episcopis, cap. II.

De Confessione pœnitentium non publicanda.

ILlam præsumptionem, quam nuper, contra Apostolicam regulam agnovi, à quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri. De pœnitentia scilicet, quæ à fidelibus postulatur, ne, de singulorum genere peccatorum, libellis scripta professio publicetur conscientiarum: sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis: quæ propter Dei timorem, apud homines erubescere non vereatur: tamen, quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare: amoveatur improbabilis consuetudo: ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur: dum, aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta sua referari; quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primum Domino offertur: tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium deprecator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt provocari; si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Ex decretis Evaristi Papæ cap. 5.

UT Presbyteri de occultis peccatis jussione Episcopi pœnitentes reconcilient: &, sicut suprascripsimus, infirmantes absolvant, & communicent.

Ex dictis S. Augustini.

Ut Canonicum remedium occultè confessis primitus indicatur.

SI quis incestum occultè commiserit; & sacerdoti confessionem occultè egerit: indicetur ei remedium canonicum, quod subire debuisset, si ejus facinus publicatum fuisset. Verùm quia latet commissum, detur ei à sacerdote consilium, ut saluti animæ suæ pro occulta pœnitentia proficiat: hoc est, ut graviter se ex corde deliquisse confiteatur: per jejunia, & eleemosynas, Vigiliasque, atque sacras orationes cum lacrymis se purgare contendat: & sic, se ad spem veniæ pro misericordia pervenire confidat.

Ex decretis Pii Papæ cap. 10.

Ne pœnitentes ante consummationem pœnitentiæ communicent.

POEnitentes non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. Quod pœnitentes à conviviis, & ornamentis, atque alba veste abstinere debeant; &, discordes ab Ecclesia pellantur, donec ad pacem redeant.

Ex

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Ex decretis Lucii Papæ cap. 5.

Quod sit simoniacus, quicunque reconciliationem pro munere, vel dignis negaverit, vel indignis concesserit.

UT nemo Presbyterorum xenium, vel quodcunque emolumentum temporale, imò detrimentum spiritale à quocunque publicè peccante, vel incestuoso accipiat, ut Episcopo, vel ministris ejus, peccatum illius reticeat: nec pro respectu cujusque personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc Episcopo innotescere detrectet: nec, à quoquam pœnitente aut gratiam, aut favorem, aut munus suscipere præsumat: aut minus dignè pœnitentem ad reconciliationem adducat, ei testimonium reconciliationis ferat: Vel, quocunque livore, alium quemlibet dignius pœnitentem à reconciliatione removeat: quia hoc simoniacum, & Deo, & hominibus contrarium est.

Ex decretis Julii Papæ.

Ne quis pœnitentiam morienti neget.

SI quis Presbyter pœnitentiam abnegaverit morientibus, reus est animarum: quia Dominus dicit: *quacunque die conversus fuerit peccator, vita vivet, & non morietur.* Vera enim conversio in ultimo tempore esse potest: quia Dominus non solùm temporis, sed cordis inspector est.

Ex Concilio Toletano.

EPiscopi in protegendis populis, ac defendendis, impositam sibi curam non ambigant. Ideoque, dum conspiciunt, potentes, ac judices, pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: &, si contempserint emendari, eorum insolentiam regis auribus intiment: ut, quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coërceat.

De filiis non legitimis.

FIlii verò ex hujuscemodi vituperali conjunctione ante conjugium minus laudabiles procreati; ad Ecclesiasticam dignitatem nullo modo promoveantur. Nec, de tali conjugio generati, Ecclesiasticis ordinibus applicentur: nisi fortè eos aut maxima Ecclesiæ utilitas, & necessitas postulet: aut evidens meritorum prærogativa commendet.

Ex decretis Hygini Papæ cap. 4.

SI motum fuerit altare: denuo consecretur Ecclesia. Si parietes mutantur, & non altare: salibus tantum exorcizetur.

Quæ consuetudo in Ecclesia sit concedenda.

EX regesto S. Gregorii, cap. 65. Nos quidem juxta seriem relationis vestræ, consuetudinem, qua tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam esse concedimus. Hoc etiam pro ædificatione omnium Ecclesiarum; &, pro utilitate totius populi, nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis, verbum faciendi daremus Presbyteris potestatem. Ita, ut si Presbyter aliqua infirmitate per se ipsum non poterit prædicare; sanctorum Patrum homiliæ, à Diaconibus recitentur. Si enim digni sunt Diaconi, quos Christus in Evangelio dignatus est legere: quare indigni judicentur, Sanctorum expositiones publicè recitare?

Digitized by Google

ANTIQUUS POENITENTIALIS ROMANUS

E SCRINIO

ECCLESIÆ ROMANÆ

AB

HALITGARIO

EPISCOPO CAMERACENSI

Ante annos octingentos exſcriptus.

STEWARTIUS AD LECTOREM.

SÆC. IX. ANNO 825.

EVulgavit D. Caniſius Tomo V. Antiquæ Lectionis, libros quinque Halitgarii Epiſcopi Cameracenſis. In Codice manuſcripto, quo uſus eſt, ſubjungebantur nonnulla ad pœnitentium inſtructionem & reconciliationem pertinentia: quæ D. Caniſius libris Halitgarii attexuit. Poſtea repertum eſt aliud calamo exaratum exemplar, quamvis mendoſiſſimè ſcriptum; in quo poſt quinque libros de vitiis & virtutibus, *continebatur pœnitentiale Romanum; cui Halitgarius hanc præfatiunculam præpoſuit: Quodque pœnitentiale ſextum Halitgari librum conficiebat.*

PRÆFATIO HALITGARII.

ADdidimus etiam huic operi excerptionis noſtræ, Pœnitentialem Romanum alterum, quem de ſcrinio Romanæ Eccleſiæ adſumpſimus, attamen à quo ſit editus ignoramus: idcirco adnectendum præſcriptis canonum ſententiis decrevimus, ut ſi forte hæ prolatæ ſententiæ alicui ſuperfluæ ſint viſæ, aut penitus quæ deſiderat, ibi de ſingulorum criminibus nequiverit invenire, in hac ſaltem brevitate noviſſima omnium ſcelera forſitan inveniet explicata.

ANTI-

Digitized by Google

ANTIQUUS
POENITENTIALIS ROMANUS
E SCRINIO
ECCLESIÆ ROMANÆ.

Incipit qualiter ſuſcipere debeant Pœnitentem, Epiſcopi, vel Preſbyteri.

QUotieſcunque Chriſtiani ad pœnitentiam accedunt, jejunia damus, & nos communicare cum eis debemus jejunio unam aut duas ſeptimanas, aut quantùm poſſumus; ut non dicatur nobis, quod Judæorum ſacerdotibus dictum eſt à Domino Salvatore. Væ vobis legiſperti, qui adgravatis homines, & imponitis ſuper humeros eorum onera gravia; ipſi autem uno digito veſtro non tangitis ſarcinas ipſas. Nemo autem poteſt ſublevare cadentem ſub pondere, niſi inclinaverit ſe, ut porrigat manum: neque ullus medicorum vulnera infirmantium poteſt curare, niſi fœtoribus particeps fuerit: ita quoque nullus ſacerdotum, vel pontifex, peccatorum vulnera curare poteſt, aut animabus peccata auferre, niſi præſtante ſolicitudine, & oratione lacrymarum. Neceſſe eſt ergo nobis, fratres chariſſimi, ſollicitos eſſe pro peccantibus, quia ſumus alterutrum membra: & ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur alia membra. Ideoque & nos, ſi viderimus aliquem in peccatis jacentem, feſtinemus eum ad pœnitentiam per noſtram doctrinam vocare: & quotieſcunque dederis conſilium peccanti, ſimulque da illi pœnitentiam ſtatim, quantùm debet jejunare, & redimere peccata ſua: ne forte obliviſcaris, quantùm eum oporteat pro ſuis peccatis jejunare: tibique neceſſe ſit, ut iterum exquiras ab eo peccata. Ille autem forſitan erubeſcens iterum peccata ſua confiteri, & invenietur jam amplius judicari. Non enim omnes Clerici hanc ſcripturam uſurpare, aut legere debent, qui inveniunt eam, niſi ſoli illi, quibus neceſſe eſt, hoc eſt, Presbyteri. Sicut enim ſacrificium offerre non debent niſi Epiſcopi, & Presbyteri, quibus claves regni cœlorum traditæ ſunt, ſic nec judicia iſta alii uſurpare debent. Si autem neceſſitas evenerit, & Presbyter non fuerit præſens, ſuſcipiat Diaconus pœnitentem ad ſanctam Communionem. Sicut ergo ſuperius diximus, humiliare ſe debent Epiſcopi, ſive Presbyteri, & cum triſtitia, gemitu, lacrymiſque orare, non ſolùm pro ſuis delictis, ſed etiam pro Chriſtianorum omnium, ut poſſint cum B. dicere Paulo; *quis infirmatur, & ego non infirmor, qui ſcandalizatur, & ego non uror?* Cum ergo venerit aliquis ad Sacerdotem confiteri peccata ſua, mandet ei Sacerdos, ut expectet modicum, donec intret in cubiculum ſuum ad orationem. Si autem cubiculum non habuerit, tamen tunc Sacerdos in corde ſuo dicat hanc orationem.

SÆC. IX. ANNO 825.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens, propitius eſto mihi peccatori, ut condigne poſſim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam miſericordiam miniſtrum feciſti officii Sacerdotalis, & me exiguum humilemque mediatorem conſtituiſti ad adorandum & intercedendum ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro peccantibus, & ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque Dominator Domine, qui omnes homines vis ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: qui non vis mortem peccatorum, ſed ut convertantur, & vivant, ſuſcipe orationem meam, quam fundo ante conſpectum clementiæ tuæ pro famulis, & famulabus tuis, quia ad pœnitentiam venerunt per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Videns autem ille, qui ad pœnitentiam venit, Sacerdotem triſtem & lacrymantem pro ſuis facinoribus, magis ipſe timore Dei perculſus, amplius triſtatur, & exhorreſcet peccata ſua. Et unumquemque hominem accedentem ad pœnitentiam ſi videris acriter, & aſſiduè ſtare in pœnitentiâ, ſtatim

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

ſuſcipe eum. Qui verò poteſt jejunare quod impoſitum ei, noli prohibere, ſed permitte. Magis enim laudandi ſunt hi qui celeriter debitum pondus perſolvere feſtinant, quia jejunium debitum eſt. Et ſic date mandatum his qui pœnitentiam agunt: Quia ſi jejunaverit, & compleverit quod illi mandatum eſt à Sacerdote, purificabitur à peccatis. Quod ſi iterum ad priſtinam conſuetudinem [vel] peccati reverſus fuerit, ſic eſt quomodo canis qui revertitur ad proprium vomitum. Omnis itaque pœnitens non ſolùm debet jejunare quod illi mandatum eſt à Sacerdote, verumetiam poſtquam compleverit ea quæ illi juſſa ſunt, debet, quantùm ipſi viſum fuerit, jejunare ſive tetradas, ſive paraſcevas. Si enim egerit ea quæ illi Sacerdos præceperit, peccata ejus remittentur: ſi verò poſtea ex ſua voluntate jejunaverit, mercedem ſibi acquiret & regnum cœlorum. Qui ergo tota ſeptimanâ jejunaverit pro peccatis, Sabbato, & Dominica die manducet, & bibat quicquid aptum fuerit. Cuſtodiat tamen ſe à crapula, vel ebrietate: quia omnis luxuria de ebrietate naſcitur. Ideo B. Paulus prohibuit dicens: *noli inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Non quia in vino eſt luxuria, ſed in ebrietate.

Explicit Prologus.

SI quis fortè non potuerit jejunare, & habet unde dare ad redimendum, ſi dives fuerit, pro ſeptem Hebdomadibus det ſolidos XX. Si autem non habuerit tantùm unde dare, det ſolidos X. Si autem multùm pauper fuerit det ſolidos III. Neminem verò conturbet, quia juſſimus viginti ſolidos dare, aut minus: quia ſi dives fuerit, facilius eſt illi dare ſolidos XX. quàm pauperi ſolidos III. Sed unuſquiſque attendat, cui dare debet, ſive pro redemptione captivorum, ſive ſuper ſancto altari, ſive pauperibus Chriſtianis erogandum. Et hoc ſcitote, fratres, ut dum venerint ad vos ſervi, vel ancillæ, quærentes pœnitentiam, non eos gravetis, neque cogatis tantùm jejunare, quantùm divites; quia non ſunt in ſua poteſtate; ideoque medietatem pœnitentiæ eis imponite.

Incipit ratio ad dandam Pœnitentiam.

IN primis dicit Pſalmum triceſimum ſeptimum totum, *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Et poſtea dicit. *Oremus.* Et dicit Pſalmum centeſimum ſecundum; *benedic, anima mea, Domino.* uſque, *renovabitur ſicut aquila juventus tua:* Et dicit Pſalmum quinquageſimum, *miſerere mei, Deus,* uſque *iniquitates meas dele.* Poſt hæc dicit Pſalmum LIII. *Deus in nomine tuo.* & dicit: *Oremus.* Et dicit Pſalmum LI. *Quid gloriaris,* uſque, *videbunt juſti & timebunt,* & dicit:

Oremus.

DEus cujus indulgentia nemo non indiget, memento, Domine famulo tuo illo, & qui lubrica terreaque corporis fragilitate nudatus, quæſumus, ut des veniam confitenti; parce ſupplici, ut qui noſtris accuſamur, tua miſeratione ſalvemur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Alia.

DEus, ſub cujus oculis omne cor trepidat, omneſque conſcientiæ contremiſcunt, propitiare omnium gemitibus, & cunctorum medere vulneribus; & ſicut nemo noſtrum liber eſt à culpa, ita nemo ſit alienus à venia. Per Dominum.

Alia.

DEus infinitæ miſericordiæ, veritatiſque immenſæ, propitiare iniquitatibus noſtris, & omnibus animarum noſtrarum medere languoribus, ut miſerationum tuarum remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. Per Dominum.

Alia.

PRecor, Domine, clementiæ, & miſericordiæ tuæ Majeſtatem, ut famulo tuo illo peccata, & facinora ſua confitenti veniam relaxare digneris, & præteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam reduxiſti, qui Publicani preces confeſſione placatus exaudiſti. Tu etiam huic famulo tuo placare, Domine, tu ejus precibus benignus aſpira, ut in confeſſione placabilis permaneat. Fletus ejus & petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exoret, ſanctiſque altaribus, & ſacrificiis reſtitutus ſpei rurſum æternæ cœleſtis gloriæ mancipetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Item

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Item oratio manus impoſitionis.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum vulnera noſtra curare dignatus es, te ſupplices rogamus & petimus nos humiles tui Sacerdotes, ut precibus noſtris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, remittaſque omnia crimina, & peccata univerſa condones, deſque huic famulo tuo pro ſuppliciis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam. Ipſe cœleſtis apicis devolutus eſt, & de tua miſericordia confidens ad bonam pacem præmiis tui atque cœleſtia pervenire mereatur ad vitam æternam. Per Dominum.

Incipit reconciliatio Pœnitentis feria V. in cœna Domini.

IN primis dicit Pſalmum L. cum. Ant. *Cor mundum.* Deus humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſſime reformator, qui in reconciliatione lapſorum etiam me, qui miſericordia tua primus indigeo, ſervire effectibus gratiæ tuæ per miniſterium Sacerdotale voluiſti, ut ceſſante merito ſupplicis, mirabilior fieret clementia Redemptoris. Per Dominnm noſtrum.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ pietatis ad veniam. Per Dominum.

Alia.

OMnipotens & miſericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confeſſione celeri poſuiſti, ſuccurre lapſis, miſerere confeſſis: ut quod delictorum catena conſtringit, magnitudo tuæ pietatis abſolvat. Per Dominum.

Oratio ſuper infirmum

DEus, qui famulo tuo Ezechiæ terquinos annos ad vitam donaſti: & famulum tuum à lecto ægritudinis tua magnitudo erigat ad ſalutem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Incipit judicium Pœnitentis.

SI quis Epiſcopus, aut aliquis ordinatus homicidium fecerit: Si quis Clericus homicidium fecerit, decem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Si Laicus, tres annos pœniteat, unum ex his in pane, & aqua. Subdiaconus, VI. Diaconus, VII. Presbyter, X. Epiſcopus, XII. Si quis ad homicidium faciendum conſenſerit, ſeptem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua: Si quis Laicus homicidium fecerit voluntariè, ſeptem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Si quis infantem oppreſſerit, tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua: ſimiliter & Clericus obſervet.

De Fornicatione.

SI quis fornicaverit, ſicut Sodomitæ X. annos pœniteat, III. ex his in pane & aqua. Si quis Clericus adulterium commiſerit, idem cum uxore vel ſponſa alterius ſi filium genuerit, ſeptem annos pœniteat: ſi verò filium non genuerit, & in notitiâ hominum non venerit, ſi Clericus eſt, tres annos pœniteat, unum ex his in pane & aqua. Si Diaconus aut Monachus, ſeptem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Epiſcopus duodecim, quinque in pane & aqua. Si quis Clericus 1°. cujus ſuperior gradus eſt, qui uxorem habet, & poſt converſionem vel honorem iterum eam cognoverit, ſciat ſe adulterium commiſiſſe: idcirco, ut ſuperius conſtitutum eſt, pœniteat. Si quis fornicaverit cum ſanctimoniale vel Deo dicata, cognoſcat ſe adulterium commiſiſſe, ſecundum ſuperiorem ſententiam unuſquiſque juxta ordinem ſuum pœniteat. Si quis per ſemetipſum fornicaverit, aut cum jumento, aut cum qualibet quadrupede, tres annos pœniteat. Si gradum aut votum, tres annos pœniteat. Si quis concupiſcit mulierem, & non potuerit peccare, id eſt, quia non ſuſcepit eum mulier, dimidium annum pœniteat in pane & aqua, & toto abſtineat ſe anno à vino & carne. Si quis Clericus poſtquam ſe Deo voverit, ad habitum ſecularem redierit, ſicut canis ad proprium vomitum, vel uxorem duxerit, ſex annos pœniteat, tres ex his in pane, & aqua, & poſtea in conjugio non copuletur. Quod ſi noluerit, ſancta Synodus, vel ſedes Apoſtolica ſeparabit eos à communione Catholicorum. Similiter & mulier poſtquàm ſe Deo voverit, ſi tale ſcelus commiſerit, pari ſententiæ ſubjacebit. Si quis Laicus fornicaverit, ſicut Sodomitæ, VII. annos pœniteat. Si quis de alterius

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

alterius uxore filium genuerit, id eſt, adulterium commiſerit, ac torum proximi ſui, violaverit. III. annos pœniteat, & abſtineat à cibis luculentioribus, & à propria uxore, dans inſuper pretium pudicitiæ marito uxoris violatæ. Si quis adulterare voluerit, & non potuerit, id eſt non fuerit ſuſceptus, quadraginta dies pœniteat. Si quis fornicaverit cum mulieribus, id eſt, viduis, vel puellis: ſi cum viduis, annum unum pœniteat: ſi cum puellis, II. annos pœniteat. Si quis virgo virgini conjunctus fuerit, ſi voluerint parentes, ſit uxor ejus; tamen unum annum pœniteat, & ſint conjugales. Si quis cum jumento fornicaverit, annum unum pœniteat. Si uxorem non habuerit, dimidium annum pœniteat. Si quis virginem, vel viduam rapuerit, III. annis pœniteat. Si quis ſponſam habens ſorori ejus forſitan vitium intulerit, & cohæſerit tanquam ſuæ, hanc autem uxorem duxerit, id eſt, deſponſatam, illa verò quæ vitium paſſa eſt, ſi forte necem ſibi intulerit, omnes hi qui in hujus facti conſenſu ſunt, X. annos in pane & aqua redigantur, ſecundùm ſtatuta canonum. Si qua de mulieribus, quæ fornicatæ ſunt, interfecerit, quæ naſcuntur, aut feſtinat abortivos facere, primum conſtitutum, uſque ad exitum vetat, Id quod verum definitum humanius aliquid conſequantur, conſtituimus eos decennii tempore ſecundùm gradus quæ ſunt conſtituta, pœniteat.

De Perjurio.

SI quis Clericus perjuraverit, ſeptem annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Laicus tres, Subdiaconus ſex. Diaconus ſeptem. Presbyter decem. Epiſcopus duodecim. Si quis verò coactus pro qualibet neceſſitate, aut neſciens pejeraverit, tres annos pœniteat, unum in pane & aqua: & animam pro ſe reddat, id eſt, ſervum, vel ancillam de ſervitute abſolvat, & eleemoſynas multas faciat. Si quis pejeraverit per cupiditatem, totas res ſuas vendat; & donet in pauperibus, & tondeatur, & intret in monaſterium, & ibi deſerviat uſque ad mortem.

De Furto.

SI quis Clericus furtum fecerit capitale, id eſt, quadrupedem: vel caſam ruperit, vel fregerit, vel qualibet meliorem præſidium furaverit, ſeptem annos pœniteat. Laicus quinque. Subdiaconus ſex. Diaconus ſeptem. Presbyter X. Epiſcopus XII. annos pœniteat. Si quis verò de minoribus ſemel, aut bis furtum fecerit, reddat proximo ſuo, & anno uno pœniteat in pane & aqua; & ſi reddere non potuerit, tres annos pœniteat. Si quis ſepulcrum violaverit, ſeptem annos pœniteat, tres in pane & aqua. Si quis Laicus furtum fecerit, reddat proximo ſuo quod furaverat, III. quadragenas in pane, & aqua: ſi reddere non potuerit, anno uno, & tres quadragenas in pane & aqua pœniteat: & eleemoſynam de ſuo labore in pauperibus: & ſacerdotis judicio jungatur altari.

De Maleficio.

SI quis maleficio aliquem perdiderit, VII. annos pœniteat. III. in pane & aqua. Si quis pro amore maleficus ſit, & neminem perdiderit, ſi Laicus eſt, dimidium annum pœniteat; ſi Clericus, annum unum pœniteat in pane, & aqua: ſi Diaconus, tres annos, unum in pane, & aqua: ſi Sacerdos, quinque annos, II. in pane, & aqua. Si autem per hoc mulieris partus quis deceperit, ſex quadragenas unusquiſque inſuper augeat, ne homicidii reus ſit. Si quis immiſſor tempeſtatum fuerit, VII. annos pœniteat, III. in pane, & aqua.

De Sacrilegio.

(a) l. *quod.* SI quis ſacrilegium fecerit, id eſt, (a) quos aruſpices vocant, qui auguria colunt, ſuperauguriaverit, aut quocunque malo ingenio, III. annos in pane, & aqua. Si quis ariolus fuerit, quod divinos vocant, aliquas divinationes fecerit, quia hoc dæmoniacum eſt, quinque annos pœniteat, III. in pane, & aqua. Si quis in Kalendis Januarii, quod multi faciunt, & in cervulo (b) dicunt, aut in vetula vadit, tres annos pœniteat. Si quis ſortes habuerit, quas Sanctorum, contra rationem, vocant, vel aliquas ſortes habuerit, vel qualecunque malo ingenio ſortitus fuerit, vel divinaverit, tres annos pœniteat, I. in pane, & aqua. Si quis ad arbores, vel ad fontes, vel ad cancellum, vel ubicunque, excepto in Eccleſia, votum voverit, aut exſolverit, tres annos cum pane & aqua pœniteat: & hoc ſacrilegium eſt, vel dæmonaticum. Qui verò ibidem ederit, aut biberit, unum annum pœniteat in pane & aqua. Si quis Mathematicus, id eſt, per invocationem dæmonum hominis mentem tulerit, quinque annos pœniteat, unum in pane & aqua. Si quis ligaturas fecerit, quod deteſtabile eſt, tres annos pœniteat, unum in pane & aqua. Si qui ſimul edunt feſtivitatem in locis abominan-

(b) l. *ducit.*

Digitized by Google

abominandis gentilium, & ſuam eſcam deferentes, comederint, placuit eos biennio ſubjacere, & ſic ſuſcipi, quæ obedire oportet: & poſt oblationem unumquemque ſpiritum probare, & vitam ſingulorum cognoſcere. Si quis manducaverit, aut biberit juxta fanum; ſi per ignorantiam, promittat deinceps, quod nunquam reiteret, & quadraginta diebus in pane, & aqua pœniteat: ſi verò per contemptum hoc fecerit, id eſt, poſtquam Sacerdos ei prædicavit, quod ſacrilegium hoc erat, menſæ dæmoniorum communicaverit, ſin gulæ tantùm vitio hoc fecerit, tres quadragenas in pane & aqua pœniteat. Si verò pro cultu dæmonum, & honore ſimulacri hoc fecerit, tres annos pœniteat. Si quis ſecundo, & tertio (a) immolatus per vim, tres annos ſubjaceat, & duobus ſine oblatione communicet, tertio ad perfectum ſuſcipiatur. Si quis manducaverit ſanguinem aut morticinium, aut idolis immolatum, & non fuit ei neceſſitas, jejunet Hebdomadas duodecim.

SÆC. IX. ANNO 825.

(a) l. immolaverit.

De quibuſdam Capitulis.

SI quis (b) quoqulibet membrum ſibi voluntariè truncaverit, tres annos pœniteat, unum in pane, & aqua. Si quis avorium fecerit voluntariè, tres annos pœniteat, unum in pane & aqua. Si quis uſuras undecunque exegerit, tres annos pœniteat, unum in pane, & aqua. Si quis per poteſtatem, aut quolibet ingenio, res alienas malo ordine invaſerit, vel tulerit ſuper jure ſententia, ſimiliter pœniteat, & eleemoſynas multas faciat. Si quis ſervum, aut quemcunque hominem quolibet ingenio in captivitatem duxerit, vel transmiſerit, ſicut ſupra, pœniteat. Si quis aream, vel domum voluntariè igne cremaverit, ſicut ſupra pœniteat. Si quis per iram alium percuſſerit, & ſanguinem fuderit, aut debilitaverit, ſolvat ei primò mercedem, & medicum quærat: ſi Laicus eſt, XL. diebus: Clericus, II. quadragenas: Diaconus, VII. menſibus: Presbyter annum I. Si quis venationes exercuerit, Clericus annum unum pœniteat, Diaconus II. Presbyter tres annos pœniteat. Si quis de miniſterio ſanctæ Eccleſiæ qualecunque opus quidlibet fraudaverit, vel neglexerit, VII. annos pœniteat. tres in pane, & aqua. Si qui cum animalibus peccaverit, qui amplius, quàm triginta annorum fuerit, XV. annos ſubjaceat, communionem mereatur. Requiratur autem qualis ſit eorum vita, ſi mereatur humanius aliquid, inceſſanter ad peccandum. Si perſeveraverit, longam habeat pœnitentiam. Qui autem ſuperiore ætate, & uxores habentes introierunt in hoc peccatum, viginti quinque annis ſubjaceant: ita ut poſt quinque, communionem cum oblatione mereantur. Si autem aliqui, & uxores habentes, & amplius quinquaginta annorum, hoc peccatum fecerint, in exitu vitæ mereantur viaticum accipere.

(b) l. quodlibet.

De ebrietate.

INebriatur igitur quis à vino, ſive cerviſia contra indictum Salvatoris, ac Apoſtolorum ejus, quod ſi votum ſanctitatis habuerit, XL. diebus in pane & aqua culpam diluat: Laicus verò ſeptem diebus pœniteat. Epiſcopus faciens fornicationem degradetur: & ſexdecim annis pœniteat. Presbyter autem & Diaconus fornicationem naturalem faciens Prælato ante Monachi votum tres annos pœniteat. Veniam omni hora roget, ſuperpoſitionem unaquaque hebdomada, exceptis quinquageſimis diebus faciat.

De minutis cauſis.

SI cauſa negligens quis ſacrificium perdat relinquens foris, & ab aliquo devoratur, XL. diebus pœniteat; ſin verò, annum unum pœniteat. Si communicaverit ignorans excommunicatis ab Eccleſia, diebus XL. pœniteat. Si ſacrificium terra tenùs negligendo ceciderit, ſuperpoſitio ſit. Pro bonis rebus offerre debemus; pro malis nequaquam. Presbyteri verò pro ſuis Epiſcopis non prohibentur offerre. Qui præbet ducatum barbaris, tres annos pœniteat. Qui monaſteria exſpoliat, falsò ſe dicere captivos redimere, III. annos pœniteat: & omnia quæ abſtraxit pauperibus donet. Qui manducat carnem animalium, quorum mortem neſcit, tertiam partem anni pœniteat. Priorum inſtituta Patrum noſtrorum promamus: pueri ſoli ſermocinantes & transgredientes inſtituta ſeniorum tribus ſuperpoſitionibus emendentur. Oſculum ſimpliciter facientes ſeptem ſuperpoſitiones. Inlecebroſum oſculum ſine inquinamento VIII. ſuperpoſitiones: cum inquinamento autem; ſive amplexu XV. ſuperpoſitionibus corrigantur.

(c) l. dicenti.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

De dissensibus Sacrificium.

QUi non bene custodit sacrificium, & mus comederit, XL. diebus pœniteat. Qui autem perdiderit suum chrismal, aut solum sacrificium in regione qualibet, ut non inveniatur, III. quadragenas vel annum pœniteat. Perfundens aliquis calicem super altare, quando auferuntur linteamina, VII. diebus pœniteat. Si ceciderit Sacrificium intra mensam, VII. diebus pœniteat. Ut sumens gravatus sacrificium saturitate ventris, XX. diebus pœniteat. Diaconus obliviscens oblationem offerre sine linteamine, donec offeruntur, similiter pœniteat. Si autem in farina, aut in aliquo siccato cibo, sive in melle, sive in lacte inveniantur istæ bestiolæ, quod circa illorum corpora est, foras projiciatur. Qui negligentiam circa sacrificium fecerit, ut sit à vermibus consumptum, quod ad nihilum deveniat, III. quadragenas pœniteat. Si intergrum sit inventum, & in eo fuerit vermis, comburatur; & sic cinis ejus sub altare abscondatur; & qui negligens XL. diebus pœniteat. Si ceciderit sacrificium de manu offerentis terrâ tenus, & inveniatur aliquid; omne quodcunque inventum fuerit in loco in quo ceciderit, comburatur: & cinis sub altare abscondatur: & sacerdos medium annum pœniteat: & si inventum fuerit, ut supra mundetur; & LX. diebus pœniteat. Si usque ad altare tantùm fuerit lapsum, superponat. Si de calice per negligentiam stillaverit aliquid in terram, linguâ lambatur: & tabulâ radatur, & in igne comburatur, & quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister: & linteamen quod tetigit stillam, abluatur vicibus, & III. diebus pœniteat. Si titubaverit sacerdos super Orationem Dominicam, quæ dicitur periculosa, una vice 50 Psalmos, secunda vice, centum plagis. Si autem duxerit viduam patris, vel fratris sui, isti tales non possunt judicari, nisi prius separentur ab invicem. Si quis aliquis expeditione publica occidit hominem sine causa, jejunet hebdomadas viginti unam: si autem forsitan se defendendo, aut parentes suos, aut familias suas, occidisset aliquem, ille non erit reus: si voluerit jejunare, in illius potestate est, qui coactus hoc fecit. Si homicidium in pace fecerit, & non fuerit turbata (a) pro potestatem aut inimicitiæ causam, ut res ejus capiat, jejunet hebdomadas 28. & res ejus quem occidit, reddat uxori, vel filiis. Si quis autem ad pœnitentiam venit, & ægritudo everterit, & non potuerit adimplere, quod illi mandatum est à sacerdote, suscipiatur ad sanctam communionem: & si voluerit eum Deus salvare, jejunet postea. Si quis non pœnitet, & forsitan ceciderit in ægritudinem, & quæsierit communicare, non prohibeatur, sed date ei sanctam communionem, & mandate ei, ut si placuerit Dei misericordiæ, & evaserit de ipsa ægritudine, postea omnia sit confessus, & sic pœniteat. Si autem aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui jam sit confessus; & non occurrit, sed occupavit eum mors, sive in via, sive in domo, si est aliquis ex parentibus ejus, pro eo aliquid offerat ad sanctum altare, aut ad redemptionem captivorum, aut ad commemorationem animæ ejus. Si quis accipit filiam uxoris, (b) hic non potestis judicare, nisi prius separentur. Postquam separati fuerint, unicuique eorum imponas hebdomadas quatuordecim, & iterum nunquam se jungant. Si autem voluerint nubere, sive vir, sive mulier, potestatem habeat, sed non illa, qui dimisit. Si quis acceperit cognatam, aut novercam, aut avunculi viduam, & hic qui uxorem patris sui, aut sororem suæ uxoris, grande judicium canonicè damnetur. Si quis [aliquis] dum infans est, per ignorantiam gustaverit, de iis, quæ fuerint immolata idolis, aut morticinium, aut aliquid abominabile, idem jejunet hebdomadas tres. Propter fornicationem autem multi nesciunt numerum mulierum cum quibus fornicati sunt, illi jejunent hebdomadas quinquaginta. Si autem nesciens manducavit idolis immolatum, aut morticinum, dabitur illi venia, quoniam nesciens hoc fecit: tamen jejunet hebdomadas tres. Si quis nolendo parentibus occidit hominem, jejunet hebdomadas 8. Si quis per necessitatem furaverit cibaria, vel vestem, sive quadrupedem per famem, aut per nuditatem illi venia datur. Jejunet hebdomadas 4. Si reddiderit, non cogatis jejunare. Si quis caballum, aut bovem, aut jumentum, vel vaccam furaverit, sive cibaria, aut pecora, quæ totam familiam nutriunt, jejunet, ut supra. Si qua mulier deceperit matris suæ maritum, illa non potest judicari, donec relinquat eum. Cum separati fuerint, jejunet hebdomadas quatuordecim. Si quis legitimam uxorem habens dimiserit illam, & aliam duxit, illa quam duxit, non est illius. Non manducet neque bibat, neque omnino in sermone sit cum illa, quam male accepit; neque cum parentibus illius. Ipsi autem si consenserint, sint excommunicati. Si mulier suaserit alteri mulieri maritum, sit excommunicata à Christianis. Si quis Christianorum Christianum viderit ambulantem vel oberrantem parentem suum vendiderit, ille non est dignus inter Christianos requiem habere, donec redimat eum. Si autem non potuerit invenire locum ubi sit, pretium quod accepit, det pro eo, & alium

(a) l. per.

(b) l. hos.

Digitized by Google

alium redimat de servitute, & jejunet hebdomadas. 28. Si cujuslibet hominis mortua fuerit uxor, habet potestatem accipere alteram, similiter & mulier. Si tertium acceperit, jejunet hebdomadas tres, si quartum, aut quintum acceperit, jejunet hebdomadas 21. Si quis comas incidit, aut faciem suam laniaverit cum gladio, aut (a) ungulas post mortem parentum, jejunet hebdomadas quatuor: & postquam jejunaverit, sic communicet. Si qua mulier prægnans voluerit jejunare, potestatem habet. Herbarius vir aut mulier interfectores infantum in extremum vitæ cum venerint, si quesierint pœnitentiam cum luctu ac fletu lacrymarum.* Si cessaverit suscipere eum, jejunet hebdomadas 30. Si quis canis aut vulpis, sive acceptor mortificaverint: sive de fuste, sive de lapide, sive sagitta, quæ non habet ferrum, mortuum fuerit, hæc omnia suffocata sunt, non manducentur: & qui manducaverit, jejunet hebdomadas sex. Si quis sagittà percusserit cervum, sive aliud animal, & post tertium diem inventum fuerit, & forsitan ex eo lupus, ursus, canis, aut vulpes gustaverit, nemo manducet, & qui manducaverit, jejunet hebdomadas 4. Si gallina in puteo mortua fuerit, puteus evacuetur: si sciens ex eo biberit, jejunet hebdomada una. Si quis mus aut gallina, aut aliquid ceciderit in vino, aut in (b) aliqua, de hoc nullus bibat. Si in oleum aut mel ceciderit, oleum expendatur in lucernam, mel verò in medicinam, vel in aliam necessitatem. Si piscis mortuus fuerit in piscinâ non manducetur: qui manducaverit, jejunet hebdomadas 4. Si porcus vel gallina manducaverit de corpore hominum, non manducetur; neque servetur ad semen, sed occidatur, & canibus tradatur. Si quis lupus plagaverit animal, & mortuum fuerit, nemo manducet: & si vixerit, & postea eum homo occiderit, manducetur. Sive cum capta, sive cum pecore, aut cum alio animali si peccaverit homo cum (c) ea, nemo manducet carnem ejus: sed occidatur, & canibus tradatur. Si voluerit pro animâ suâ dare eleemosynam de his pecuniis, quod fuit de præda, suam egit pœnitentiam, potestatem habet.

SÆC. IX. ANNO 825.

(a) l. *unguis.*

(b) l. *aqua.*

(c) l. *eo.*

Explicit.

ADMONITIO MORINI.

ANtiqui authores sæpius hunc Pœnitentialem Romanum citant. Reginonis manuscripta canonum collectio ante septingentos & aliquot annos elaborata, citat ex Pœnitentiali Romano titulum, ut hic habetur, Qualiter suscipere debent, &c. cum magna parte eorum quæ sequuntur usque ad primam orationem, licet Burchardus lib. 19. *c.* 53. *& Ivo parte* 15. *cap.* 51. *hæc Theodoro tribuant. Burchardus tamen eodem libro, cap.* 134. 153. *&* 154. *& Ivo eadem parte, cap.* 161. *&* 162. *ista verba.* Sicut enim sacrificium offerre non debent, & quæ sequuntur, *ibidem in eodem Pœnitentiali contenta referunt ut ex Pœnitentiali Romano decerpta, fieri facilè potest ut in utroque deprehendantur. Cum enim Pœnitentiales omnes eandem omnino materiam, & eodem modo tractent, non modò idem sensus, sed etiam eadem verba facilè concurrere possunt. Orationem illam integram quæ sequitur, refert quoque eadem Reginonis collectio ex eodem Pœnitentiali. Verùm hæc addit,* ut det illis spiritum conpunctionis, ut resipiscant, à Diaboli laqueis à quo adstricti tenentur, & ad te per condignam satisfactionem revertantur: *quæ etiam habet Burchardus initio lib.* 19. Hæc verba quæ orationem statim sequuntur, & unumquemque hominem accedentem, &c. *usque ad finem prologi, omnia referunt Burchard. lib.* 19. *cap.* 32. *& Ivo part.* 15. *cap.* 50. *ex Pœnitentiali Romano.* Hæc verba cap. 4. Si quis clericus furtum fecerit, &c. *usque ad tres annos pœniteat, refert velut ex Pœnitentiali Romano Pœnitentialis primus ab Antonio Augustino editus titulo* 4. *cap.* 10. *Item ista cap.* 10. *Si ceciderit sacrificium, &c. usque ad* 40. *dies pœniteat; refert idem Pœnitentialis velut ex Romano tit.* 5. *cap.* 11. *Qui ad hæc mentem advertere voluerit, multa alia deprehendet, sed hæc nobis sufficiant. Nonnullæ mendæ sunt quas antiquus exscriptor commisit, aut ex codice jam mendoso exscripsit; aut quod probabilius, utrumque conjungendum. Eas lector pro genio suo corriget: Eæ enim nihil officiunt fini quem nobis in istius Pœnitentialis editione proposuimus. Eum tantùm admonebo in titulo cap.* 10. *legendum videri, De defectibus in sacrificio, vel quid simile.*

Digitized by Google

POENITENTIALE HALITGARII,

SIVE ALTERIUS

INCERTI AUTORIS,

Ubi præter cætera, etiam eſt

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ,

Nunquam Edita.

CANISIUS AD LECTOREM.

Sæc. IX. Anno 825.

IStum titulum poſui ex conjectura: nam ſine ullo titulo hæc, quæ ſequuntur, reperimus in eodem codice, in quo inerant quinque libri Halitgarii, immediate ſubjuncta. Num collecta & ex variis excerpta ſint ab ipſo Halitgario, affirmare non habeo: licet probabile ſit: nam eodem modo ex S. Proſpero & aliis collecta ſunt, ſicut conſuevit Halitgarius facere. Hoc certum duco, non ſpectare tanquam partem ad ſupradictos quinque libros. Quia tamen pertinent ad pœnitentiam ritè peragendam, præceptioneſque vitia fugiendi perquam ſalutares continent, omnino Halitgarii libris adjungenda erant, ideoque Pœnitentiale appellavi. Quæ ex S. Gregorio, & S. Proſpero adferuntur, jam publici ſunt juris, ut & Epiſtola Iſidori, quam integram nobis exhibet recentior & auctior operum Iſidori Editio. Epiſtolam Hormisdæ inter alias ejuſdem Pontificis in Tomum primum Epiſtolarum decretalium relatas reperire non potuimus.

POENI-

Digitized by Google

POENITENTIALE HALITGARII,

SIVE ALTERIUS.

INCERTI AUTORIS,

Ubi præter cætera, etiam eſt

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ.

ORATIO.

DOmine Deus omnipotens propitius eſto mihi peccatori, ut condignè poſſim tibi gratias agere, qui me indignum, propter tuam miſericordiam, miniſtrum feciſti officio ſacerdotali: & me exiguum, humilemque mediatorem conſtituiſti ad ad orandum, & intercedendum ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro peccantibus, & ad pœnitentiam revertentibus: ideoque dominator Domine, qui omnes homines vis ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, ſed ut convertantur, & vivant: ſuſcipe orationem meam; quam fundo ante conſpectum clementiæ tuæ pro famulis, & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. SÆC. IX. ANNO 825.

Incipit Oratio ad dandam pœnitentiam.

IN primis dic Pſalmum XXXVII. totum, *Domine ne in furore tuo arguas me.*
Et poſtea dic orationem.
Et dic Pſalmum CII. *Benedic anima mea Domino*, uſque, *Renovabitur ut aquilæ juventus tua.*
Et iterum dic orationem.
Et dic Pſalmum I. *Miſerere mei Deus*, uſque, *Et omnes iniquitates meas dele.*
Poſt hæc Pſalmum dic LIII. *Deus in nomine tuo.*
Et dic orationem.
Et dic Pſalmum LI. *Quid gloriaris in malitia*, uſque, *Videbunt juſti, & timebunt.*
Et dic:

Oremus.

DEus, cujus indulgentia nemo non indiget: memento Domine famulo tuo N. & qui lubrica, terrenique corporis fragilitate nudatus, quæſumus, ut des veniam confitenti: parce ſupplici: ut qui noſtris meritis accuſamur, tua miſeratione ſolvamur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Alia.

DEus, ſub cujus oculis omne cor trepidat, omneſque conſcientiæ contremiſcunt, propitiare omnium gemitibus, & cunctorum medere vulneribus. Et ſicut nemo noſtrum eſt liber à culpa, ita nemo ſit alienus à venia, Per Dominum.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Item Oratio.

DEus infinitæ miſericordiæ, veritatiſque immenſæ, propitiare iniquitatibus noſtris, & omnibus animarum noſtrarum medere languoribus, ut miſerationum tuarum remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. Per Dominum.

Item Oratio.

PRecor Domine clementiæ & miſericordiæ tuæ majeſtatem, ut famulo tuo N. peccata, & facinora ſua confitenti veniam relaxare digneris, & præteritorum criminum culpas indulgeas: qui humeris tuis ovem perditam reduxiſti, & publicani preces, confeſſione placatus, exaudiſti: Tu etiam huic famulo tuo placare Domine; Tu, hujus precibus benignus adſpira: ut in confeſſione placabilis permaneat: fletus ejus, & petitio per perpetuam clementiam tuam celeriter exoret, ſanctiſque altaribus, & ſacrariis reſtitutus, ſpei rurſum æternæ, & cœleſti gloriæ mancipetur. Per Dominum.

Item oratio: manus impoſitio.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jeſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum, vulnera noſtra curare dignatus es; te ſupplices rogamus, & petimus, nos humiles tui Sacerdotes, ut precibus noſtris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, remittaſque omnia crimina, & peccata univerſa condones: deſque huic famulo tuo Domine pro ſupplicio veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam, ipſe à cœleſtis (a) apicis devolutus eſt, & de tua miſericordia confidens, ad bonam pacem præmiis tui, atque cœleſtia pervenire mereamur ad vitam æternam. Per Dominum.

(a) fort. cœleſtiarcis.

Incipit reconciliatio Pœnitentis quintæ feriæ Paſchæ.

IN primis dicat Pſalmum L. cum Antiphona, *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

Oratio.

DEus humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſſime reformator: quia in reconciliatione lapſorum, etiam (b) ego, qui miſericordiam tuam primus indigeo, ſervire effectibus gratiæ tuæ per miniſterium ſacerdotale voluiſti, ut ceſſante merito ſupplicis, mirabilior fieret clementia redemptoris. Per Dominum noſtrum.

(b) Me, fortè.

Item Alia.

OMnipotens ſempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa: ut non plus ei noceat conſcientiæ reatus ad pœnam, quam indulgentia tuæ pietatis ad veniam. Per Dominum.

Alia.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confeſſione celeri poſuiſti, ſuccurre lapſis, miſerere confeſſis, ut quod delictorum catena conſtringit, magnitudo tuæ pietatis abſolvat. Per Dominum.

Oratio ſuper infirmum

DEus qui famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donaſti, ita & famulum tuum N. à lecto ægritudinis tua magnitudo erigat ad ſalutem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT

EPISTOLA HORMISDÆ PAPÆ

PER

UNIVERSAS PROVINCIAS.

ECce manifeſtiſſimè conſtat, quia ſecundum titulos antiquorum Patrum, à ſancto Joanne Papa transmiſſos, & trecentorum decem & octo Epiſcoporum ſententias, ſed & Canones Gallicani Concilii continêri videntur. SÆC. IX. ANNO 825.

Clerici in adulterio deprehenſi, & aut ipſi confeſſi, aut ab aliis convicti, ad honorem redire non poſſunt. Et quia fortè non deſunt, quibus vel pro nimia pietate ſupraſcripta ſanctorum Patrum ſeveritas minimè placet, ſciant ſe trecentorum decem & octo Epiſcoporum, & qui reliquos canones ſtatuerunt ſententias reprehendere, vel damnare. Sed fortè major eſt in illis pietas, quàm in ſupradictis CCC. XVIII. Epiſcopis, major in illis miſericordia, quàm in ſancto Joanne Apoſtolico Papa, major caritas, quàm in reliquis ſacerdotibus, qui hoc per exempla, vel remedia Eccleſiarum, ſuis diffinitionibus deliberaverunt. Et ideo aut per promptam voluntatem præceptis illorum conſentiant: aut, ſi non fecerint, omnibus contrarios ſe, & inimicos eſſe cognoſcant. Quæ eſt iſta inimica benignitas? palpare criminoſos, & vulnera eorum uſque ad diem judicii incurata ſervare? Quod ſi etiam eos duriſſima pœnitentia per plures annos agere viderint: ſic idipſum & ſaluti eorum conſulere, & canonum debemus ſtatuta ſervare. Cùm verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec inſtantia orandi, vel plangendi appareat: nec beatum David imitentur, qui dixit: *Lævabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrimis ſtratum meum rigabo*, & illud; *cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebo.* Nec eos jejuniis, vel lectioni vacare videamus, poſſumus agnoſcere, ſi ad honorem priſtinum redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto tepore, & inimica animæ ſecuritate permaneant credentes, quod ſic eis non acta pœnitentia digna dimiſerit Deus, quomodo ſacerdotes indulſiſſe vident. Verè dico, quia illi ipſi quibus cum periculoſa & falſa miſericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi advenerint contra nos ipſos cauſas dicturi ſunt dicentes: quod, dum aut aſperitatem linguæ eorum expavimus: aut falſa blandimenta, & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus: nos eos, dum illis (a) inutilitatem indulgemus in peccatis permanere, aut ipſa peccata etiam augere permiſerimus: nec recordantes illud, quod in veteri Teſtamento ſcriptum eſt: quia per unum peccantem contra omnes ira Dei deſævit. O pietas! O miſericordia! Uni parcere, & omnes per exemplum malum, in diſcrimen adducere. Non ita ſuadet ſanctus, & beatiſſimus Cyprianus martyr dicens: Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem ſubminiſtrat. Nec perimit delicta illi, ſed fovet iterum, imperitus medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat: & abſconditum in profundis feceſſibus virus, dum ſervat, exaggerat. Unde & ſanctus Joannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus arguit dicens: Imperitus medicus eſt, qui indigeſta putredine ſuperducis vulneri cicatricem.

Pſal. 6. 7. *Pſal.* 110. 10.

(a) *inutiliter* fortè leg.

Et ideo diligenter perpendite, ſi aut poteſt, aut debet fieri, aut tantorum, aut talium, quod ſupra memoravimus, ſacerdotum, canones contemnentes, aliter, quod illi ſtatuerunt, obſervare, vel agere præſumamus: præcipue cùm ſe illorum trecentorum decem, & octo Epiſcoporum, qui per omnes Eccleſias concilia fieri præceperunt, tam ſancta decreta negleximus; non illos ſolos deſpicimus, ſed &, ſicut ſupradictum eſt, & Africanos, & omnes reliquos, qui ipſis ordinantibus per totum mundum, per Eccleſiaſticam diſciplinam aliquid ſtatuerunt, cum peccato animæ noſtræ con-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

contemnimus. Ego me in hoc periculo immittere non audeo: quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præsúmam. Nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi, contra tantos, ac tales sanctos sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque, qualiter sentire, vel observare disponit, qualiter possit in die judicii reddere rationem. Ego, in quantum vires Deus dignatur dare, studere volo eorum præceptionibus, & obaudire: quia cum talibus, non rixas, sed pacem, ex qualicunque parte habere desidero. Et hoc diligenter adtendendum est. Quod si, secundum quod scriptum est, illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ab integro ab officio suspendantur. Quod si etiam dicam & internuptiarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, Clerici tamen ordinari non possunt: aut, si ordinati fuerint, dejiciantur. De quibus sanctus Faustus Episcopus in Epistola sua dixit: *Perdit gratiam consecrati, quid ad officium vult exercitari mariti.* Cum hæc ita sint, qua conscientia quisque dicere poterit, quod ille, qui adulterium commiserit, iterum ad honorem venire poterit. Hoc loco, si aliquis fuerit, qui dicat; Ergò negas misericordiam Dei, qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat?* Et illud; *Nunquid, qui cadit, non adjiciet, ut resurgat?* Et illud: *Peccator in quacunque die conversus fuerit, omnes iniquitates ejus oblivione tradentur.* Sed ad hæc voce libera respondere & possumus, & debemus. Absit à nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Diffinitissimè enim credimus, quod quisque ad finem vitæ suæ pœnitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiet, sed etiam ad præmia æterna perveniet. Propter regulam tamen ecclesiasticam, & propter antiquorum Patrum instituta, quod absit à nobis, aut reprehendere, aut discutere audeamus. Cumque credimus ad vitam æternam post beatam pœnitentiam venire; ad honorem clericatus secundum tantorum patrum præcepta novimus non debere reverti, in tantum, ut in canonibus scriptum est; ne ullus unquam pœnitens clericus ordinetur. Et, si ille, qui ultrò petit pœnitentiam, quamvis eam perfectè egit, non potest Episcopus, aut presbyter ordinari: ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur pœnitentiam accepisse, dejiciatur ille, qui invitus ad pœnitentiam agendam in monasterium mittitur, & utique quid aliud, quàm pœnitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi aliam quamlibet contra auctoritatem Sedis Apostolicæ: vel contra trecentorum decem & octo Episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta objiciat: quia quidquid contra illorum diffinitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valdè enim metuo, & contremisco illam damnationem, quam ille sacerdos, propter stultam indulgentiam, accipere meruit, qui pro eo, quod filios suos negligenter castigavit, & eos nec cædere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, & XXX. millia de populo interfecti sunt, & Arca Testamenti capta est, & ipse, retro cadens fractis cervicibus mortuus est, & nomen ipsius de libro vitæ deletum est. &c. Contra Phinees, qui pro eo, quod zelo Dei commotus, duos adulteros pariter interfecit, totum populum de Dei iracundia liberavit. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum sacerdotes Domini debeant vindicare: sed quia melius est, (a) unusquisque parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam, vel confusionem sustineat, quàm postea ad supplicia æterna perveniat. Et multum ei utilius est, propter aliorum exemplum, quàmdiu vivit, remotus ab honore pœnitentiam agat, & remedium sibi in diem necessitatis adquirat. Quicunque parvitati meæ in hac causa voluerit onerosus existere, aliud responsum dare non delibero, nisi quod supradicti canones continere videntur.

1. Reg. 2.

(a) Ut, videtur in M.s. desiderari.

EX LIBRO

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

EX LIBRO PROSPERI,

Quantum remedii habeat CONFESSIO PECCATORUM,

Et quale mereatur occultatio doloſa ſupplicium.

HUc accedit, quod & ipſa peccata ſic habentur occulta, vel aliena nobis, vel aliis noſtra, ut plerumque & ſanctus inter peccatores lateat, & famam ſancti peccator obtineat. Innocentem ſi ſe tueri non poteſt, ſuſpicio judicis incauta condemnat: & reum calliditas ingenii vivacis excuſat. Veruntamen non divinum, ſed humanum fallunt iſta judicium. Et quid mirum, ſi animos aliorum, quales ſint, ſine confeſſione ipſorum neſcimus, cùm nos ipſos ita diu noverimus; & quales futuri ſimus craſtino neſciamus. Cum verò nobis fratres quilibet peccata ſua, tanquam medicis vulnera quibus corrigantur, aperiunt; operam dare debemus, ut quantocyus ad ſanitatem, Deo auctore, perveniant, ne in pejus diſſimulata curatione proficiant. Et autem crimina quorumlibet, ſi ex ipſis criminoſis confiteri nolentibus undecunque claverint, quæcunque non fuerint patientiæ leni medicamento ſanata, velut igni quodam piæ increpationis urenda ſunt, & curanda. Proſper. *lib. 2. de vita contemplat. cap. 7.*

Quod ſi nec ſic quidem æquanimiter ſuſtinentis, ac piè increpationis medela (a) proceſſerit in eis, qui diu portati, & ſalubriter objurgati, corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi. Ne, ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis, putredinis ſuæ contagione corrumpit; ita iſti, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt; ſi moribus depravatis in ſanctorum ſocietate permanſerint; eos exemplo perditionis ſuæ inficiant. Porrò illi, quorum peccata (b) humanæ notitiæ, nec ab ipſis confeſſa, nec ab aliis publicata, ſi ea confiteri, vel emendare noluerint, Deum quem habent teſtem, ipſum habituri ſunt & ultorem. Et quid eis prodeſt humanum vitare judicium, cùm, ſi in malo ſuo permanſerint, ituri ſint in æternum, Deo retribuente, ſupplicium? Quod ſi ipſi ſibi judices fiant, & velut ſuæ iniquitatis ultores hîc in ſe voluntariam pœnam ſeveriſſimæ animadverſionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna ſupplicia, & lacrimis ex vera cordis compunctione fluentibus reſtinguent æterni ignis incendia. At hi, qui in aliquo gradu Eccleſiaſtico conſtituti aliquod occultè crimen admittunt, ipſi ſe vana perſuaſione decipiunt, ſi eis videtur propterea communicare, & officium ſuum implere debere, quod homines occultatione ſui criminis fallunt. Exceptis enim peccatis, quæ tam parva ſunt, ut caveri non poſſint, pro quibus expiandis quotidie Deo clamamus, & dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Illa crimina caveantur, quæ publicata ſuos auctores humano faciunt damnari judicio: qui autem ea commiſerint, & ideo prodere metuunt, ne ſententiam juſtæ excommunicationis accipiant, ſine cauſa communicant. Imò verò dupliciter contra ſe iram divinæ indignationis exaggerant: quod & hominibus innocentiam fingunt, & contempto Dei judicio, abſtinere ſe ab altari propter homines erubeſcunt. Quapropter facilius Deum ſibi placabunt illi, qui non humano convicti judicio, ſed ultrò crimen agnoſcunt; qui, aut propriis illud confeſſionibus produnt: aut neſcientibus, quales occultè ſint, ipſi in ſe voluntariæ excommunicationis ſententiam ferunt, & ab altari, cui miniſtrabant, non in animo, ſed officio ſeparati, vitam ſuam tanquam mortuam plangunt: certi, quod reconciliato ſibi efficacis pœnitentiæ fructibus, Deo, non ſolum amiſſa recipient, ſed etiam cives ſupernæ civitatis effecti, ad gaudia ſempiterna perveniant. Amen.

(a) Proſp. vulg. *Proficerit.*

(b) Proſp. *humanam notitiam latent.*

Digitized by Google

EPISTOLA GREGORII, SECUNDINO

Servo Dei missa.

SÆC. IX. ANNO 825.

NAm tua (*a*) sanctitas inde à nobis requisivit, ut tibi de sacerdotali officio post lapsum (*b*) resurgendi, dum dicis, de hoc canones diversos te legisse, divisasque sententias, aliâs resurgendi, aliâs nequaquam posse. (*c*) Ideo nos generalissima qui à Nicæno incipientes, cum reliquis quatuor veneramur: quia ipsum (*d*) sequentes in cunctis sententiis unanimes concordantur. Nam & nos præcedentes nobis patres sequimur: qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes, usque in quartum altaris ministrum, hanc formam servandam cognoscimus: ut sicut minorem major præcedit in honore, ita & in crimine, & quem major sequitur culpa, majori plectatur vindicta, & post pœnitentia credatur fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illa habitare? post dignam satisfactionem credimus posse venire ad honorem, Propheta dicente: *Numquid qui cadit, non adjiciet, ut resurgat?* Et: *Qui aversus est, non revertetur?* Et peccatori ait: *In quacunque die conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Unde & Psalmista ait: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me à facie tua; & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Dum enim petit, ne à Domino projiceretur pro lapsi culpa, alienam rex & Propheta simul rapuisse uxorem tremefactus expavit, Propheta indicante flagitium suum pœnitentiam agens addidit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Si enim se, dignamque Deo pœnitentiam non fecisset: nequaquam aliis prædicaret. Ait enim: *Docebo iniquos vias tuas, & impii, ad te convertentur.* Dum enim peccata sua prospexit Propheta mundatus per pœnitentiam, non dubitavit prædicando curare aliena, & sacrificium de semetipso offerre Deo studuit cum dicebat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Ad hoc ista sufficerent. Sed omnis sententia, quo plus sacræ scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim Propheta dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* De hoc peccantibus dicit: *Peccator in quacunque die ingemuerit, omnes iniquitates ejus in oblivione tradentur. Si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed justificare venit, in oblivione peccantium dereliquit delicta;* quis hominum, condemnanda reservet, cum Apostolus dicat: *Si Deus justificat, quis est, qui condemnet?* Ad fontem misericordiæ recurrentes Evangelicam proferamus sententiam: *Gaudebunt*, inquit, *super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justos, qui non indigent pœnitentia:* & ovem perditam nonaginta novem non errantibus relictis, (*e*) humero ad ovile reportandam: si ovis errans propter inventionem ad ovile humero reportatur, (*f*) cur, precor, pœna ad Ecclesiæ ministerium non revocetur? Quid enim est gravius, carnale delictum admittere sine quo è multis pauci inveniuntur, aut Dei filium timendo negare? in quo verbo hunc ipsum beatum Principem Apostolorum Petrum, ad cujus nunc corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia sequuta est: & post pœnitentiam, misericordia data: quia illum ab Apostolatu non expulit, qui ante seipsum negare prædixit. Tibi hæc, fili charissime, dicta sufficiant; ut illum, quem conspicis delicta fletu delere, in conspectu divinitatis non dubites misericordiam consequi, quod nullum peccantem reversum despicit, qui peccatores sanguine redimere venit.

Psal. 40. Jerem. 8. Isai. 30. Psal. 50. Ezech. 18. Rom. 8. Luc. 15.

INCIPIT

(*a*) Fragmentum est Epistolæ S. Greg. Magni lib. 7. Epist. 54. dignum quod propter varias Lectiones conferatur.

(*b*) Edit. Roman. resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc Can.

(*c*) Edit. Roman. Ideo sanctas nos generales Synodos à Nicæna incipientes, hanc cum n.

(*d*) Sequentes, ceteræ in cunctis Canonicis sent. unanimiter.

(*e*) Vulg. humero pii pastoris ad ovile reportatam Dominus ipse testatur.

(*f*) Vulg. cur ille post pœnitentiam ad Ecclesiæ ministerium lapsus non revocetur? Sicut in Apocalypsi dicitur de ministerio Ecclesiæ: Memento unde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Quid enim &c.

Digitized by Google

INCIPIT EPISTOLA (a) HISIDORI EPISCOPI AD MASONEM (b) EPISCOPUM

De Reſtauratione (c) Sacerdotis.

Domino ſancto, (d) *meritiſque beato fratri* Maſoni Epiſcopo, Iſidorus (e) Epiſcopus.

VEniente (f) ad nos famulo veſtro viro religioſo Nicetio, literas honorificentiæ veſtræ nobis detulit: in quibus agnitio ſalutis veſtræ nihilo minus perpatuit; maximè per eum portitorem, cujus lingua, Epiſtola vivens erat. Unde pro ſalute veſtra gratiarum actionibus Deo noſtro repenſis in quantum valuit mediocritas noſtra (g) vicem inquiſitionis ſtuduimus poſcentes veſtrorum meritorum ſuffragiis, divinis commendari conſpectibus. Verùm quod ſequenter (h) in epiſtolis venerabilis (i) fraternitas tua innotuit, (k) nulla eſt in hujus modi ſententiis decretorum diverſitas intelligenda: quod alibi legitur, in lapſu corporali reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam. Alibi poſt hujusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hæc enim diverſitas hoc modo diſtin- SÆC. IX. ANNO 825.

(a) Fragmentum hujus Epiſtolæ Iſidori, quam Halitgarius, ſive alius quispiam in Pœnitentiale hoc una cum aliis congeſſit, extat in libro pœnitentium Rabani Mauri cap. 1. quem Antonius Auguſtinus Archiep. Tarraconenſis, antiquitatis peritiſſimus, una cum aliis Pœnitentialibus Antiquis edidit, & notis illuſtravit. Item apud Gratianum diſt. 50. cap. 28. Domino ſancto; apud Burchardum lib. 19 cap. 73. & Ivonem l. 3. tit. 11. c. 17. & alios. Sed Jacobus du Preul monachus S. Germani à pratis adornavit recentem editionem operum S. Iſidori, hancque Epiſtolam, quæ prius mutila extabat, integram dedit. Nos vero, quia præter membranas m. s. Halitgarii in quibus hæc epiſtola erat, nacti etiam ſumus ex Weingartenſi monaſterio alias membranas m. s. ubi hæc itidem Epiſtola eſt; ideo dignum cenſuimus varias lectiones annotare. CANIS.

H, I, R, W denotat. H Membranas m. S. Galli in quibus Halitgarius continetur. I Iſidori recentem editionem Jacobi du Preul. R Rabani Mauri librum pœnitentium, ubi hæc Epiſtola Iſidori. W Weingartenſes membranas M. s.

(b) *Ad Maſonem*] Ita & W. Item 33. q. 2. c. 11. quæ lectio omnium maxime placet. Burchardus lib. 19. cap 73. vocat Maſſonem. Rabanus & Panorm. Maſſionem. Maſſanum edit. recens. I. & Gratianus diſt. 50. cap. 28. & Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 17. Alii Maſonum & Maſſenum vocant: quas varias lectiones vide in notis Antonii Auguſtini ad librum pœnit. Rabani. CANIS.

(c) *De reſtauratione Sacerdotis*] Ita H. Sed I. de lapſu Sacerdotis & reparatione. CAN.

(d) *Domino ſancto*] I. Domino verè ſancto. W. Domino ſuo, meritiſque beato. CAN.

(e) *Iſidorus*] H. Hiſidorum aliquoties vocat, licet & Iſidorum. W. Yſidorum appellat. CAN.

(f) *Veniente ad nos*] Sic & W. niſi quod vocat Nicecium. I. veniens ad nos famulus veſter, vir religioſus Nicetius. CAN.

(g) *Mediocritas noſtra*] W. mediocritas noſtra vice inquiſitionis ſtuduimus p. v. m. s. divinis nos commendare conſpectibus. I. mediocritas noſtra inquiſitioni veſtræ ſtuduit reſpondere: poſcentes veſtrorum meritorum ſuffragiis, divinis nos commendare c. CAN.

(h) *Sequenter*] Ita H & I. ſed G. conſequenter. CAN.

(i) *Venerabilis*] Ita & W. in I. hæc vox abeſt. CAN.

(k) *Innotuit*] W. innotuit; nulla eſt in hujusmodi ſententiis decretorum diverſitas intelligenda. Quod alibi legitur, id eſt, in Canone Anquirano cap. 19. poſt lapſum corporalem reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam. Alibi verò legitur: Poſt hujusmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Paulo aliter legit I. & R. CANIS.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

distinguitur. Illos enim ad pristinos officii gradus (*a*) redire canon præcipit, quos pœnitentiæ præcesserit satisfactio, vel digna peccatorum confessio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis emendantur, ad hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur; nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergò ita est utraque dirimenda sententia, ut necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem meruerunt divinæ pietatis. Hi nec immeritò consequuntur ademptæ dignitatis (*b*) statum, qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur vitæ remedium. Id enim, ne fortè magis ambiguum sit, divinæ auctoritatis sententia con-

Ezech. 16. firmetur. Ezechiel enim Propheta sub typo prævaricatricis Hierusalem ostendit, post pœnitentiæ satisfactionem pristinum restaurari honorem. *Confundere*, inquit, *ô Juda, & porta ignominiam tuam.* Et post paulum: *Et tu*, inquit, *& filia tua revertimini ad antiquitatem vestram.* Quod dixit, *Confundere*, ostendit, *post confusionem*, (*c*) id est *peccati opus, debere quenquam erubescere: &, pro admissis sceleribus, verecundam frontem humi prostratam demergere pro eo, quod dignum confusionis perpetraverit opus.* Deinde præcipit, ut portet ignominiam, (*d*) id est, dehonorationem nominis, sive dignitatis. Ergò, dum quisque post opera confusionis suæ lugens cum humilitate por-

Apoc. 2. taverit, revocari secundum Prophetam ad priorem statum. Item Joannes Evangelista angelo Ephesi Ecclesiæ inter cætera simile quiddam scribit: *Memor esto, unde ceciderís, & age pœnitentiam, & prima tua opera fac: alioquin venio tibi, & movebo candelabrum de loco suo.* In Evangelio Ecclesiæ præpositum, id est, sacerdotem ostendit:

Malach. 2. juxta Malachiam, qui dicit: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam: & legem exquirent de ore ejus, quia angelus* (*a*) *Domini est.* Præpositus ergò lapsus in vitium, per Evan-

(*a*) Domini exercituum est.

gelistam monetur, ut memor sit, unde ceciderit, & pœnitentiam agat, & prima faciat opera, ut non moveatur candelabrum. Nam candelabrum angeli, doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur, juxta quod scriptum est apud

1. Reg. 3. Samuelem in damnationem Heli: *Oculi ejus caligaverant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam exstingueretur.* Lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate sacerdotali pollens justitiæ claritate fulgebat. Exstinctam Propheta asserit, dum ob scelera filiorum, sacerdotii potestatem, meritorumque lumen amisit. Candelabrum ergò, sive lucerna sacerdotis, (quæ intelliguntur (*e*) charismata honoris) tunc pœnitus juxta Joannem exstinguitur, vel movetur, quando post delicti casum, neglecta pœnitentia, admissa scelera non deflentur. (*f*) Non enim dixit, *Pro eo, quod cecidisti, commovebo candelabrum tuum*, sed: *Nisi pœnitentiam egeris, movebo candelabrum tuum.* Ergo quemquam (*g*) præpositum peccantem, si superveniret pœnitentia delicti, utique se-

Prov. 28. queretur & reparatio meriti. Et in Proverbiis: *Qui abscondit scelera sua, non dirige-*

33. qu. 2. Hoc ipsum. *tur. Qui confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur*, Nam & ipsum quod canonum censura post septem annos remeare pœnitentem in statum pristinum præcipit, non hoc ex electione proprii (*h*) arbitrii patres, sed potius ex sententia divini judicii sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Moysi (*i*) Prophetissa, dum obtrectationis adversum Moysen incurrisset delictum, illicò stigmate lepræ perfusa est. Cumque peteret Moyses, ut emendaretur, præcepit eam Deus extra castra septem diebus egredi, & post emendationem rursus eam in castra admittit. Maria ergò soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis: quæ dum superbiæ dedita sordidissimis corruptionum contagiis maculatur, extra castra septem diebus, id est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ septem annis projicitur: quibus post (*k*) emendationem vitiorum, loci, sive pristinæ dignitatis recipit meritum. Ecce, inquantum valuimus, Concilii Anquiritani (*l*) antiquam planè, & plenam auctoritate sententiam sacris testimoniis explanavi; ostendens eum posse restaurare (*m*) proprium honorem, qui per pœnitentiæ satisfactionem novit propria delicta deflere. Eum verò non posse restaurari, qui nec luget, quæ gessit, & lugenda sine ullo pudore religionis vel timore judicii divini committit.

In

(*a*) *Officii gradus*] Ita & W. &. R. vox officii in I. abest. CAN.

(*b*) *Adempta dignitatis*] H. vitiosè honores adepti. d. R. vitiosè, adeptæ dign. CAN.

(*c*) *Post confusionem*] Ita & W. sed R. vitiosè: post confessiones id esse. I. ostendit post peccati opus. CAN.

(*d*) *Ut portet ignominiam*] W. hic copiosius ita legit: ut post ignominiam, id est, dejectionem nominis sive dignitatis, revertatur ad antiquitatem. Ergo dum quisque post opus confusionis suæ confunditur, atque ignominiam portat, & depositionem suam luget cum humilitate, revocari secundum Prophetam. I. ut portet ignominiam depositionis suæ, lugens cum humilitate. Quam si portaverit, revocari secundum Proph. R. ut portet ignominiam depositionis suæ, lugens cum humilitate, quod peccaverat. Sic quoque revocari secundum Prophetam. CAN.

(*e*) *Quæ intelliguntur*] W. quæ intelligitur charissima honoris. CAN.

(*f*) *Non deflentur*] W. non delentur. CAN.

(*g*) *Ergo quenquam*] I. Erga quenquam præpositum peccantem, si prævenerit pœnitentia delicti, utique sequitur & meriti. W. Ergo quanquam p. p. s. p. p. d. utique sequitur & reparatio meriti. R. Ergo q. p. p. s. p. p. d. utique sequitur & venia. C N.

(*h*) *Ex electione proprii*] W. non hoc ex elatione sancti Patres proprii arbitrii. Ubi tamen, vox, elatione, correcta est, & reposita, electione. CAN.

(*i*) *Soror Moysi*] I. & R. soror Aaron. CAN.

(*k*) *Quibus post*] I. & R. ubi post. CAN.

(*l*) *Anquiritani*] W. Anquirani. I. Ancyritani. In R hæc vox abest. CAN.

(*m*) *Posse restaurare*] W. restaurari in proprio ordine. I. ostendens eum proprio honori posse restaurari, qui R. ostendens eum posse restaurari proprio honore. CAN.

Digitized by Google

In finem autem Epiſtolæ hujus hoc adjiciendum, ut quotieſcunque in geſtis concilio- Sæc.
rum diſcors ſententia invenitur, illius Concilii magis teneatur (*a*) ſententia, cujus po- IX.
tius extat auctoritas. Data ſub die (*b*) pridie Kal. Mar. Anno IV. regni Domini Wi- Anno
terici regis. 825.

(*a*) *Magis teneatur*] W. magis tueatur ſententia, cujus antiquior aut potior exſtat auctoritas. Can.

(*b*) *Data ſub die*] Hanc vocem, Data, repoſui ex I. nam H. legit: Dicit ſub die. In ceteris ita legit I. Data ſub die II. Kal. Martii anno III. Regnante domino noſtro Victerico glorioſo Rege. Omnia hæc abſunt in W. & R. In margine I. hæc annotata ſunt. Erat annus Chriſti 609. Nam iſte Victericus regnare cœpit æra 645. id eſt, anno Chriſti 607. Auctores Rodericus Toletanus lib. 2. de rebus Hiſpaniæ cap. 16. & de iiſdem Rodericus Santius parte 2. cap. 22. Item Joan. Vaſæus in ſuo Chronico ſub eodem anno. Can.

SENTENTIA CUJUSDAM DOCTORIS.

Immunditia dicit.

NOn eſt grande facinus ſine concubitu maris, & fœminæ, vel propriis, vel alterius inquinari manibus.

Sed integritas carnis reſpondet.

NOn ſic Apoſtolus. Quid ergò ait: *Neque immundi Regnum Dei poſſidebunt.*

Luxuria dicit.

CUr te in voluptate tua modò non dilatas, cùm quid te ſequatur, ignores. Acceptum tempus in deſideriis perdere non debes: quia quàm citius pertranſeat, neſcis. Si enim miſceri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipſo humani generis exordio, maſculum & feminam non feciſſet.

Sed caſtitas illibata reſpondet.

NOlo ignorare te, fingas, quid poſt hanc vitam recipias. Si enim piè, & caſtè vixeris, ſine fine gaudebis. Si verò impiè, & luxuriosè, æternis incendiis ſubjacebis. Inde autem magis caſtius vivere debes, unde quàm citius tempus acceptum pertranſeat, ignorare dicis: quodque in exordio generis humani ad hoc maſculum & feminam Deum creaſſe profiteris, ut mutuis ſe amplexibus miſcere deberent, omnino veriſſimè dicis. Sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc eſt, qui virginitatem, & caſtimoniam vidualem nequaquam profeſſi ſunt: quibusdam autem non tribuitur, id eſt, qui virgines, vel continentes eſſe decreverunt. Fornicatio verò nulli impunè conceditur: non attendis, an contemnendum putas, quod Apoſtolus lubricis dicit? *Fugite fornicationem fratres: quodcunque enim peccatum fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* Quod ſi hoc parvipendendum exiſtimas, audi quod poſtea in ſempiternum deploras & gemas. *Neque adulteri*, inquit, *neque fornicarii, neque maſculorum concubitores Regnum Dei poſſidebunt.* O quàm parva eſt concubitus hora, qua perditur vita futura. Quod ergò emolumentum affert corpori, quodve tribuit lucrum, qui tàm citò animam ducit ad tartarum.

Spiritalis Fornicatio dicit.

NUmquid aliquid damnandum agit is, qui in corde libidini conſentit, & ad opus concupitæ libidinis non pertranſit?

Et munditia cordis reſpondet

OMninò delinquit, qui animæ caſtimoniam non cuſtodit. Unde & auctor munditiæ in Evangelio dicit; *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo:* quia contra per beatum Job dicitur: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine: quam enim partem haberet Deus in me deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis.* Niſi enim auctori noſtro cogitatio pravi conſenſus diſpliceret, nequaquam per Eſaiam diceret: *Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.* Et in Evangelio Phariſæis, *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* ſed nec Paulus Apoſtolus diceret: *Cogitationum inter ſe accuſantium, aut etiam defendentium, in die, qua judicabit Deus occulta hominum ſecundum Evangelium meum.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

Ex regula ſancti Fructuoſi.

MOnachus parvulorum, aut adoleſcentium conſectator: vel qui oſculo, vel qualibet occaſione turpi deprehenſus fuerit inhiare: comprobata patenter per accuſatores veriſſimos, ſive teſtes, cauſa, publicè verberetur; coronam capitis, quam geſtat, amittat: decalvatuſque turpiter, opprobrium pateat: omniumque ſputamentis oblinitus in facie, probraque æquè ſuſcipiat: vinculiſque arctatus ferreis, carcerali ſex menſibus anguſtia maceretur: & triduana per hebdomadas ſingulas refectione panis exigui hordeacei, veſpertino tempore ſublevetur. Poſt deinde, expletis his menſibus, aliis ſex menſibus, ſuccedentibus ſub ſenioris ſpiritalis cuſtodia ſegregata in corticula degens opere manuum, & oratione continua ſit contentus. Vigiliis, & fletibus, & humilitate ſubjectus, & pœnitentia lamentis veniam percipiat: Et ſub cuſtodia ſemper, & ſolicitudine duorum ſpiritalium fratrum in monaſterio ambulet, nulla privata loquutione, vel conſilio deinceps juvenibus conjungendus.

Plurimi nequaquam pleniter intelligentes judiciorum ſententias in regula ſancti Patris noſtri Benedicti, aliter, quàm præcipit, judicare ſolent. Sciendum itaque eſt: quatuor ibi contineri modos, quibus delinquentium error corrigitur. Primus namque eſt, quem idem Pater Benedictus proprio judicio determinavit, ut eſt, qui per negligentiam tempore conſtituto ad nocturnos non pulſaverit ſignum; unde in oratorio ſatisfieri jubet: &, qui ad officium divinum tardè occurrerit: & qui per negligentiam hora refectionis ad menſam: &, ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit: &, ſi quis dum pronuntiat Pſalmum, aut lectionem, fefellerit: &, qui pro aliqua arte extollitur. Secundus eſt, de ſpiritalibus rebus: unde ipſe dicit; Si quis frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans: vel in aliquo, id eſt, ſpiritali tantùm contrarius exiſtens ſanctæ regulæ, qui proficiendo uſque ad ſeptem gradus extenditur: Occulta videlicet caſtigatio: publicè corripiendo in levioribus culpis: excommunicando: in jejuniis nimis affligendo: verberibus coërcendo: pro eodem inemendato ab omnibus orando: atque ad ultimum, de monaſterio expellendo. Tertius, de rebus exterioribus: hoc eſt, ſi quis damnum per negligentiam aliquod intulerit monaſterio. Quartus, de criminalibus delictis.

Denique per ordinem eosdem repetentes; de primo ſciendum, quod nullatenus aliter, niſi quod regula jubet, fieri debet, hoc eſt, non aliud, ſed proprium eſt judicium ponendum. De ſecundo, ſolicitè conſiderandum: quia non omnibus ſuprascripti gradus convenire poterunt: quia aliter corrigendi ſunt honeſti, aliter improbi. Nam regula præcipit de contumacia, ut ſecretè ſemel, aut bis admoneatur. Et alibi dicit: Si contumax fuerit, de monaſterio expellatur. Neceſſe eſt ergò, ut juſto moderamine utrunque decernatur, qualiter ſecundum regulam, & contumax ſecretè moneri poſſit, & de monaſterio expelli. Ille namque ſecretè eſt admonendus, qui licet aliquid à Priore imperatum refutans, mox tamen increpatus, emendationem promittens, qui & honeſtus jure dici poterit. Et ille, de monaſterio expellendus, qui & contumax exiſtit, & nullo unquam pacto adquieſcit ſuſcipere diſciplinam: quem omnimodò contumacem regula vocat. Unde & meritò improbus eſt dicendus: quanquam & improbum illum etiam vocet, qui licet frequenter corripiatur, diſciplinæ tamen regulari non contradicit: qui honeſtatem, quam prius, dum ſe emendare profitens, habere videbatur, relinquens, ad improbam duramque mentem tranſit. Neque, ut ſuprà dictum eſt, omnibus perſonis, omnes gradus convenire poterunt: quia videlicet diverſæ ſunt qualitates mentium: ut, unde unus medetur, inde alter perimitur: quapropter quorundam verberibus ſunt coërcendæ perſonæ, minimè verò quorundam: de quorum qualitatibus regula dicit: Secundum uniuſcujuſque, inquit, qualitatem, vel intelligentiam, omnibus ſe conformet, & aptet. Itemque alibi: ut viderit cuique expedire prudenter, & cum caritate ſtudeat amputare vitia. Et notandum tria inſpicienda ſemper in judicio eſſe. Perſonam videlicet, intentionem, atque modum delicti. Perſonam, utrum, intellectu, & modeſtia vigeat: vel duritia, & inquietudine mentis contradictior exiſtat. Intentionem, utrum ſtudio, an infirmitate deliquerit. Modum, utrum graviter, vel certè leviter erraverit. Unde & regula dicit: ſecundum modum culpæ, excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura. Igitur omnis ſpiritaliter delinquens, tamdiu ſecretè moneri debet, donec ſeipſum eſſe improbum reddendo, ab occulto tranſeat ad publicum. In qua publica correptione ſi non emendaverit, ad excommunicationem leviorum culparum tranſibit. Ubi, cùm diutius nequiverit corrigi, nimium jejuniorum maceratione affligatur. Per quam non correptus, ſi perſona extiterit talis, flagellorum coërceatur acredine. Sin verò perſonæ non admiſerit conſideratio, communiter ab omnibus miſericordia imploretur omnipotentis. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, projiciatur à corpore mona-

Digitized by Google

monaſterii. Et, ſi contigerit, ut per negligentiam dum aut in occulto, aut in publico admoneatur aliquid damni monaſterio intulerit, excommunicetur in levioribus culpis, ſecundum modum culpæ. Et, peracta pœnitentia, iterum revertatur ad id, ubi prius tenebatur, & non ſolùm, dum verbis monetur, verùm etiam ſi aliquo ex ſupra dictis gradu deprimatur. Capitula quoque iſtiusmodi noſcenda ſunt, quibus ordinatè intelligi valeant. Primum Capitulum eſt, XXIII. ibi omnes gradus inveniri valent. Secundus verò Capitulus eſt, de pueris minore ætate, qualiter corripiantur XXX. Ubi facilè patet, quod in viceſimo tertio ſcriptum eſt: ſin autem improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur. In fine videlicet cap. XXX. ubi dicit; Hi tales, dum delinquunt, aut jejuniis nimis affligantur, aut acribus verberibus coerceantur, ut ſanentur. Hunc ſequitur XXVIII. De his, qui ſæpius correpti, emendare noluerint. Ubi ſimiliter ſeptem prædicti gradus inſerti ſunt. De tertio autem modo judiciorum, ſicut ſuprà depoſitum eſt, de damno cujuslibet rei, exteriori eſt intelligendum: ubi ſolummodò animadvertendum, ſi negligentia interveniente, damnum extiterit factum, tunc ſecundum modum delicti, & perſonam, & intentionem, levioribus culpæ judicium ſubjacebit. In quo modo continetur, quidquid in regula invenitur, ſive graviſſimæ vindictæ ſubjaceat, ſeu graviori, ſeu regulari, ſeu excommunicetur, ſeu excommunicationi ſubjaceat. Præter hoc, quod in quibuſdam locis invenitur, diſtrictiori diſciplinæ ſubjaceat: quod quidam ita intelligi volunt, ut, ſi occultè, aut publicè verbis monebatur, in eodem gradu acrius corripiatur. Quartus quoque modus, ut prædictum eſt, de capitalibus criminibus, conſtat: fornicatione videlicet, adulterio, atque ebrietate aſſidua, cæteriſque quæ nullo modo, niſi pœnitentia corporali ſecundum auctoritatem canonicam purgantur. In quibus, & modus, nec non & perſona, atque intentio ſemper inſpicienda ſunt. Ubi pariter quoque ſanctorum Patrum inſtitutio ſolicitè eſt perpendenda. SÆC. IX. ANNO 825.

FINIS.

S. ISIDORUS

Digitized by Google

S. ISIDORUS
DE
CONVERSIS
SIVE AD
MONACHOS.

A Caniſio *primùm ex m. ſ. membranis celeberrimi Monaſterii S. Galli editus.*

CANISIUS
AD
LECTOREM.

Sæc. IX. Anno 825.

Hoc Opuſculum invenimus in m. ſ. membranis Monaſterii S. Galli tali titulo prænotatum: Sancti Yſidori de converſis. *Et in fine ultimæ paginæ*: Yſidorus ad Monachos. *Non extat in Jacobi du Preul recenti Iſidori editione, quam accuratè apparavit, multis editis opuſculis, quæ anteà lucem non viderunt. Equidem gaudeo me nactum eſſe hunc m. ſ. codicem, quantumvis litera non ſolùm fugiente ſcriptum, ſed quæ pœnè legi nequeat, & vitioſiſſime: attamen verè theſaurum cenſeo, quicquid de reliquiis operum S. Iſidori Hiſpalenſis erui poteſt. De Iſidoro enim Juniore hìc tantùm cogito: nam ut Iſidoro ſeniori, itidem Hiſpalenſi, vel Iſidoro Cordubenſi tribuam, nec ſuſpicari volo. Iſidori eſſe hoc opuſculum, ipſe teſtatur hic cap.* 10. *his verbis*: Væ mihi miſero Iſidoro, qui & pœnitere retroacta negligo, & adhuc pœnitenda committo.

SANCTI

Digitized by Google

SANCTI ISIDORI DE CONVERSIS.

M. s. Ysidori.

Indulgentia peccatorum quibus concedenda.

I.

NOn inchoantibus præmium promittitur, ſed perſeverantibus datur, ſicut ſcriptum eſt: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Matth. 24. 13. Tunc enim placet Deo noſtra converſio, quando bonum, quod inchoamus, perſeverante fine continenti non perdiderimus, id eſt: opus bonum conſummaverimus. Indulgentia peccatorum ſciendum ubi, quando, vel qualibus datur. Ubi quippe; niſi intra Eccleſiam Catholicam? Quando; niſi ante venturi exitus diem? *quia ecce nunc tempus acceptabile*; *ecce, nunc dies ſalutis.* 2. Cor. 16. 9. Qualibus; niſi converſis? qui per humilitatem ad parvulorum tranſierunt imitationem: de quibus dicitur: *Talium eſt Regnum cælorum.* Matth. 19. 14. Nemo perpendere poteſt, quanti ſit ponderis juſtitia, vel quanti fulgoris radio juſtitia clareſcat, niſi quis prius toto mentis adniſu convertatur ad Dominum; quatenus ipſo lumine, quo inluſtratur, & ſuam fœditatem agnoſcat; & lumen quod cœco corde non intuebatur, intelligat. Tunc aio inattigibilem intelligi poſſe juſtitiam, dum eam quiſque qui converſus, tentaverit. Quia lux non intelligitur, niſi cùm videtur. Judicium quod in hominis poteſtate conſiſtit, converſionis eſt gratia, per quam nosmetipſos judicamus, quando nos flentes mala noſtra punimus; bono, quod ex Deo nobis eſt, ſolidius inhæremus. Tripertitum deſcribitur eſſe uniuſcujuſque converſi, id eſt, primum corrigendi à malo. Secundum, faciendi bonum. Tertium, conſequendi boni operis præmium. Nam quod ait Propheta: *Solve faſciculos deprimentes: mali eſt emendatio.* Eſa. 51. 8. Quod verò adjecit: Frange eſurienti panem tuum: operis boni eſt actio. In eo verò quod ſubjungit: Tunc erumpet matutinum tuum: operis boni eſt retributio. Ergo non proficit facere bonum, niſi correctum fuerit malum. Nec poterit quiſquam ad contemplationem Dei proficere, niſi prius in bonis ſtudeat actibus exercere. Multis modis terret Deus homines, ut vel ſerò convertantur, atque exinde erubeſcant, quòd tam diu expectati ſunt, ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quoſdam concutit; ut qui voluntate converti deſpiciant, commoti terribiliter, corrigantur. Plerique ex ſola mentis devotione convertuntur ad Deum: nonnulli verò vocati plagis convertuntur, qui ex devotione non convertuntur, juxta capitulum Pſalmi, dicentis: *In freno & camo maxillas eorum conſtringes, qui non approximant ad te.* Pſal. 31. 9. Plerique autem dum devotione non convertuntur, plagæ ſtimulis feriuntur, qui tamen ſub verbere ſentiunt, ut aliquatenus corrigantur. Sicut Ægyptus, quæ & pœnas dedit, & emendari nequivit. De talibus enim ait Propheta: *Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriviſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.* Jer. 5. 3. Nonnulli viri ſeculares elatione mentis tumentes, poſtmodum converſi ad Deum religioſa ſequuntur obedientia Chriſti: & qui ante celſitudine mundiali tumebant, poſtea ipſam elationem in ſtudia humilitatis commutant. Quidam ſunt, qui jam ſecretè converſi ſunt: quorum converſio quia non procedit ad publicum, apud exiſtimationem humanam quales fuerunt, tales adhuc eſſe putantur; jam tamen in Dei oculis ſe correxerunt. Item quidam adhuc humano judicio ſtare cernuntur: jam tamen in Dei oculis ceciderunt. Multi apud homines reprobi ſunt, & apud Deum electi. Item multi apud homines electi putantur, & apud Deum reprobi exiſtunt, Salomone docente: *Vidi impios ſepultos: qui cùm adhuc viverent, in loco ſancto erant, & laudabantur in civitate quaſi juſtorum operum.* Eccl. 8. 10. Nullus ſe putet electum, ne fortè apud Deum ſit reprobus.

De primordiis converſorum.

II. Primordia converſorum blanda debent eſſe.

TRimodum genus eſt converſionis ad Deum: inchoationis, cum dulcedine; medietatis, cum labore; perfectionis cum requie. Sed tamen plerunque alii incipiunt à dulcedine, alii à tentationum amaritudine. Omnis converſus ante ex fletu inchoet peccatorum, & ſic tranſeat ad deſiderium ſupernorum. Prius enim lacrimis

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. purganda ſunt vitia, quæ geſſimus, & tunc mundata mentis acie, id quod quærimus, contemplemur; ut dum anteà flendo peccati à nobis caligo detergitur, mundatis cordis oculis, liberè ſuperna inſpiciantur. Ante neceſſe eſt timore converti ad Dominum, ut metu futurarum pœnarum carnales illecebræ devincantur. Deinde oportet abnegato timore, ad amorem vitæ æternæ tranſire. *Perfecta enim charitas foras mittit timorem:* qui autem timet, pœnam habet, & non eſt perfectus. Unde & Apoſtolus ait: *Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis:* per quem ſcilicet jam non peccati pœna ſervos comprimit, ſed amor juſtitiæ liberos reddit. Neceſſe eſt omni converſo, ut poſt timorem conſurgere ad charitatem Dei debeat, quaſi filius; ne ſemper ſub timore jaceat quaſi ſervus. Tunc enim amorem noſtræ converſionis oſtendimus, ſi Deum velut patrem diligimus, quem prius ſervili mente verè ut Dominum formidabamus. Primordia converſorum blandis refovenda ſunt modis, ne ſub aſperitate incipiant exterriti ad priores lapſus recurrere: qui enim converſum ſine lenitate erudit, exaſperare potius, quàm corrigere novit. Converſus quiſquis antea ab opere corrigendus eſt, poſteà verò à cogitatione ac mutatione: ut prius refrenet pravum actum, deinde appetitum ad delictum. Quod in opere non apparet, in cogitatione nequaquam perdurat. Omnis nova converſio adhuc priſtinæ vitæ habet commixtionem: propterea nequaquam ea victus procedere ad hominum oculos debet, donec converſatio vetus funditus ab animo extirpetur. Quiſquis ex deteriore jam melior eſſe cœpit, caveat acceptis extolli virtutibus, ne gravius per vanam gloriam corruat, quàm prius per lapſum vitiorum jacebat.

1. Joan. 4. 18.

Rom. 8. 15.

De conflictu converſorum.

III. Conflictus converſorum vehementes. QUiſque converſus ſi mox omnes carnales ſtimulos calcare cupiat, & ſumma virtutum ſubire contendat, ſi fortè adhuc aliqua adverſa de carnis moleſtiis tolerat, non frangatur: quia diſpenſator bonorum novit adverſitatis reprimere vitium ſucceſſione virtutum. Tunc magis gravari ſe quiſque impulſu vitiorum agnoſcit, dum ad cognitionem Dei acceſſerit. Sicut populus Iſrael graviore onere ab Ægyptiis premitur, dum per Moyſen divina illi cognitio aperitur. Vitia enim ante converſionem, quaſi pacem in homine habent: quando autem expelluntur, acriore virtute conſurgunt. Fiunt autem inimica converſo, quæ peccatori proſperè blandiebantur: atque item fiunt blanda converſo, quæ peccatori adverſa extiterunt. Multos habet conflictus Dei ſervus ex recordatione operum præteritorum: multique poſt converſionem etiam nolentes motum libidinis ſuſtinent: quod tamen ad damnationem non tolerant, ſed ad probationem, ſcilicet ut ſemper habeant pro excutienda inertia hoſtem, cui reſiſtant: dummodo non conſentiant. Unde & noverint ſervi Dei etiam à peccatis ſe eſſe mundatos, ſed tamen cogitationum turpium adhuc interpellatione pulſari. Ante converſionem præcedit turba peccatorum; poſt converſionem ſequitur turba tentationum: illa ſe objiciunt, ne ad Deum convertamur; iſta ſe ingerunt, ne liberi cordis oculis Deum cernamus. Utriuſque tumultus inſolentia nobis gignit intentionem, quæ noſtra ſæpè fraude multimoda intra concludit. Utile eſt Dei ſervo poſt converſionem tentari; quatenus à torpore negligentiæ ſolicitantibus vitiis, ad virtutes animum per exercitium præpararet vitiorum.

De remiſſa converſione.

IV. Remiſſa converſio nocet. MUltos remiſſa converſio in primos reducit errores, ac vivendi teporem reſolvit. Horum ergò exempla quiſque converſus devita; ne dum timorem Dei à tepore incipis, rurſus mundanis erroribus immergaris. Tepidus in converſione, otioſa verba, & vanas cogitationes noxias eſſe conſpiciat. Quod ſi à torpore mentis evigilet, advertat; ea quæ levia exiſtimabat, confeſtim quaſi horrenda atque atrocia pertimeſcat. Fraus & deſidia in omni bono opere formidanda eſt. Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere noſtro noſmetipſos, non Deum laudamus: deſidia agimur, per torporem languidè ea quæ Dei ſunt, operamur. Omnis ars ſeculi hujus ſtrenuos amatores habet: & ad exequendum promptiſſimos; & hoc propterea; quia præſentem habet operis ſui remuneratorem: ars verò divini timoris pleroſque habet ſectatores languidos, tepidos, pigritia, inertia colligatos. Sed hoc provenit inde, quod labor eorum non pro præſenti, ſed pro futura remuneratione differtur; ideoque dum eorum laborem mercedis retributio non ſtatim conſequitur, ſpe pæne diſſoluta langueſcunt. Unde & magna illorum gloria præparatur, qui boni converſionis vitæ principia augmento ſolidiore conſummant, atque eò ad promerendam retributionem clariores præparantur, quò firmius duri itineris labores inchoant & conſummant. Quidam primo converſionis calore ad virtutes ſeſe accingunt: accedente verò progreſſu, dum immo-

Digitized by Google

immoderatè terrenis rebus incipiunt pulsari, infiniti appetitus obscuratur. Unde & Dominus de bono semine dicit: *Quod autem cecidit in spinis, hi sunt: qui audiunt verbum Dei, & solicitudine seculi, vel fallacia divitiarum suffocant verbum; & sine fructu efficitur.* Nuper conversi nequaquam debent in curis & terrenis rebus provehi; nam implicantur confestim: quasi plantata arbuscula, & necdum præfixa radice, concutiuntur pariter & arescunt. Valet interdum conversis pro animæ salute mutatio loci. Plerunque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporalia velle, ubi quisque illecebris deservivit. Nam locus ubi pravè quisque vixit, in aspectu mentis opponit, quod semper ibi vel cogitavit, vel gessit. SÆC. IX. ANNO 825. *Matth. 13.*

De exemplis Sanctorum.

AD conversionem seu correctionem mortalium multum prosunt exempla Sanctorum. Nam ad cetera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt proficere ad benè vivendum. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, quod imitentur ad melius. Sed proponunt sibi exempla malorum, quod ad suorum morum perversitatem imitantur in pejus. Ob hanc utilitatem scribuntur Sanctorum ruinæ & reparationes, ut spem faciant salutis humanæ; ne quisquam post lapsum pœnitendo desperet veniam, dum conspicit Sanctorum reparationem fuisse post ruinam. Sciant flagitio dediti, ad quam utilitatem eorum exempla proponantur Sanctorum: ad exemplum nimirum Deus proposuit, ut quanto de imitatione eorum conferre possunt nobis justitiæ præmium, tanto de perseverantia mali sint graviora tormenta. Si enim ad boni incitamentum divina, quibus admoneremur præcepta deessent, pro lege nobis Sanctorum exempla sufficerent. At contra dum & Deus nos præceptis suis admonuit, & vitæ Sanctorum boni operis nobis exempla proponunt, nulla est de reatu excusatio. Quia & lex Domini quotidiè aures nostras pulsat; & factorum documenta bonorum cordis nostri intima provocant. Et si pravorum sæpè secuti sumus exempla, cur non imitemur Sanctorum digna & Deo placita facta? Et si apti fuimus imitari iniquos in malo, cur pigri sumus imitari justos in bono? Orandus est Deus, ut virtutes, quas Sanctis præparavit ad coronam: nobis ad profectum sint positæ, non ad pœnam. Proficient autem ad profectum nostrum, sit tot exempla voluerimus imitari virtutum. Certè si ea potius aversati, quàm imitati fuerimus, ad damnationem nostram erit, qui ea legendo implere neglexímus. Multi vitam Sanctorum imitantur, & de moribus alterius effigiem virtutis sumunt; tanquam si imago quælibet intendatur, & de ejus similitudine species picta formetur: sicque fit ad imaginem similis ille, qui ad similitudinem vivit imaginis. Qui sanctum virum imitatur, quasi exemplar aliquod intuetur, seseque in illo quasi in speculo perspicit, ut adjiciat quod deesse virtutis agnoscat. Minus enim seipsum homo ex semetipso considerat: sed dum alterum intendit, id quod minus est luminis, adjicit. Perfectorum est jam virorum, non quemlibet Sanctorum imitando, sed ipsam veritatem intuendo, ad cujus imaginem facti sunt, justitiam operari. Hoc indicat quod inscribitur: *Faciamus hominem ad similitudinem nostram & imaginem.* Quia ipse intelligendo imitatur divinitatem, ad cujus factus est, similitudinem. Iste ergo tantus est, ut non fugiat hominem demonstratorem justitiæ. Sed ipsam contemplando justitiam imitetur exempla Sanctorum, quibus ædificatur homo, varias conservare virtutes; humilitatis ex Christo, devotionis ex Petro, castitatis ex Johanne, obedientiæ de Abraham, patientiæ de Isaac, tolerantiæ de Jacob, castimoniæ de Joseph, mansuetudinis de Moyse, constantiæ de Josue, benignitatis de Samuel, misericordiæ de David, abstinentiæ de Daniel. Sic & cætera facta priorum quo labore, quo moderamine, qua vel intentione, vel compunctione gerantur, vir sanctus imitando considerat.

V. Exempla Sanctorum prosunt.

Gen. 1. 26.

Exstat S. Isidori lib. de vita vel obitu Sanctorum.

De compunctione cordis.

COmpunctio cordis est humilitas mentis cum lacrimis, exoriens de recordatione peccati & timore judicii. Illa est conversis perfectior compunctionis affectio, quæ omnes à se carnalium desideriorum affectus repellit, & intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplationem defigit. Gemina est compunctio: qua propter Deum anima cujusque electi afficitur, id est, vel dum operum suorum mala considerat, vel dum desiderio æternæ vitæ suspirat. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus mens justi tædio salubri compungitur, hoc est, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, consideratio peregrinationis suæ in hujus vitæ longinquitate, desiderium supernæ patriæ, quatenus ad eam quantocius valeat pervenire, quisquis peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei servus se

VI. Quid sit compunctio cordis.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

vitare ſciat præſentia quando id, ex quo ſe amiſiſſe recolit in terris erubeſcit, ſuoſque judicio pudenda jam punit. *Nam tunc Petrus flevit, quando in eum Chriſtus reſpexit.* Unde & Pſalm. *Reſpexit*, inquit, *& commota eſt, & contremuit terra.* Greſſus Dei ſunt in cor hominis in terrore, quando bona deſideria ſurgunt, ut calcentur mundana. Quando ergo iſtæ in corde hominis fiunt, ſciendum eſt, tunc eſſe Deum per gratiam cordi humano præſentem. Unde ſe tunc magis homo acuere ad compunctionem debet, quando ſentit & Deum interius operantem. Quoties homines juſti ex vera compunctione rapiuntur, & qualiter infirmitati revertuntur. Deguſtatæ lucis magnitudinem illam noſſe * poſſe: qui jam aliquid exinde guſtavit. Sunt qui non ex vera cordis compunctione ſui accuſatores fiunt, ſed tantum ad hoc eſſe ſe peccatores aſſignant, ut ex ficta humilitate confeſſionis, locum inveniant ſanctitatis.

Luc. 22. 61.

* poteſt.

De confeſſione peccatorum & pœnitentia.

VII. Confiteri oportet & derelinquere peccata.

EX eo unuſquiſque juſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit. Multi autem ſemetipſos peccatores fatentur, & tamen ſemetipſos à peccato non ſubtrahunt. Magna jam juſtitiæ pars eſt, ſeipſum noſſe. Homo quid, niſi cinis eſt? ut ex eo divinæ virtuti ſubdatur humilius, ex quo ſuam infirmitatem agnoſcit. * Benè de ſe juſtus in hac vita † ne judicetur à Deo damnatione perpetua. Tunc autem judicium de ſe quiſquis ſumit, quando per dignam pœnitentiam ſuam prævia facta condemnat. Amaritudo pœnitentiæ facit animum & ſua facta ſubtilius diſcutere, & dona Dei quæ contempſit, flendo commemorare. Nihil autem pejus, quàm culpam agnoſcere, nec deflere. Duplicem debet habere fletum in pœnitentia omnis peccator; ſive quia per negligentiam bonum non fecit; ſive quia malum per audaciam perpetravit. Quod enim oportuit, non geſſit; & geſſit quod agere non oportuit. Ille pœnitentiam dignè agit, qui ſic deprecata mala deplorat, ut futura iterum non admittat. Nam qui peccat, & iterum admittit peccatum, quaſi ſi quis lavet laterem crudum, quem quanto magis eluerit, tanto magis lutum facit. Quamvis quiſquis ſit peccator & impius, ſi ad pœnitentiam convertatur, conſequi poſſe veniam creditur. Nullus enim de bonitate Dei dubitet, ſed ſola impœnitentium pravitas conferri ſibi indulgentiam abnegat. In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas: poſt mortem verò nulla correctionis eſt licentia. Unde Dominus dicit: *Me oportet operari opera ejus, qui me miſit, donec dies eſt. Veniet autem nox, quando nemo poteſt operari.* Hinc & per Prophetam: *Date, inquit, Domino Deo veſtro gloriam antequam contenebreſcat*, id eſt, antequam mors æterna præveniat, in hac vita dum eſtis, Deum per pœnitentiam glorificate. Adhuc in hoc ſæculo pœnitentiam operantibus Dei ſubvenit miſericordia: in futuro autem jam non operamur, ſed ratione noſtrorum operum punimur. Per id deteriorantur plerunque iniqui; per quod per patientiam Dei ſpatium accipiunt emendandi: quam illi moram vivendi non utuntur ad pœnitentiam, ſed ad peccandi uſurpant audaciam. Ad malum autem deterius vadit, qui tempus ſibi ad pœnitendum indultum, ad libertatem pravi operis utitur. Feſtinare debet ad Deum pœnitendo unuſquiſque, dum poterit; ne ſi, dum poteſt, noluerit, cùm tardè voluerit, omninò non poſſit. Proinde Propheta ait: *Quærite Dominum, dum inveniri poteſt: invocate eum, dum prope eſt omnibus invocantibus ſe.* Nam tunc longe eſt, quando dixerit: *Ite in ignem æternum.* Modo enim non videtur, & propè eſt; tunc videtur, & prope non eſt; quia & videri poterit & non poterit inveniri. Si quando quiſque peccare poteſt, pœnitet, vitamque ſuam vivens ab omni crimine corrigit, non dubium, quod moriens ad æternam tranſeat requiem. Qui autem pravè vivendo pœnitentiam in mortis agit periculo, ſicut ejus damnatio incerta eſt, ſic remiſſio dubia. Qui ergò cupit certus eſſe in morte de indulgentia, pœniteat, ſanuſque perpetrata facinora deleat. Sunt qui pœnitentibus ſecuritatem citò pollicentur, quibus benè per Prophetam dicitur: (a) *Curant contritionem filiæ populi mei, cum ignominia; dicentes, Pax: & non eſt pax.* Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti, & non legitimè pœnitenti promittit ſecuritatem. Unde & ſequitur: *Confuſi ſunt qui abominationem fecerunt*, id eſt, confuſi ſunt non (b) pœnas (c) lugendo. Aliter enim confunditur coram judice reus dum plectitur, atque aliter quidem in malo opere erubeſcens corrigitur. Ille enim qui apprehenſus eſt, confunditur; iſte quia ſe malum feciſſe memoratur, quamvis per pœnitentiam propitiatio peccatorum ſit, ſine metu tamen eſſe non debet. Quia pœnitentiæ ſatisfactio divino tantùm penſatur judicio, non humano. Proinde quia miſeratio Dei occulta eſt, ſine intermiſſione flere neceſſe eſt. Neque enim unquam oportet pœnitentem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit, negligentia autem ſæpè incautum ad vitia tranſacta reducit; dum per pœnitentiam fuerint expulſa. Ad hominem vitia ſi fortè poſthac intercedente ſecuritate qualibet ſubreperent, confeſtim delectationes priſtinæ vitiorum mente avidius repunt, pulſanteſque hominem in conſuetis operibus gravius pertrahunt, *ita ut ſint noviſſima illius pejora prioribus.*

* pœnam. † ſumit.

Joan. 9. 4. *Jer.* 13. 16. *Eſai.* 55. 6. *Matth* 25. 41.

Jer. 6. 14. (a) M. s. *curante.* f. *& curabant*, vel, *curantes.* (b) *hic aliquid deeſt.* (c) f. *luendo.*

Matth. 12. 45.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. VIII.

De desperatione peccatorum.

NOn per locorum spatia, sed per affectus bonos, vel malos, itur, receditur à Deo: neque enim gressu pedum, sed gressu morum elongamur, vel propinquamus ad Deum. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est. Contemnere pœnitentiam, & permanere in culpa, descendere in infernum post mortem est. Ergò peccare ad mortem pertinet, desperare verò, in infernum descendere. Unde & scriptum est: *Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit.* Sæpè diabolus eos, quos converti ad pœnitentiam aspicit, immanitate scelerum perculsos ad desperationem deducit; ut subtracta spe veniæ, in diffidentia, quos non potuit retinere perseverantes in culpa. Sed pœnitens provideat callidas contra se hostis insidias, sicque Dei justitiam metuat, ut tamen, quamvis in magnis sceleribus de misericordia ejus confidat. *Amplius lætatur Deus de anima desperata, & aliquando conversa, prodigo filio, qui mortuus fuerat, & revixit, perierat, & inventus est: de cujus regressu magnum fit gaudium patris:* nam ait, coram Deo & angelis copiosius esse gaudium de eo, qui à periculo liberatur, quàm de eo, qui nunquam novit periculum peccati. Quanto enim contristat res perdita, tanto magis, si fuerit inventa, lætificat. Sicut in Evangelio Pastor ille exultat, qui perditam ovem inventam, humeris suis gaudens reportavit. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ ad pœnitentiam convertatur: unumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. Hoc quippe ex legis testimonio edocetur, quod homo de suo extremo justificatur, *quando Deus pro asini primogenito ovem jussit offerri*, hoc est, immunditiam vitæ prioris mutandam innocentia boni finis. *Unde & cauda jubetur offerri in hostia*, id est, vita extrema in pœnitentia. Multi superna respecti gratia, in extremis suis ad Deum convertuntur per pœnitentiam, & quæcunque mala gesserunt, quotidianis fletibus purgant, atque bonis factis male gesta commutant: quibus justè totum quod deliquerant, ignoscitur: quia ipsi, quod male gesserunt, pœnitendo cognoscunt. In vita hominis bonus finis quærendus est. Quoniam non respicit, quales antea viximus, sed quid erimus, cùm vitam finimus.

Non desperandum

Luc. 15.

Exod. 13. 13.

Levit. 7. 3.

De his qui à Deo deseruntur.

DEo deserente nullum pœnitere; Deo respiciente, unumquemque facta videre & plangere, & unde ceciderit, cogitare. Nonnulli autem ita despiciuntur à Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiamsi velint. Consilium immundorum Spirituum hoc est, ut, quia ipsis negatum est post prævaricationem regredi ad justitiam, observare aditum pœnitentium hominibus cupiant; ne vel ipsi revertantur ad Deum: eosque socios in perditione habere contendunt; quibuscunque fraudibus insistentes, ut aut deserantur à Deo, aut flagellis immanitate desperent. Ingemiscendum est jugiter, & postposita securitate lugendum, ne Dei secreto & justo judicio deseratur homo, & perditus in potestate dæmonum relinquatur. Nam revera quem Deus deserit, dæmones suscipiunt. Dominici contemptores præcepti statim ut avertunt à Deo, à malignis spiritibus occupantur; à quibus etiam ut mala faciant, persuadentur. Hinc est illud Propheticum: *Inimicos Dei persequuntur tenebræ, qui intelliguntur dæmones.* Unde & in Psalmo legitur: *Immissiones per angelos malos.* Quidam reproborum in potestatem dæmonum occulto Dei judicio & justissimo rediguntur, Isaia testante: *Ipse divisit eis sortem, & manus ejus divisit eis in mensuram: usque in æternum possidebunt eam.* Quidam electorum dimittuntur divina justitia incedere in horrore peccati; sed tamen miseratione ejus reducti denuo convertuntur. De talibus enim per Prophetam Dominus loquitur: *Et dimisi eum & reduxi eum, & reddidi consolationem.* Nonnunquam etiam revertens Deus hominem quem deseruerat, rursus affligens visitat, & per lacrimarum ac pœnitentiæ afflictionem à peccatis expurgat, dicente Job ad Deum: *Propter superbiam*, inquit, *quasi leæna capies me; reversus mirabiliter me crucias.* Revertens enim Deus hominem cruciat, quando quem peccantem deseruerat flagellandum, iterum visitat. Malis actibus contra nos amplius cœlestem iracundiam nequaquam provocare debemus: quin potius si pœnitendo digna Deo gessimus, severitatem ejus in clementiam commutabimus. Nam ille qui nos malos tolerat, non dubium est, quod conversus clementer ignoscat. Nam quod servatur nobis tempus pœnitentiæ, ut non simul morte obruamur præcipiti, sed detur nobis locus satisfactionis, hoc totum de Dei procedit clementia; ut nos non damnet crudeliter, sed expectet ad pœnitentiam patienter.

IX. Dersertio divina grande malum.

Nahu. 1. 8. *Psal.* 77. 49. *Esai.* 34. 17.

Esai. 57. 18. Sanavi eum & reduxi.

Job. 10. 16.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825.

De his qui ad delictum post lacrimas revertuntur.

X. Ad peccata revertere periculosum.

IRrisor est, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet: nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reversus ad vomitum, & pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quidam accepere lacrimas ad pœnitentiam, & effectum pœnitentiæ non habuere: quia inconstantia mentis, non recordatione peccati lacrimas fundunt. Nunc vero reviviscente usu, ea quæ fleverunt, iterando committunt. Qui & præterita vult plangere, & actionibus secularibus incubare, iste mundationem non habet: quoniam agit quæ pœnitendo flere posset. Esaias peccatoribus dicit: *Lavamini, mundi estote.* Lavatur itaque, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit. Lavatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec deserit; & post lacrimas, ea quæ fleverat, repetit. Sic denique alibi animum pœnitentium, atque iterum delinquentium sermo divinus increpat, dicens: *Quam vilis facta es nimis iterando vias tuas* Quisquis ergo culpas præteritas plorat, hunc necesse est modum teneat, ut sic admissa defleat, ne iterum flenda committat. (a) Væ mihi misero Ysidoro, qui & pœnitere retro acta negligo, & adhuc pœnitenda committo.

Isai. 1. 16.

Jer. 2. 36. iterans vias.

(a) NB. *hic S. Isidorus se autorem hujus libri probat.* C.

De peccato.

XI. Peccata varia.

DUobus modis peccatum committitur, id est, aut cupiditate, aut metu: vel dum quisque vult adipisci quod cupit; vel timet, ne incurrat quod metuit. Quatuor modis committitur peccatum in corde, quatuor perficitur & opere. Admittitur in corde suggestione dæmonum, delectatione carnis, consensione mentis, defensione elationis. Committitur opere nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. Istis enim talibus & corde delinquitur, & opere malitia perpetratur. Tribus modis peccatum geritur, hoc est, ignorantia: quomodo peccavit in paradiso Eva. Sicut Apostolus ait: *Vir non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Ergo Eva peccavit ignorantia: Adam industria: quia non est seductus, sed sciens, prudensque peccavit. Qui vero seducitur, quî consentiat evidenter ignorat. De infirmitate magnus Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillæ Christum negavit. Unde & post peccatum amarissimè flevit. Gravius est infirmitate, quàm ignorantia quemque delinquere, graviusque industria, quam infirmitate peccare. Industria namque peccat, qui studio ac deliberatione mentis malum agit: infirmitate autem, qui casu, vel præcipitatione delinquit. Nequius autem de industria peccant, qui non solum non bene vivunt, sed adhuc bene viventes, si possunt, à veritate avertunt. Sunt enim, qui ignoranter peccant; & sunt qui & scienter; & sunt etiam qui ignorantiæ excusatione scire nolunt, ut minus culpabiles habeantur: qui tamen seipsos non muniunt, sed magis decipiunt. Nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet: noluisse vero scire, ad contumacem superbiam. Voluntatem quidem proprii domini velle nescire, quid est aliud, quam velle dominum superbiendo contemnere? Nemo igitur se de ignorantia excuset; quia dicitur: Non solum eos judicat, qui à cognitione sua revertuntur, sed etiam illos, qui nescierunt; testante Domino per Prophetam: *Disperdam*, inquit, *homines à facie terræ, & eos qui avertuntur post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec investigaverunt eum.* Et Psalmus: *Effunde*, inquit, *iram tuam in gentes, quæ te non noverunt.*

1. *Tim.* 2. 10.

Sophon. 1. *Psal.* 78. 6.

De superbia.

XII. Superbia deterrima.

OMnibus deterior est superbia; seu propter quod à summis personis & primis adsumitur; seu quod de opere justitiæ & virtutis exoritur, minusque culpa ejus sentitur. Luxuria verò carnis ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se turpis est: & tamen pensante Deo, superbiâ minor est. Sed qui detentus superbia, non sentit, labitur carnis luxuriâ, ut per hanc humiliatus, & à confusione exsurgat, & à superbia. Omnis peccans superbus est, eo quod faciendo vetita, contemptui habeat divina præcepta. *Recte ergo initium omnis peccati superbia.* Quia ubi præcesserit mandatorum Dei inobedientia, transgressionis consequitur culpa. Omnis superbia tanto in imo jacet, quanto in alto se erigit; tantoque profundius labitur, quanto excelsior elevatur. Qui enim propria superbia attollitur, per Dei justitiam inclinatur. Qui inflantur superbia, vento pascuntur. Unde & Propheta: *Omnes*, inquit, *pastores tuos pascit ventus*, hoc est, superbiæ Spiritus. Qui de suis virtutibus superbiunt, ex ipsis judicandi sunt operibus, quæ pro virtutibus utuntur: quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam revera sine humilitate virtus quælibet, & sine caritate, in

Eccl. 10.

Jer. 22. 22.

Digitized by Google

in vitio computatur. Merito ſuperbiâ diabolus à ſuperna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur, diabolum imitantur; & exinde gravius corruunt; quia de excelſis labuntur. Superbia ſicut origo eſt omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Ipſa eſt enim in peccato prima, ipſa in conflictu poſtrema: hæc enim aut in exordio mentem per peccatum proſternit, aut noviſſimè de virtutibus dejicit. Inde & omnium peccatorum eſt maxima: quia tam per virtutes, quàm per vitia humanam mentem exterminat. Ibi cadere ſuperbiam, ubi naſci.... Non fit ſuperbis aliud culpa, aliud pœna; ſed ipſa culpa fit illis & pœna. De ſuperbia naſcitur arrogantia; non de arrogantia naſcitur ſuperbia, Nam niſi præceſſerit occulta elatio mentis, non ſequitur aperta jactantia laudis. Ita ergo in culpa præponitur ſuperbia arrogantiæ, ſicut præfertur origine. Plerunque ad elationis emendationem, providentia Dei aliquo caſu nonnulli cadunt, quo pro lapſu reprehenſi à ſemetipſis humiliter ſapiant, & de muneribus Dei, à quo acceperunt, ſe laudari non appetant, ſed laudent Deum. Unde qui laudari volunt, utilius eſt arrogantiam quocunque vitio labi, & humiles poſt caſum Deo fieri, quàm per elationem ſuperbire, in graviorisque ruinæ damnationem per ſuperbiam irruere. SÆC. IX. ANNO 825.

De fornicatione.

XIII. Fornicatio ſcelus maximum.

EX culpa ſuperbiæ abominanda carnis immunditia. Ita enim alterum pendet ex altero. Sed ſicut per ſuperbiam mentis itur in proſtitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis ſalva fit caſtitas carnis. Deus autem nonnunquam dejecit occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam ruinam. Libidinis naſcitur immunditia de animi occulta ſuperbia: exemplo primi hominis, qui mox per ſuperbiam contra Deum tumuit, ſtatim carnis libidinem ſenſit, & pudenda operuit. Quapropter unuſquiſque ſuæ deputet culpæ, quod cecidit, quoties libidine vincitur. Quia niſi præceſſerit latens ſuperbia, non ſequetur libidinis manifeſta ruina. Nonnunquam in gemino vitio Chriſtianus à diabolo appetitur, & occulto per elationem, & publico per libidinem: & dum evitat quis libidinem, cadit in elationem; item dum incautè declinat elationem, cadit arroganter in libidinem. Sicque ex occulto vitio elationis, ictus in aperto libidinis; & de aperto libidinis ictu, ictus in occulto elationis. Sed Dei ſervus diſcretè utrumque penſans, ſic cavet libidinem, ut non incurrat in elationem; & ſic premit elationem, ut non reſolvat animum ad libidinem. Luxurioſis atque ſuperbis dæmones plus fautores exiſtunt: dum in ceteris vitiis Spiritus malignus deſervivit, his tamen majori familiaritate junguntur, eiſque amplius juxta deſiderium famulantur. Principaliter his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur, id eſt, per ſuperbiam mentis, & luxuriam carnis. Unde & Dominus in Job loquitur de diabolo dicens: *Sub umbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus.* Per calamum enim, inanis ſuperbia; per loca vero humentia, carnis demonſtratur luxuria. Per hæc enim duo vitia diabolus humanum poſſidet genus; vel dum mentem in ſuperbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem conſumit. Multi luxuriæ ſubditæ ſunt, & contumaci ſuperbia de ipſo luxuriæ opere gloriantur; & inde magis elati ſunt, unde humiliari debuerant. Ad comparationem mali fit deterius, quando non ſolum flagitia vanitate laudis perditæ extolluntur. Sicut ſcriptum eſt: *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.* Quid enim pejus quàm in flagitiis miſeros gaudere, de quibus jam debent copioſius deplorare? Libido tunc magis quæritur, dum videtur. Nam quidam ſapiens ait: Prima fornicationis oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere. Sufficit natura, ubi adhuc liber affectus eſt. Qui delectationem refrenat libidinoſæ ſuggeſtionis, tranſit à conſenſu libidinis. Cito enim reſiſtit operi, qui titillanti commodat delectationi. Durius impugnatur, qui uſque ad conſenſionem, etſi non uſque ad perpetrationem tentatur. Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanæ angelo inerant, ex lege peccati erant, quæ in membris hominum de neceſſitate libidinis habitat: quare luctantem dum in ſe expugnat, perficitur de infirmitate libidinoſæ titillationis virtute ſuſcepti glorioſi certaminis. Servorum Dei multa certamina de ſua carne moventur. Nam quamvis in amore Dei eorum ſit inconcuſſa mentis intentio, tamen de carne, quam exterius geſtat, interna prælia tolerat. Deus autem, qui hæc ad probationem permittit, gratia protegente ſuos non deſerit. Ideo nonnunquam electi lapſu carnali corruunt, ut à vitio ſuperbiæ, qua de virtutibus tument, ſanentur, & qui de virtutum effectibus exiſtunt ſuperbi, ut cadant: carnis vitio humiliantur, ut reſurgant. Antequam perficiatur adulterium in opere, jam adulterium extat in cogitatione. Ex corde enim primum fornicationes ſunt auferendæ & non prorumpunt in opere. Hinc eſt quod per Prophetam dicitur: *Accingite lumbos veſtros ſuper ubera veſtra*, hoc eſt in corde libidines reſecate, quæ ad lumbos pertinent. Nam cor ſuper ubera eſt, non in lumbis. Libidinis immoderata licentia neſcit habere modum. Nam dum ſe vitioſus animus in explenda *Job.40.16.* *Pſal.10.3.* *Eſa 32 11. Super ubera veſtra plangite.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 825. explenda fornicatione, carne luxuriante laxaverit, nihilo minus ad alia nefanda sceleria, suadentibus dæmonibus transit: dumque immoderata temeritas metas pudoris excesserit, crimen criminibus adjicit, paulatimque ad deteriora procedit. Non ita suavis est amantium, (a) immorantium incerta carnis libido, sicut experta. Nec ita delectat fornicatio, dum primum committitur: nam repetitam actionem delectatione ingerit. Jam verò si in usu venerit, tanto perditis dulcior fit, ut superare difficile sit. Unde & sæpe ex consuetudine delinquendi, quasi captivi ad peccandum cum quadam violentia trahimur, sensusque nostros in nobis contra rectæ voluntatis rebellare compedes sentimus. Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis, quàm amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat. Certè si jam amplius delectat pulchritudo intimæ castitatis, jam non regnat peccatum, sed regnat justitia. Non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine; Si sua adhuc delectatur, atque animum teneat, procul dubio regnat. Fornicatio carnis est adulterium, fornicatio animi, servitus idolorum est. Est autem & spiritualis fornicatio, secundum quod Dominus ait: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur: quamvis quisque diversa turpitudinis voluntate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur. Inter cetera septem vitia fornicatio maximum est sceleris: *quia per carnis immunditiam Templum Dei violat, & tollens membra Christi, facit membra meretricis.* Maximè per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quàm per cetera vitia. Cùm enim ille variis tentamentis illectos homines conetur pervertere, magis autem mœchandi desiderium suggerere: quia utrumque sexum in hoc vitio amplius ægrotare intendit. Dæmones enim scientes pulchritudinem esse animarum, castitatem, & per hanc hominem angelicis meritis, quibus illi lapsi sunt, coæquare; hujus perculsi invidiæ, injiciunt sensibus corporis opus desideriumque libidinis, quatenus à cœlestibus deorsum dejectum animum pertrahant, secumque, quod vicerint, gloriantes, ad tartara ducant. Quando impulsu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, divini judicii metus, æternis tormenta incendii, ante oculos proponantur: quia nimirum omnis * pœna, gravioris supplicii formidine superatur. Sicut enim clavus clavum expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ, ardorem excludit luxuriæ. Quidam in juventute luxuriosè viventes, in senectute continentes fieri delectantur; & tunc eligunt servare castitatem, quando eos libido servos habere contempsit. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in juventute luxuriosè vixerunt. Tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt: eos enim expectat gloria, in quibus fuerunt laboriosa certamina.

(a) *M. i. immo antium.* fort. *immo amentium.*

Mait. 5. 28.

1. Cor. 6.

* f. pœne.

Videntur aliqua deesse: nam in M. S. lineæ circiter decem, quæ sequebantur, sunt erasæ.

VITA

Digitized by Google

VITA
SANCTI SOLÆ
ANGLI ABBATIS
IN
SOLENHOVEN,
SIVE
CELLA SOLONIS SEU CELLA SOLÆ.
SCRIPTA AB
ERMENOLDO
DIACONO ET MONACHO.

Digitized by Google

CANISIUS AD LECTOREM DE SANCTO SOLA ABBATE.

Ex libro 3. Trithemii de viris illuſtribus Ord. S. Benedicti.

Sæc. IX. Anno 840.

SOLA Abbas in dioœceſi Eiſtetenſi, natione Anglicus, & diſcipulus S. Bonifacii Martyris, vir ſanctitatis eximiæ, & multarum virtutum, beato Wilibaldo amiciſſimus fuit, cujus auxilio fundavit monaſterium, in quo multitudinem ſervientium Deo Monachorum congregavit. Circa annos autem Domini ſeptingentos ſexaginta claruit. Cujus feſtum agitur 4. Nonas Decembris. Hæc Trithemius.

Eadem ferè de S. Sola Vicelius in ſuo Hagiologio; qui hanc Ermenoldi de S. Sola hiſtoriam alicubi vidit & legit.

Brutſchius in catalogo Epiſcoporum Eyſtetenſium agens de Altino quinto Epiſcopo Eyſtetenſi, cujus hic Ermenoldus meminit, hæc habet: Altinus ſucceſſit Adelungo: præfuit annis ſeptendecim. Valedixit mortalium hominum converſationi 23. Febr. Anno Domini 858. imperante Ludovico ſecundo. Obtinuit precibus ſuis apud Pontificem Max. Gregorium quartum, ut S. Sola Anglus (qui olim cum ſanctis viris Wilibaldo & Wunebaldo peregrinatus, in eandem provinciam venerat, ac Caroli Magni ſubſidiis, Solenhovianum condiderat monaſterium, cujus primus Abbas a Carolo Magno conſtitutus, innocentiſſimè illic vixerat) de tumulo levatus, Divorum numero adſcriberetur. Hæc Brutſchius.

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ CANISII
IN VITAM
SANCTI SOLÆ
MONACHI.

HAnc vitam S. Solæ, ſcriptam ab Ermenoldo, habui ex m. ſ. codice Rebdorfenſi. Sed quia poſtmodum ad me allatus eſt m. ſ. codex Windbergenſis optimæ notæ, in quo hæc vita copioſior & correctior, unà cum quibuſdam Epiſtolis, quas vitæ præmiſit, ideò hic eas unà cum variis lectionibus damus. Notandum autem, illum, quem m. ſ. Rebdorfenſis vocat Ermenoldum, codex m. ſ. Windbergenſis appellat Ermenricum, & Ermanricum. Et ſane unus & idem eſt. Sæc. IX. Anno 840.

JACOBI BASNAGII
DE
ERMENOLDO ET SOLA
OBSERVATIO.

I. VAria tribuuntur *Ermenoldo* nomina, ut ex codd. manuſcriptis obſervat *Caniſius*; ſæpius enim *Ermenricus* & *Ermanricus* apellatur; diſtinguendus ideo a cognomine & coævo ſcriptore. Fuit enim *Ermenricus* Augienſis Monachus, qui ſcripſit breve opuſculum *De inceptione hujus cœnobii & fratrum ibidem defamulantium vitâ. Illud opus nec in cerâ vel in tabulâ expreſſum, ſed ſicut in præſentibus Scholis dictatum fuerat*, etſi jam a *Gosbaldo* Epiſcopo probatum, transmiſerat ad *Grimoldum* Archicapellanum, *ut ſi forſan non placeret, nullus foret dolor periiſſe quod conſtabat eſſe vile*. Scripſit & ad *Grimoldum* tractatulum de *Grammatica*, qui legitur apud *Mabillonium* Analectorum tomo quarto. Hunc *Ermenricum* anno 849. vixiſſe conſtat ex eo quod de *Walafrido Strabone* tanquam acerba morte jam erepto mentionem fecerit. Quamquam autem coætaneus *Erminoldo* vel *Ermenrico* noſtro, ab eo tamen diverſum fuiſſe probatur tum ex Monaſterio Augienſi in quo vixit, tum ex operibus ipſorum ſtudio vulgatis. I. De Ermenrico Augienſi.

II. Alter *Ermenricus* vixit in Monaſterio Elewanga, quin imo illius Monaſterii Abbas fuit electus anno 845. De eo agi creditur in vitâ *S. Magni* II. De Erminoldi operibus.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

gni; reperto enim in *Magni* Tumulo, *Pittacio quodam putrido, ſcriptam in eo contentum, in manus Ermenrici repoſitum fuiſſe, qui illud correxit & ſeriem confuſam capitum luminibus emendavit*; conjicitur inde vitam *Magni*, qualis habetur hodierno die, ab *Erminoldo* fuiſſe emendatam vel potius adulteratam. Nos illum a tali crimine jam liberavimus, vel ſaltem argumenta firma protulimus in eam rem, & illi unicum opus de vita *Solæ* tribuendum arbitramur.

III. Tempus quo ſcripſit, variis indiciis poteſt demonſtrari. Refert *Brutſchius* Altinum Epiſcopum Eiſtetenſem quintum, obtinuiſſe precibus ſuis apud *Gregorium* IV. Pontificem, ut *Solus* de tumulto levatus Divorum numero aſcriberetur: aſſerit deinde *Altinum* obiiſſe 21. Februar. anno 858. Quæ ſi vera forent, ſcripſiſſet Erminoldus vitam *Soli* circa annum 860. cum fiat mentio tum Altini tum Tranſlationis *Soli*. Sed hic errat multa *Brutſchius*: Primo enim *Altinus* non medium ſæculi noni, ut contendit, prætergreſſus eſt; teſtis ſit nobis inſcriptio vetus apud Fuldenſes à *Browero* memorata, quæ ſic habet: *Anno Dominicæ incarnationis* DCCCXIX. *ind.* XII. *menſe Januar.* XVI. *Kal. Februar. dedicatum eſt hoc templum ab Altuino Epiſcopo Eihſtatienſis Eccleſiæ, in honorem &c.* Unde patet initio ſæculi noni jam Epiſcopatum tenuiſſe *Altinum*; & fortaſſis illam ſedem occupavit ad an. 840. nam de eo ut vivente loquitur Gundrammus his verbis: *Hic locus ad ejus dioceſim pertinet.* Secundo, unde ſibi finxit *Brutſchius* levatum corpus *Soli* ab *Altino*, annuente *Gregorio* IV. *ut in divorum numerum recenſeretur?* Quippe is ſolitus mos non fuit, ut Papa qui Sancti forent colendi mandaret Epiſcopis. Rem aliter refert ipſe *Erminoldus* ex *Gundrammo*; fuit enim ipſe *Gundrammus* qui ab *Altino* facultatem habuit corpus *Soli* e tumulo levandi: non a Pontifice obtinuit, quod ritibus iſtius ſæculi ſatis conſonat.

III. Tempus quo ſcripſit. Catul. Epiſc. Eiſtet.

Tempus quo ſcripſit *Erminoldus*, ex ipſo petendum eſt. Tunc fuit Abbas *Rabanus Maurus*, de quo ſæpius. Sedem Moguntinam nondum occuparat *Rabanus* cum vulgata eſt hæc vita. Fuit igitur concinnata ante annum 847. deinde vero cum ipſe Erminoldus ſeſe Abbatem numquam profiteatur ante annum 845. vitam Soli elucubravit circiter anno 840.

IV. Hoc opus poſtea *ſæculo Benedictino* tertio inſertum, primus vulgavit *Caniſius*. Jam editum erat ad finemque properabat Antiquarum Lectionum Tomus quartus, cum codicem Windebergenſem nactus ex eo novum prologum, binas epiſtolas & variantes lectiones excerpſit. Lectiones variæ ad marginem à nobis ſunt adjectæ, m. s. codex Windebergenſis initiali littera W. notatus eſt. Epiſtolæ *Gundrammi* ad *Ermenricum*, *Ermenrici* ad *Rudolfum*, ſub quo ſtuduerat Fuldii, in fronte operis fuerunt repoſitæ, nec prologum omiſimus ſtilo plane Barbaro ſcriptum: argumento ſit illa periodus: *Miror multum cur hos homines qui bene ſcioli ac tibi ſunt in his notuli prætereundo, me tenus perveneris; petens ac ſacramentis obteſtans ceu minimam ac infimam paleam, granum quoddam, ad boni odoris paſtum elimare.* Non videtur prologus eſſe *Erminoldi*; nonmodo ſtyli ratione, ſed quia genuinus *Soli* vitæ prologus jam antea legebatur, at quis binos prologos eoſque ſtilo diverſiſſimos ab *Erminoldo* in eandem vitam confectos autumet? Nos tamen, quia à *Caniſio* fuerat editus, à cæteris divellere noluimus.

IV. De hac editione.

V. Vixit

Digitized by Google

V. Vixit Sola sive Solus, Anglus origine, sæculo VIII. ipsumque annum DCCXC. attigisse conjicitur, ea potissimum ratione, quod ex ipsius *servitore in decrepita jam ætate superstite multa cognoverat Ermenricus.* Potuit tamen esse junior *Sola*; si enim anno tantum 790. obiisset, non modo ipsius *servitorem* silicernium, sed & ipsum Solam vidisse potuisset *Ermanricus.* Miraculum asini cum Lupo belligerantis, a *Gundrammo* relatum, risum forsan plurimis movebit. Alia fuere saltem priorum sæculorum miracula. Versus in laudem *Solæ* etiam ab *Ermenrico* compositos ediderat Canisius ad calcem Tomi sexti; quia contra leges prosodiæ peccaverat in editione suâ, hic emendatiores reponuntur. SÆC. IX. ANNO 840.

HYMNUS
EJUSDEM
ERMANRICI

Ex ipsius nominis (*Soli*) titulo exordium capiens.

S *Σοφόρα mirabilem promite Carmine,*
Cluit qui meritis undique stantibus,
Solum *quem vocitant nomine typico*
Plebs sacra sic Germanica.

O *Oris qui famine undique colligit,*
Fide corroborans Christoque populos
Dans claudis itiner, expulit & tetros
Instanti ore spiritus.

L *Lingulas jusserat statum in pristinum*
Restitui prece multis, & condolens
Cæcis fert salubrem visum, qui cœlitus
Est semper mitis omnibus.

V *Vitâ consimilis vixit Apostolis,*
Martyrium ferens juge qui in animo
Christique virginum
Cohæres gaudet ἐρανοῖς.

S *Sancta una Trinitas, æqualisque Deitas*
Dispone famulis tibi quod placet tuis
Ut nunc te canere possimus perenniter
Qui regnas in perpetuo, *Amen.*

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

PROLOGUS IN VITAM SANCTI SOLI MONACHI.

Alii Solam vocant.

Hic Prologus deest apud Mabillon. in Actis Benedict. sæc. III.

DIlectissimo in Christo Gundrammo, eximii monasterii, Erminricus conlevita tuus licet indignus, devotus tamen in Domino.

Dum ubique urbanitate ac munimento divinorum eloquiorum comptus, nec non & in cothurno sublimis habearis, & dum latè seges Doctorum pene ad maturitatem sit; ita ut ubicunque Grammatici ac Philosophi Ecclesia in sancta hymnidicos resonent modos; miror multùm cur hos omnes, qui benè scioli, ac tibi sunt in his notuli, prætereundo, me tenus perveneris; petens ac sacramentis obtestans, ceu minimam ac infimam paleam, granum quoddam, ad boni odoris pastum elimare. Quod ita arduum sensui meo videtur, quantum ad tale opus minus à cernentibus judicor: sed ad hæc ne obsisterem, intulisti illud Socraticum, Apis, inquiens, quod nequit viribus, conatur ingenio. Et cernis, quod fert formica folliculum sibimet permaximum, ac per id statura non despicitur, cum magnitudo oneris deportetur; licet leve sit, quod velle constat. Hæc ita fore, res divulgent. Sed tamen, ut Catholica fides tenet, nostrum est velle, & Dei omne bonum cœptum perficere; dum nec concipi quid boni potest, eo non incipiente, neque perfici, ni ille adsit perficiens, qui & ordiens. Quapropter summis precibus ad auxilium nostrum est ille petendus, qui propter nos dignatus est descendere in terram, ut summum granum, & æternum faciat fructiferum, ita ut peracta resurrectione sua, seges innumerabilis credentium orthodoxorum increverit. Amen, ac Deo gratias ubique dicatur. Inde & descendit illud purum granum, odorem bonorum operum Deo & hominibus ubique spargens. *Solus*, vulgariter *Sualo* cognominatus, ex discipulatu S. Bonifacii, Monachus factus, cujus tu tantum modo & tugurium possides, & vitam describere non solum poscis, sed & obnixius angis. Quod me tunc facere velle, cum Dei adminiculo profiteor, si venerabilem Abbatem dominum Rabanum, tuum patruum licentiam scribendi petieris: vel potius, si permagni laboris non esset, ipse dignaretur tanti viri signa annotare. Vel si hoc ob nimiam ejus occupationem fieri nequeat, Ruodolfo in omni arte ex ejus doctrina peritissimo, salvo domni Abbatis privilegio, identidem jubeat. Ad ultimum si saltem tuæ mentis sit id agere, & hoc facias me prænoscere. Opto me tecum in Christo benè ubique valere.

EPISTOLA GUNDRAMMI AD ERMANRICUM.

Vitam Soli scribi postulat.

Charitate, quæ Deus est, amato Ermanrico *Diacono & Monacho* Gundrammus *Conlevita tuus æternam in Domino salutem.*

(a) lege recorderis.

SAnè cùm ignorem me hactenus in activa & periculosa vita, & te ceu remotiorem à seculari militia positum in Theorica, non dubitem, quin reconderis (a) me sedulò, ut me Deus omnipotens conservet à mundi retiaculo. Et ut lectum habes ob deletionem criminum, & augmenta præmiorum, præsens hoc tempus à Deo indultum habemus. Quapropter, frater mi, licet diverso (a) habitu, uni tamen serviamus Domino, cujus onus leve est, cujus jugum ferre suave, volenti tamen. Dein honoremus & Sanctos Dei devota mente, servitio quo possumus: quia bonam voluntatem Deus in nobis quærit, nec pensat quantum, sed ex quanto serviamus ei. Idcirco & te quasi cæteris familiariorem poposci, quatenus Soli beati Monachi vitam & gesta conscribas,

(a) Licet enim Gundrammus Fuldis esset educatus, non tamen Monachus fuit ligatus, tametsi diu Fuldis Monasticam egerit vitam: id patet tum ex hoc loco, tum ex capite decimo. Mab.

Digitized by Google

bas, ut meritis ipsius, sui laboris mercedem apud omnipotentem retributorem accipias, ac mihi in eo satisfacias; & uterque cumulum sudoris recipiat in futuro, ego petitionis, & tu scriptionis. Nam & multos actus ejus agnovimus tam insignes, & in vita hujus lucis agentem, & post hanc vix comparabiles facientem; ita ut aliquem ex prioribus Eremicolis vel Antonium vel Paulum in eo mirareris. Quem non solum ex ore meo didicisti, sed & à superstitibus quibusdam, qui verba ejus & opera hausêre, indubius audisti. Quapropter non pigeat te hanc viam nunc aggredi, scilicet ut gesta ejus brevi & veraci periodo conscribas: quia & majora ocia te habere censui ob beatam consuetudinem cœnobii: & ideo neminem alium laborantium ad hoc opus quæro: Nolis velis, acclamito, ut hujus (a) materiam cum Dei opitulatione incipias expoſco, Domini Abbatis patrui mei licentiam defero, & Rudolfi oratoris tui preces annuncio, teque ipse efflagito, quin & ex amicabili familiaritate firmiter mando, ut & vera & manifesta Dei opera luculento sermone depingas, & in corrigendis & augendis Ruodolfum adesse deposcas, ad ejus personam Prologum scarpsinans. Optò itaque fraternitatem tuam ubique benè valere mecum in Christo, Amen.

(a) al. hujusmodi.

SÆC. IX. ANNO 840.

VERSUS ERMANRICI.

Versus Ermanrici. Hi versus desunt in Actis Sanct. Benedict. sæc. III. quamquam cætera ediderit Mabillon. BASN.

VErsus ab imo
Corde supernis
Concupiendo,
Facta beatum
Semper in ævo
Curre ideoque
Nolo pigrescas,
Quin benè cantes.
Mitis & alme
Quidquid in orbe
Te tenus vernat;
Incipiuntque
Omnia tecum.
Rore superno
Carmina cœlo
En Ruodolfe
Te peto scribens;
Verba benignus,
Nec deme vera,
Littera fusca
Ordiar ergo.
Jungere Sanctis,
Quatenus istic,
Lætificent me, &
Gaudia longa.
Musa celebris:
Nolo desistas:
O bone Christe,
Rector & auctor,
Est bene cretum,
Omnia recta
Te ex finiuntque;
Tu mihi labrum
Tangas ab alto,
Ut pia pangam.
Doctor amande,
Corrigas unca
Et plana firma,
Quatenus ista
Reddat habenda
Nam neque Solus
Quin foveat nos;
Remunerando.
Gesta notata
Hactenus acta
Cessat orando,
Hic & in ævum
Cujus erunt hic
Prima proplema
Suscipe nauta.

EPISTOLA

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

EPISTOLA ERMINRICI AD RUODOLFUM.

Omni in arte celeberrimo domno (a) Ruodolfo *meo Didaſcalo* Erminricus *ultimus omnium, ac indignus Levita, plurimam æternamque in Domino ſalutem.*

EX quo pater ſanctiſſime bonitatem ac doctrinam tuam aliquantulum prælibare juveniori tempore, licet ut infans, qui magis optat ludere, quàm mores & Sophiam diſcere, ex hoc tamen aſſenſi, non quantus es, ſed ut quantula tunc virtus adfuit, quàm magni ac multiplicis ingenii vir ſapiens habearis. Nec tale lumen in te (a) fore quiviſſet, ni ex luce luminum (b) ſcopos tua illuſtrata fuiſſet, quia omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & ſpiritus ubi vult ſpirat: requieſcens ſuper humilem & trementem verba Dei: qua de re venerande Magiſter in multis deſidero profectum laboris tui, dum & omnibus, juxta Apoſtolum, omnia factus es, mihi infirmo factus es ceu infirmus; quatenus & aliger ſemiplumatus, firmior ex doctrina tua fiam, & quandoque Deo gubernante, in campum (c) olo Agio Graphe volare, acquieſcere queam. Quod & te ſcio magis rebus, quàm verbis oſtendere malle, ſi tempus ſecundum adeſſe poteſt. Interim paternitati tuæ intimare volui, quid ſuper petitione chariſſimi mei Gundrammi tuæ mentis eſſet, utrum incipiam, an ut inſipientium moris eſt, penitus denegem. Nam hujusmodi non ſolum petebat, ſed & obſecrabat: Adjuro te per vitam meam amande, ut in amore Domini vitam ſancti Soli Monachi conſcribas, propales, in quantum à fidelibus referentibus comperta ſint tibi, nec abneges deprecanti. Cui tam honeſtæ petitioni, licet laborioſæ, negare non potui. Iccirco & paternitatem tuam depoſco, ut ubicunque in ſenſu vel ratione tibi videar titubare, paterno ſtilo emendes, quia & hujus beati viri progreſſus vel vita tibi eſt notior, & ad corrigendam ſeriem orationis ideo aptior, Nam ego tantum ea, quæ auditu percepi, ſcribere malui, etſi non omnia, tamen ipſa, quæ à religioſis viris audieram, præterire dignum non cenſui. Quia in multis evidentioribus ſignis apparet, quam magni meriti ſit apud Deum omnipotentem iſte vir. Quapropter dimiſſa acedioſa excuſatione, ad narrationem, quamvis brevem, Deo annuente jam veniam, uti ſimul in Chriſto benè ſemper tecum valeam. Amen.

(a) al. eſſe.

Incipiunt CAPITULA ſequentis LIBRI.

I. *Quibus temporibus, & quo Magiſtro ſit inſtructus, & de qua gente progenitus beatiſſimus Solus.*
II. *Quod ſolitudinem amaverit, & ob hoc cenſetur, ita vocatum locum & ipſum.*
III. *De æſtimatione nominis, & ipſius loci vocabulo.*
IV. *In quo pago locus ipſe ſit ſitus.*
V. *Qualiter ad aures Domni Imperatoris Auguſti Caroli ejus ſtudium delatum ſit, & firmatione Dominica circa ora loci ſupradicti.*
VI. *Quod habuit ſui ſilvatici ſudoris adminiculatores domnum Willibaldum Epiſcopum, & germanum ejus Wunnebaldum Presbyterum.*
VII. *De eo, quod à nativitate cæcum curavit, & claudicantem erexit.*
VIII. *Quod ſurdum ac mutum invocato Chriſti nomine ſanavit.*
IX. *De miraculo aſelli ejus, cui in Chriſti nomine præcepit, lupum ad morſum bidentium feſtinantem necare, & ſine mora accurrens momordit eum.*
X. *Tumba ejus ab indigno Gundrammo renovata, qualiter odore ſuaviſſimo tota regia domus delectabiliter repleta ſit. Et quod in decem capitulis ſermone mecum ſuper eo ſuccingere malui.*

PROLOGUS

(a) Is eſt Rudolfus qui vitam S. Liobæ ſcripſit, forſan ipſe qui laudatur a Rabano ep. 106. inſcriptionum, quia artem pictoriam calleret. Mab. Is ſcilicet vixit an. 850. & vitam Rabani Præceptoris ſui, quæ hodie præmittitur operibus Rabani, concinnavit. Fuit vir pro temporibus illis eruditus. Basn.

(b) leg. procul dubio *Scotos*, hoc eſt *tenebræ*; ſic enim illius ævi ſcriptores vocibus græcis ſæpius utebantur, quæ tamen ſtylum obſcuriorem reddebant. Basn.

(c) Tria hæc verba debent conjungi & ſic ſcribi: *Oloagiographa*, hoc eſt, *omnis Sancta Scriptura*. Basn.

Digitized by Google

PROLOGUS ERMENOLDI DIACONI ET MONACHI IN VITAM BEATI SOLÆ PRESBYTERI AC MONACHI.

IN paganorum itaque multorum panegyricis, dum multos scenico more viventes ita Poëticis figmentis comperimus, perlectis eorum actibus, laudatos, ut stolida mente, & penitus à lumine fidei cæca eos in Deos transtulissent, quos aliquod sibimet inusitatum, commentante diabolo, invenisse fabulosè jactabant. Cur nos, qui Christiani sumus, signaculoque muniti stigmatis Christi, quo levato, omnia Ægypti delubra, cadentibus idolis, diruta sunt, taceamus (a) glorioſum belligeratorum triumphum, pro fide Christi in omni vita sua decertantium? Quin actus, vitamque ipsorum, tanquam verissimo Regi militantium, liberiori religione describamus. Quos signa per virtutem Domini non ficta, sed veraciter facta, & præsentia, ac post hujus vitæ discessum subsequentia, clarissimos reddunt, in tantum, ut nihil dubitemus, eos, quin (a) tot ac tanta nomine Domini invocato in terra (b) facere præsentes. Et dum usque hodie Maronis, ac Homeri inutiles fabulæ à Christianis viris lectitantur, cur non magis libet perscrutari dicta ac facta majorum? Ad quorum tumbas sedulo procumbimus, divinam clementiam implorantes, quatenus per intercessionem eorum, qui jam sunt in cœlo cum Deo coronati, nobis, qui adhuc in dubio (c) schemate assistimus, auxiliari, ad gloriam sui triumphi dignentur. Sed ne nimis in longum sermo proteletur, abbrevientur hujus rationis ambages. Et quia magnorum heroum omnium acta pensare dignum me fore haud censeo, honorabilissimi beati Sole Sacerdotis Christi vitam ex parte tangendo, licet super vires meas sit, propalare tamen aggrediar.

SÆC. IX. ANNO 840.

(a) Vitam glorioſorum. W.

(b) al. fore. W.

(c) schimate.

(a) Quin cum Christo sint in Paradiso gaudentes qui tot ac. W. Hæc omittit Mabillon. & legit *dubitemus eos tot* &c. B.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

VITA EJUSDEM SANCTI PATRIS.

CAPUT I.

Quibus temporibus, & quo Magistro sit instructus, & de qua gente progenitus beatissimus Solus.

(a) Solus. W.

(b) l. scilicet. W.

IGitur beatissimus cœlicola *Sola* (a) Apostolis in omni actione sua pene consimilis, regnante domino Pipino Imperatore super Franciam & Germaniam, eodem tempore, quo ipse de gente Anglorum magistrum suum sanctum (b) secundum Bonifacium Archiepiscopum prosecutus est; hanc in patriam, ceu jubar solis clarissimum, delatus est. A quo Presbyter, Monachusque ordinatus, sanctæ conversationis initia sumpsit. Cum enim piissimus Imperator comperta S. Bonifacii sanctimonia, ac sociorum ejus, cœpisset familiaritate, eorumque colloquio amicabiliter potiri; annuente Dei gratia, cœpit beatum Episcopum Bonifacium præ omnibus his, qui sub eo fuêre Episcopis, habere, eumque sui ac totius populi fidei doctorem fieri jussit. Qui cum ab Imperatore mandatum sumens, totam Franciam, ac Alemanniam, ceu pater filios, non solum lacte, sed & pane firmiore (a) educavit. Atque ut erat vir per omnia pleniſſimè doctus, ne per imperiale præceptum (b) contemneretur; sedis Apostolicæ privilegium, Romam adiit: ibique ab Apostolico domino (c) Leone accepta Archiepiscopatus auctoritate, nactis benedictionibus Domini, inde rediit, qui illuc devotus properavit.

Deinde ut major lux fidei in sua patria luceret; cœpit de sanctissima sua cohorte emeritos præficere Episcopos ac Presbyteros, ubicunque constituendos. Qui simul cum suo magistro, veluti cum summo Apostolo, (c) gentem nostram in tantum correxere, ut Apostolos præsentes cerneres: sicuti & fides & morum institutio, quibus in partibus prædicabant, hactenus seminis hujus germen optime pullulare declarant. Quorum quoque pium initium elegantissima finis syllogismavit; dum & nullus ex his maniplis relictus est, (d) quando vel glorioso martyrio coronatus, vel pia confessione honoratus est.

(c) Apostolico. W.

(d) quin. W.

CAPUT II.

Quod solitudinem amaverit, & ob hoc censetur, ita vocatum locum & ipsum.

HIc denique mitissimus vir, cujus in præsenti sermonem tenemus, sanctus Sola, inter cæteros compares suos, ceu gratissima florum gemma, licet latitans enituit: illisque ut superius diximus, ad colligendos Deo populos ubique dispersis, iste multo ardentius præceptorem suum dominum S. Bonifacium in omnibus cœpit prosequi. Illam puto sententiam Domini memorans, qua dicit, *perfectum omnem esse, qui est ut magister ejus.* Nec alias quàm ut B. Johannes Evangelista ex pectore Domini nostri Jesu Christi plus cæteris divinam sapientiam ebibit, amplexatus: sic & iste magistro suo adhærendo omnis ædificationis documentum percepit astructus. Plusque heremum cupiit, quàm ullos jam aridi seculi (e) ramusculos, aut honores deciduos; gestans in mente vaticinium Prophetæ. *En*, inquiens, *elongavi fugiens à seculo, & quievi in heremo.* Elevatisque virtutum pennis, veluti simplicior columba volavit, ac requiescit corpore, scilicet in ea solitudine, quam ipse sibi elegerat: mente enim & animo semper fuit in Domino.

Matth. 10.

(e) Rumusculos. W. & Mab. *Psal.* 54.

Sed

(a) Firmiores. W. Mab. firmiore.

(b) Contemneret. W. sic & Mab. absque virgula & puncto.

(c) Errat author; non enim a Leone accepit Archiepiscopatum Bonifacius. Bas n.

Digitized by Google

Sed ne quid discipulis S. Bonifacii archimandritæ deesset, Christo omnipotenti in omnibus cooperante illi in seculo tritici Domini dispensatores constituti, semina ubique centiflua mittentes, reteque Evangelii expanso, undique de profunditate seculi hujus fluctivagas animas ad cœlestis patriæ littus traxere. At verò iste *Sola* (a) Domino hymnis ac orationibus vacare desiderans, heremum petiit; & ob hoc, ut putamus, divina providentia *Sola* nuncupatus, quia solitudinem amavit. SÆC. IX. ANNO 840. (a) Soli.

CAPUT III.

De æstimatione nominis, & ipsius loci vocabulo.

NEmpe & ipse locus, quem incoluit ex ejus nomine solitudo dici potest: quem tamen quidam vulgaricè Cellam vel curiam Solonis vocant. Ast ego, salva aliorum æstimatione, dico, eum Monachum, id est, Solum, potius, quàm Solonem: & cellam ipsam, cellam B. Sole, (b) quàm cellam Solonis posse nuncupari: dum & ipse locus (a) à mundi actibus sequestratus sit. Et ideo solitudo ipsa à cultore, scilicet *Sola* nomen habeat. Cella Solonis Solenhoven. (b) Soli ubique. W.

O quàm felix collegium beatissimi Bonifacii: dum (c) enim lucernæ Episcoporum, Presbyterorum, ac cæterorum gradium copiosè de suis per totum mundum lucerent; nec solitarios divina bonitas ex his abesse passa est. Quorum omnium gesta scribere non solum super meas vires est, sed & omnium pene linguarum doctorum fortium series cessat. Plus enim in secreto pectoris sui cubiculo conati sunt Deo placere, quàm superficietenus actus suos propalare mallent; licet apertum sit, ex fructu (d) tali, rami de quali radice processerint. (c) Et W. (d) I tales. W.

CAPUT IV.

In quo pago locus ipse sit situs.

NUnc (b) nempe in omnibus tam jucundabilem, ac delectabilem locum elegit sibi incola sanctus; sciens scriptum, *quòd arcta via est verè, quæ ducit ad atria vitæ.* Nec immemor prophetiæ, dicentis: *in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junci: & erit ibi semita, & via sancta vocabitur.* Quæ quamvis typica sint, huic tamen cœlicolæ loco non inconvenienter aptari possunt: quia ut ex referentibus agnovi, sævis serpentibus, ac beluis (c) durissimis locus ipse antea est refertus. *Sed vox in deserto clamantis direxit viam asperiorem in planiorem:* ita ut undique Christicolæ ad venerabilem Christi (c) sacerdotem confluxissent, monita salutis percipere. Tantumque meruit piæ virtutis obtinere, ut plures à malis bestiolis obsessos, ore extraxisset, ac Christo ad animas eorum viam parasset. *Matth.* 7. *Esai.* 53. (c) Dirissimis. W. *Matth.* 3.

CAPUT V.

Qualiter ad aures Domni Imperatoris Augusti Caroli ejus studium delatum sit, & firmatione Dominica circa ora loci supradicti.

CUmque enim fama prodigiorum, ac virtus Domini evidens de eo longè latequè percrebuerint, Deo eum in omnibus gubernante, seque sub sinceriissimo humili pallio occultante; pervenerat tamen de eo sermo usque ad aures ipsius domini, ac sereniissimi Imperatoris Caroli Augusti: quia non potuit civitas abscondi super montem posita, neque lucerna lucens occultata est, sed potius elevata. Cæsar autem Augustus supradictus, uti sapientissimi fuit ingenii, perscrutans omnia gesta ejus, tradidit ei cum firmissimo munimento ipsum locum, quem incoluit, eumque sui oratorem perpetuum fecit.

CAPUT

(a) Dum & ipse Solus à mundi actibus sequestratus *Deo Soli sit* conjunctus. W.

(b) *Nunc nempe*] Hic codex m.s. Rebdorfensis mutilus est. Windebergensis verò integrè ita habet, & quidem caput quartum his verbis inchoat: Ante verò quàm ad exponenda ejus miracula veniam, ratus sum aliquid succinctum edicere de ipsius loci situ, in quo beatus Christi confessor sibi tugurium nobile statuit. Quod licet exiguum ac vile visui haberetur, proprio tamen *stratis palatiis hoc delectabiliter potitus est. In pago namque *Suala* vel † domo ipse locus situs est, habens Orientali ex parte flumen qui ‡ *Alcmona* nuncupatur, piscibus copiosum, & maximè bimanes cancros ebulliens, navalique mercimonio aptum. At ex Occidentali & semimeridionali plaga, ita undique alpibus celsis circumseptus est, ut vix unius difficillimi ascensus præbeat euntibus facultatem. Ex septentrionali verò parte amnis supradictus veniens, decurrit ad Orientem ac Austrum versus. Terra autem ibidem adjacens sterilis est, nihilque pinguius Sigale gignit, tædisque arborum, ac pice aliis arvis famosior. Hunc nempe in omnibus tam jucundabilem ac delectabilem locum, &c.

(c) Confessorem, W. Mab. Sacerdotem retinuit. BASN.

*f. Spretis. Mab. † vel dumo ‡ al. Alemona. al. Altmona.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

CAPUT VI.

Quod habuit sui silvatici sudoris adminiculatores domnum Willibaldum Episcopum, & germanum ejus Wunnebaldum Presbyterum.

HAbuit itaque beatus Sola post glorioſum triumphum martyrii ſancti Bonifacii Archiepiſcopi, dominum Willibaldum Epiſcopum, & Wunebaldum germanum ejus Presbyterum, adjutores ſui (*a*) laboris ; qui ei ut propriæ gentis viro, omnibus his in locis adminiculum ac ſolatium præbebant. Quin & (*b*) accolæ regionum harum quocunque adventantes, ei in Chriſti amore frequentius adminiſtrabant: aliquanti & prædii ſui partem tradebant illi. Quam ille cum timore Domini accipiens, cum his, quæ dominus Carolus Auguſtus ei donare dignatus eſt, ad egregium (*c*) Fuldenſe cœnobium poteſtativa manu contradidit. Ubi Deo providente, modò ſanctiſſimus, ac in omni parte peritiſſimus dominus (*d*) Abba Rabanus perſpicabiliter fulget: videlicet nemini devotior, quàm illi magiſtro, quem ſequi ab exordio cœperat: illique familiæ, quæ magiſtri ſui inſtitutionis imitatrix ubique nobilis habetur.

CAPUT VII.

De eo, quod à nativitate cæcum curavit, & claudicantem erexit

COEperunt autem & multa miracula, Domini gratia tribuente, per beatum Solam fieri, ex quibus pauca, quæ ex quodam ſene ipſius ſane ſervitore, in decrepita jam ætate ſuperſtite agnovi, annectam narratione ſubbrevi. Enimvero in (*e*) geſtis dum lectum ſit ante Chriſti incarnationem cæcum à nativitate neminem Sanctorum illuminaſſe, licet mortuos ſuſcitarent, leproſos mundarent. Et dum in hoc tempore moderno illud rariſſimum ſit; iſte, ſalvo omnipotentis privilegio, & Apoſtolis ac ſucceſſoribus eorum dato, natum à primis cunabulis cæcam ſignaculo Crucis appoſito irradiavit, ocellisque ejus incognitum lumen oſtendit.

Per idem verò tempus & claudum quendam in geſtatoriis reptantem potius, quàm ambulantem, ad curſus ſui ſtatum divina virtute erexit. Cujus hactenus geſtatoria in loco datæ ſalutis pendentia, ad ſignum ſunt. Sed cur hoc de eo (*f*) calculoſum videtur, cùm ipſe ſalutiferæ medicus ſalutis dignatus eſt promittere membris ſuis, dicens: *qui credit in me*, ſicut dicit ſcriptura, *opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora his faciet ?* Quamvis nemo ſignis Dei æquiparari poſſit, quia omnis homo creatura Dei, & omne bonum ex Deo, & per Deum fuit: & omne corporale malum ex homine, & per diabolum fit, & quidquid mali inviſibiliter conſtat. Sed ille humani generis inimicus per humilitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti perpetualiter victus ac damnatus eſt, quotidieque per membra ſua eum devincit, cùm per Sanctos ſuos, qui hactenus mole carnis aggravantur: ſed meritis eorum intercedentibus triumphat, ipſe, qui per eos pugnati, nec non & potius per eos, qui jam ſunt cum eo coronati, ad quorum buſta noſtra peccata deflendo concurrimus ſedulo glorioſiſſime contrarium noſtrum pellendo eliminat, contrariique dejiciuntur, ac ſanitates ſaluberrimæ hominibus donantur.

Joan. 14.

Horum omnia martyria plures ex frequentibus viſibus (*g*) liberiore teſtificantur: quia Deo propitiante ubique jam mundus in glorioſorum actionibus (*h*) munitus refulget, ex quorum meritis reliquiæ fiant ſalvæ. Et dum jam prope generaliter interitus ipſius (*i*) immineat, crebrioribus neceſſe eſt ut urgeatur angoribus: ſed interceſſionibus piorum paululum differtur cito caſurus, donec numerus beatorum implebitur: *& ſic plenius omnes electi cum Domino ſemper ſunt gaviſuri.*

Rom. 11.

CAPUT VIII.

Quod ſurdum ac mutum invocato Chriſti nomine ſanavit.

NEc hoc (*k*) prætereundum cenſeo, quòd piiſſimus Chriſti ſacerdos Sola plus ſe ad exercitium ſanctæ converſationis quotidiè extendens, pluris virtutis cumulum à Deo meruit roborata poſſidere mente. Nam & quendam in his miſellis gregibus, qui ſæpius orationis cauſa ac eleemoſynæ ad ipſam cellam confluxerant, & benedici ſe ab

(*a*) Lapidici laboris. W.
(*b*) Citat hæc verba Vicelius in ſuo Hagiologio, ubi de Sola.
(*c*) Fuldanenſium. W.
(*d*) Nota tempus, quo hæc hiſtoria ſcripta.
(*e*) Addend. *priſcis*. W.
(*f*) In margine m.s. dubitativum. ſed W. Codex habet *Clanculoſum*.
(*g*) adde *Teſtimoniorum*. W. & Mab.
(*h*) *Adjutus*. W. Mab. retinuit munitus.
(*i*) adde *diaboli*.
(*k*) *Nec non hoc prætereundum non cenſeo*. W. male plane ille Codex. BASN.

Digitized by Google

ab eo petierant, conſpexit horribili dolore detentum, ſic ut nec loqui, nec audire quid poſſet, aliis ante eum ad benedictionem feſtinantibus, ipſe ſtetit ut mutus. Sed dum diu beatus Sola in præcordiis ſuis orationem cum lachrymis ad Deum funderet, proſpiciens iterum, ac tertiò, & ſuſpirans dixit, Surde & mute ſpiritus exi à plaſmate Dei. Et continuò cecidit coram populo: & ſanatus eſt homo. Quod (*a*) quidem tabulæ pictatóriæ ibidem pendentes teſtantur, id fore, quod dictum eſt. SÆC. IX. ANNO 840.

Penſare itaque mens humana difficillimè poteſt, quanto amore iſte vir diligeretur à Chriſto omnipotente; qui eum non ſolum in cœlo ſui regni participem, ſed & in terra in his duobus ſignis egregiis facere dignatus eſt æqualem: excepto quod Dominus ſemper facit cum poteſtate; hoc iſte ſolus ex ejus dono & virtute egit, lachrymoſa cum impetratione. Etenim hæc vulgus, & qui minus intelligunt, noſque cum eis pro maximis laudibus tenent, quod ſancti Dei in hoc ſeculo à diverſis languoribus corpora cæcorum, claudorum, aridorum, & paralyticorum in nomine Chriſti curant; ſed tamen non ſolum in hoc, quando potius & in eo opere laudandus, ac glorificandus eſt omnipotens Deus, quod ipſe interius cæcos, claudos, & diſſolutos nos quotidie curare non ceſſat.

Nam etſi altius intelligitur in his debilibus non antea ſalus corporis tribuitur, quàm mentis ægritudo intus ſanetur: quia nec corpus ſine peccamine exterius affligitur, nec mens ſine remiſſione delicti interius ſanatur: licet omnigene ſit nobis incognitum, quid unuſquiſque mereatur apud omnipotentem Deum. Sed ſive ſit hoc, ſive illud, juſtus & æquus eſt Dominus in omnibus operibus & judiciis ſuis, ac glorioſus in electis ſuis.

CAPUT IX.

De miraculo aſelli ejus, cui in Chriſti nomine præcepit, lupum ad morſum bidentium feſtinantem necare, & ſine mora accurrens momordit eum.

SAne & hoc miraculum huic opuſculo inſerendum cenſui: quod multi vetuſtiores accolæ ſe meminiſſe ferunt ſupradicti pagi. Nam quodam in die dum iter ſuum nobile una cum aſello ſuo ageret, contigit ſe in quendam locum deveniſſe paſcualem, quo oves, abſque paſtoribus paſcebantur, neſcio quò abeuntibus. Interim propius accedendo cœpit aſellus aures viciſſim erigere; dein offenſis pedibus caput in altum extendere: ad extremum elevata cauda declivis per avia currere cœpit. Tum aſſeſſor ſuus hoc inuſitatiſſimè fieri cernens, tremebundus, uti ſenex, deſiliit, ſeque crucis ſigno obfirmavit. Cœpit tamen arctius tractare, quid aſino eſſet; vel quid ſuper eum divina bonitas facere voluiſſet. *Sed dum hoc ſecum deprehenderat, quod in via Balaam non fuerat, neque illum aſellum fugientem Angelum, elevans oculos cernit lupum.* Num. 22. Intellexit itaque vir Deo plenus, naturalem aſini ſui formidinem, fixoque in terram capite paulò divinam oravit virtutem, & tunc demum ad fugibundum aiebat: In nomine Domini mei Jeſu Chriſti, ô aſine, præcipio tibi, ut concito curſu irruas in eam beſtiam, quæ ſub frutice latet, inſidiando inſciis bidentibus. At ille ex præcepto magiſtri ſui intrepidus aggreditur lupum. Interim & mandritis è diverſo venientibus, & ad utrumque conclamantibus: inſolitum & inauditum initum eſt duellum. Sed prævaluit aſinus, & necatus eſt lupus, non à paſtoribus curſitantibus, ſed aſellinis calcibus ac dentibus. Tum omnipotentis Dei famulus paſtores illos nimis cœpit precibus rogitare, ne hoc alicui hominum uſque ad animæ ſuæ exitum dixiſſent. Hacque ſponſione ab eis recepta, levatus in gerulum ſuum, propria repedavit ad loca. Unde nec mirandum eſt, cur omnes virtutes, quas per eum Chriſtus omnipotens dignatus eſt operari, ad hoc uſque tempus penè latitaſſent, ita ut à nemine ſcribentium ante me propalatæ ſint.

Sed quare hoc, niſi quod ſicut iſtic, ſic per omnia ſigna ſua ſpectatores ſuos clauſuris ſui præcepti obfirmavit firmiſſimis? quatinus in omnibus creatorem ſuum, in quantum virtus data eſt, imitaretur, qui cernentibus tribus diſcipulis transfigurationis ſuæ oroma mandatum dederat nemini hoc ante glorioſiſſimam reſurrectionis ſuæ palmam dicendum. Non aliter & beatiſſimus vir Deum omnium creatorem imitando, qui non jam ſolus, ſed gratia Dei plenus ſciens omnes pias virtutes, quas per ſuas preces ad honorem dantis obtinuit, non ab alio, niſi ab eo fieri, qui ſemper magnificè operatur in Sanctis ſuis: & ob id inanes vulgi rumuſculos ſibi vendicare noluit, ſed omnia in laudem Dei convertit; memorans puto illud Apoſtoli dicentis: *vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* (*b*) Ducta igitur in terris angelica vita; tertio

oroma i. e. viſionem. Matth. 17. Gal. 2.

(*a*) Hæc addita ſunt ab amanuenſi plurimis forſan annis poſt Ermenricum; deſunt enim in Cod. W. BASN.

(*b*) Conjicit Mabill. S. Solam e vivis exceſſiſſe n. 790. eo quod ipſius ſervum noſſet Ermenricus, obſ. eſt hæc verba deeſſe in m. s. Windebergenſi uſque ad periodum ſequentem, quæ incipit *obſecro*. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

tertio Nonas Decemb. vocante Domino, assumptus est ad cœlestia regna. Obsecro autem per ejus amorem, quem felix Sola feliciter sequebatur, qui hæc fortè legere dignamini, ne rusticitatis meæ verba ore scyllatico attendatis, neve virtutes, quas per eum Dominus dignatus est ostentare, ceu inauditas, rugosa fronte respuatis: dum & plurimi hactenus sint operum ejus assertores, qui me non plura neque ficta, sed perpauca & veridica de eo scriptitasse testantur.

CAPUT X.

Tumba ejus ab indigno Gundrammo renovata, qualiter odore suavissimo tota regia domus delectabiliter repleta sit. Et quod in decem capitulis sermone mecum super eo succingere malui.

IDcirco & ego ceu in calce hujus oratiunculæ, quid super eo nuper mihi narraverit dominus Gundrammus Diaconus charissimus meus, qui (*a*) modo cellulæ ipsius ædituus est positus, licet (*b*) Regis sit Capellanus, annectere ociori penna curavi: sicque decimum capitulum cum tota sermonis serie finiri. Orationis itaque ac familiaritatis gratia cum visitarem ipsum, ut amicum, quamvis locum difficillimum, heremicolam tamen indagavi. Ast ille, ut est per omnia caritate plenus, benignè nos susceptos duxit ad hospitium, ibique omni humanitate ostentata lassabundi quievimus nocte præsenti. Nam ut in quarto hujus sermunculi capitulo dixi, nimis difficilis ascensus & descensus manet ibidem pergentibus, in tantum, ut pene non sit latior, quàm ad sonipedis unius iter sufficere potest. Quamobrem & multum in peditando laboravimus; & nisi Dei omnipotentis auxilio atque intercessione B. Sole suffulciremur, vel in articulis pedum, vel (*c*) naribus cruentaremur. Deo tamen protegente illæsi pervenimus. Peracta autem nocte cum corporum refectione, diluculo primo hymnis ex debito peractis, licentiam petimus redeundi. Sed supradictus amicus meus animalia me ac equestres meos vehentia abducere jussit, meque ceu invitum precibus insistentibus secum & hunc diem manere obtinuit. Sed nec antea dimisit, quàm ei aliquid de gestis B. Sole sacerdotis Christi scriptitare promisi: sic tamen, ut secundum id, quod cognitæ rei veritas approbaret, meque juxta vires à Deo datas devotissimum existere velle. Tunc ille mellifluis verbis cœpit mihi narrare. Ego namque, frater charissime, imperante Domino meo Rege, ex obedientia patrui ac domini mei charissimi, & fratrum ejus, qui cum eo cœnobialiter vivunt, hic sum: ut cernis in artissimum & sterilem locum deputatus minister. Sed ut scias me in eodem nullo modo persistere nec posse, nec malle: nisi quædam causæ invitum tamen coëgissent. Dicam tibi breviter, quibus mœroribus sedulò provocer in animo. Primum est, quod ab ipsa infantia mea dominus meus beatissimus Abbas, qui mihi licet sim indignus genitus, est patruus, ex disciplina verò pater & dominus: me sinuosis nutrimentis cum sanctissimo fratrum gremio educare cœperat, & ad virilem usque ætatem cum fomentis patrum perduxerat. sed proh dolor, nihil servitii hactenus videor rependere ei, quin & gemisco, me tam cito ab ipsius disciplina, non sponte mea, Deus scit, sed vi ablatum, & in Palatinorum numero, sicut noscis, nuncupatum. Ad hæc & hoc mentem sæpiuscule movet, quid in me boni dominus Rex potuisset nanciscí, quod servitium meum dignatus est appetere, vel cur voluisset me à quietissima cœnobii vita, quamvis hactenus non ligatum, in ea educere, & in hæc asperrima montium juga statuere: licet dignior mihi præsens locus fore videatur, grave tamen est mihi, nihil aliud quotidianis obtutibus, quàm saxea scopula & tedas aspicere. Indurata tamen fronte contentus sum hujus loci tugurio: nec hac in patria affecto plus commendari salvo commendato.

Tædas.

Simul & hoc scito, quòd hanc querimoniam nulli hominum antea planxi: sed neque tibi propalassem, nisi quod obstrusa angustia familiariter dissoluta solet deinceps frequenter levius portari. Nam ne nimis longè sermonem protraham, hic manendi Deo semper in omnibus opitulante hæc materies maxima constat: quia sicut jam tibi narravi, supradictæ anxietates me hinc pepulissent, ni charissimus Deo Sola, cujus tu hic ex aquilonarii oratorii latere monumentum aspicis, me detinuisset. Cum itaque ego à viro venerabili domino (*d*) Altino Episcopo, ad cujus diocesin locus ipse pertinet, rogarem, uti sepulchrum beati viri effodiendi, & in eodem pavimento aliquanto melius humandi licentiam daret, concessit ut rogavi. Factoque jejunio, cum his, qui tunc mecum adesse poterant, cepimus fodere. Quod dum peractum est; levavimus

(*a*) Quomodo W. Hic Gundrammus fuit Rabani nepos à Comite ejusdem nominis diversus; quamquam Gretserus aliter sentiat. BASN.

(*b*) *qui Regis erat.* W.

(*c*) Manibus. W. natibus Mab. melius *manibus*; inserviunt enim manus æque ac pedes in locis scabrosis. BASN.

(*d*) In margine codicis m. s. erant hæc verba: Hic Altinus fuit V. Episcopus post S. Willibaldum.

Digitized by Google

mus ſarcofagi operculum ex multis jam annis ſubtus terram poſitum, & tamen integrum. Et dum libentiſſime, quid intus incorrupti haberet, contemplaremur, tantus, & tam ineffabilis mirifici odoris fumus inde egreſſus eſt, ut tota baſilica ſuaviſſimè ex eo redoleret impleta. At nos nimis attoniti in parte, qua ſteteramus domus regiæ, ut fragiles procubuimus; refocillati verò ex ore fragranti, divinam clementiam orantes reſumpſimus ſpiritum: & tunc demum propius accedentes, perſpeximus non ſolum ſancti viri oſſa integra, ſed & ipſius beatæ glebæ pulverem ita ſibimet cohærentem, nimiæque viriditatis ſpeciem tenentem, ut quaſi non olim mortuus, ſed ſemper vivus putaretur. Hoc igitur amande frater, abſque dubio ſcias, nobis cernentibus, & pavorem nimium ac immenſum tripudium inculcaſſe. Sed quia omnia poſſibilia ſunt omnia poſſidenti, laudavimus, hymnis, quibus potuimus, creatorem noſtrum, qui dum nihil eramus, plaſmavit nos: & dum culpis exigentibus, ad nihilum demum reverteremur, iterum diaboli ſeductione oblita reſtauravit nos: cujus laus eſt in æternum, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Poſthæc verò cum ingenti gaudio ſtatuimus beati viri memoriam aliquantulum altius, quàm pridem fuiſſet; non tamen in alio, quàm penè in eodem loco. Et licet alii de ejus virtutibus taceant, nos qui ſub alis ejus ſedulò degimus, ipſius miracula prædicamus: narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus, quæ fecit; & qui dominatur in æternum eſt benedictus in ſecula ſeculorum. SÆC. IX. ANNO 840.

Hanc itaque ego rationabiliter editam rationem intentus audiens cum reſpondiſſem amen, aio ad eum: O nimiæ prudentiæ ſagaciſſime frater, quàm æquanimiter querelam mentis tuæ diſſerueras, lætitiamque ſpiritualiter operis adjungendo, credo quod nil jam ſit, quod te contriſtet hujus beatiſſimi viri precibus adjutum. Sed quæſo cur mihi indigno atque imperitiſſimo, non dico, angorem cordis tui, ſed & ſigna, & virtutes hujus ſanctiſſimi viri voluiſſes ſic incognita noviterve coram exponere. Cum ex multis jam temporibus audierim, eum multa feciſſe, & te, licet laborando in ejus tugurio affectibus quos dixiſti, ſcierim perſtitiſſe? Si quid tamen adhuc in animo volvas, ut chariſſimo edicas amico.

Tum ille, frater amande, inquit: hæc idcirco tibi ſic expoſui, ut certior ſis de almitate hujus emerki viri, quamvis antea multa de eo prælibaſſem; aliquanto tamen nunc de ejus beatitudine, ut reor, lætior manes. Quapropter mihi non deneges, quando aliqua ex miraculis ejus ſcriptis tangas, lumenque quod in te divina gratia accendit, in hoc opuſculo ne obducas, efflagito: ſed vera ac benè cognita aperias, quatenus mihi ſatisfacias, & eum in perpetuo interceſſorem habeas. His nempè edictis rationibus, ô Rudolfe, in omnibus ſagaciſſime, ſicuti amore concatenati ſumus, ſupradicti viri precibus libentiſſimè parui: ſed tuæ ſanctitati obuncam verborum congeriem commendo: quatenus rectis locum & (a) maculoſis licentiam condones. Plura enim de ſupradicto ſanctiſſimo ſcribere mentis erat, ſi non ubique noctis anguſtiæ tempus cohiberet. At tamen hæc pauca, quæ ſcripta ſunt, magnum (b) martyrian, fidemque multiplicibus præbent, in tantum, ut nihil fideles ac benivoli dubitare velint, vel poſſint, quando credant eum ſemper cum ſancto ſanctum, & cum electo electum. Unde & ego in (c) decimo ſermonis mei capitulo finem de eo fieri malui: quia licet minus prudenter perfecti viri tamen actus, vitamque deſcripſi: quod denarius & (d) quaternarius numerus figurarum ſecundum ut qui in concordia decalogi & Evangelii totam vitam ſuam duxerat tali ſyllogiſmo ſubjaceat.

Finit ſermo Ermenoldi Diaconi & Monachi, de vita beatiſſimi Sole Presbyteri ac Monachi.

(a) l. miraculoſis.
(b) martyrian, i. e. teſtimonium. martyrium. W.
(c) Notat ſe opuſculum ſuum, ut revera eſt, in decem capita diſtinxiſſe. BASN.
(d) Leg. *quod denarius æquat numerus figuratus ſcilicet qui* Mab.

POEMATA

Digitized by Google

POEMATA WALAFRIDI STRABI.

A Caniſio *primùm luce donata, Ex Bibliotheca S. Galli.*

CANISIUS AD LECTOREM DE WALAFRIDO.

Hæc habet *Trithemius* Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Sæc. IX. Anno 840. *Walafridus Abbas S. Galli, ut dicitur, natione Germanus, vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & in ſecularibus litteris omnium ſuo tempore doctiſſimus, ingenio & eloquio clarus, carmine valens & proſa, Monarcha diſciplinæ regularis, & multorum pater Monachorum. Scripſit ad ædificationem omnium fidelium devotè legentium vitam S. Galli proſaicè lib.* 1. *Eandem poſtea metricè lib.* 1. *De officiis divinis lib.* 1. *Epiſtolas plures ad diverſos. Et alia nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt,* inquit *Trithemius:* inter quæ numeranda ſunt poëmata, quæ nunc primò vulgamus ex manuſcripto Cod. S. Galli. Utinam addere licuiſſet vitam S. Galli carmine ab eodem Walafrido ſcriptam: ſed abſterruit nos Codex tam vitiosè ſcriptus, ut eo ſolo editionem moliri temeritatis potius, quàm diligentiæ conatus viſus fuerit. Interea accipe, quæ offerimus, rogatu & ſtudio R. P. Jodoci Metzleri, cui id unum in optatis erat, ut typis Ingolſtadienſibus Walafridus excuderetur. Cujus deſiderio libenter obtemperavimus: ſed ut Walafridum magis cognoſcas, adſcribere licet, quæ idem Mezlerus eximius pater in ſuo libello de illuſtribus viris S. Galli litteris mandavit. Ait enim,

Digitized by Google

enim, Walafridum, quem appellant Strabonem, ex Decano Monaſterii Sancti Galli fuiſſe creatum Abbatem Augiæ divitis, annotavit manu ſua (ſi tamen manum bene novi) reverendiſſimus dominus *Joachimus* Abbas noſter, in margine ad Walafridi nomen, in exemplari quodam vitæ S. Galli, quod apud nos eſt. Et videtur idipſum innuere liber ille Epitaphiorum Patrum Sancti Galli, qui auctoritate & juſſu reverendiſſimi quoque Abbatis noſtri *Franciſci* editus illique oblatus, in quo quidem præfatus etiam Walafridus celebratur, atque illi in ſua & reliquorum ſancti Galli patrum perſona ſic confitetur Auctor: *Obſervatores tuæ legis quondam eramus quaſi modo geniti infantes*: Simile quid colligi poſſet ex eo, quòd Gosberto Abbati noſtro in prologo vitæ ſancti Galli ait Walafridus, ſe obediendi (Gosberto nimirum Abbati, & patribus) cupiditate ſuſcepiſſe onus ſcribendi, & nolle ſe pro inobedientia condemnari, & quæ ſequuntur. Et (ut ſcribit) ad neceſſitatem obediendi ſe conſtringi præceptis patrum ſancti Galli; ubi vigilanter adverte in toto prooemio, nil niſi obedientiam ingeminare Walafridum, cujus ordinem diligenter deſcribit, quem paulò pòſt citabo. Et demum ex eo quod ait, *Confeſſoris Chriſti Galli patroni noſtri vitam*, & cætera: ubi niſi Walafridus ſub Abbate ſancti Galli aliquando ante prælaturam ſuam fuit, neceſſitate obediendi conſtringebatur nulla, neque pro inobedientia condemnari potuit, neque etiam ſanctum *Gallum patronum noſtrum* dixerit, qui patrimonii ejus portio nulla unquam fuit. SÆC. IX. ANNO 840.

His omnibus accedit antiqua & ſpectata auctoritas Anonymi cujusdam Monachi ſancti Galli, qui in Metricam à Walafrido decantatam, annotationes non indoctas ſcripſit, ubi quidem ille in prolegomenis ſic ait: Idem quoque Abbas (Gosbertus videlicet, ut ibidem clarum eſt) injunxit cuidam Cœnobitæ & Monacho ejusdem Monaſterii (ſancti Galli ſcilicet) ut vitam & geſta beati Galli lumine rectæ locutionis ornatam Capitulorum limitibus diſtingueret. Quod ſanè Walafridus ſibi fatetur Gosbertum injunxiſſe, ut habes in prologo ejusdem vitæ, ubi & iiſdem penè verbis præfatus Walafridus ipſum hoc commemorat apud Surium Tom. V. ad diem decimum ſextum Octokris. Et poſt multa deinde idem commentator & hæc ait: Cauſa autem efficiens & movens & mota ſimul fuit præmemoratus cœnobita Monaſterii ſancti Galli; qui ad inſtantiam & mandatum Gosberti Abbatis ſui, repromiſſione ei facta, præſentem librum metricè compoſuit. Hæc ille ad verbum. Eſt autem Walafridi

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840. fridi operis una cum præfato commento liber vetuſtus M. s. in quarto folii regalis, quem ego nuper ex Bibliotheca veteri transportavi in novam. Cum eo ligatus eſt alius de miraculis beatæ Virginis heroico carmine, qui fuit deſcriptus anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo per Joannem de Hochingen; Atque etiam hinc videtur eſſe natus error ille (quod quidem etiam pro hac ſententia dixerim) quo Trithemius & alii quidam, ſicut & tituli quorundam Walafridi impreſſorum operum, appellant eundem Walafridum Abbatem ſancti Galli. Has igitur & ſimiles ob cauſas, ego Walafridum ſæpe nominatum, Abbatibus quoque poſtulatis ſeu extraneis adſcripſi, non quidem ut ſtatuerem opinionem novam, ſed vel ut reſuſcitarem antiquam, vel certè ut pro memoria mea annotarem quæ legeram. Creatus eſt Walafridus, Poëta, Geographus, & Theologus toto orbe celebris, Augiæ Abbas duodecimus, anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſecundo. Et ſcripſit de vita ſancti Galli libros duos, qui ſunt apud Surium. Eandem metricè cecinit, ut dixi, & teſtantur alii, ut Trithemius, Arnoldus Wion, libro uno, cujus initium: *Promiſſi memor ecce mei Gosberte quod olim &c.* De vita ſancti Othmari ſcripſit librum unum, qui itidem eſt apud Surium tomo ſexto ad diem decimum ſextum Novembris. De officiis divinis librum unum, qui etiam habetur impreſſus. De comparatione mundanarum & Eccleſiaſticarum dignitatum librum unum, epiſtolarum librum unum. Extat etiam in Bibliotheca noſtra opus integrum vitæ ſancti Mametis, viſionis Wettini & epigrammatum, quæ ab anno ætatis ſuæ decimo quinto ſcripſit, ubi quoque de ſancto Gallo unum eſt, & Epitaphium Wendonis, Abbatis noſtri, ubi ait: *Hujus namque loci fuerat patronus & Abbas, nomine Wendo &c.* Ex quibus, ſicut & quod Wettinum noſtrum Regi ſcribit mortuum, collige Walafridum fuiſſe Monachum S. Galli. Idem quoque edidit gloſſam in Leviticum & Numerum lib. 1. Et in ſeptem epiſtolas Canonicas. Et in Epiſtolam S. Hier. ad Marcellam de Hebraicis nominibus. Item Eclogas tractatorum in Pſalterio, volumen unum. Quæ pene omnia apud nos ſunt M. s. ſicut & alia quædam, quæ ipſius eſſe videntur, fortè vix uſpiam alias reperienda. Ex quibus etiam nota, maxime vero ex Epigrammatis, etſi certum eſt Walafridum anno ætatis ſuæ decimo octavo fuiſſe in Augia, & Wettini Monachi Augiæ viſionem ibi ſcripſiſſe, non tamen ſequitur, eum non fuiſſe vel tunc vel poſtea Monachum S. Galli,

Digitized by Google

Galli, nam fuit etiam Fuldæ ſub Rabani Mauri magiſterio, ut ibidem patet, nemo tamen dicit fuiſſe eum Monachum Fuldenſem. Noſtros certe patres Helpericum, & Werenbertum fuiſſe diſcipulos ejusdem quoque Rabani ſcimus: ſed ut nemo eſt qui propterea dicit eos fuiſſe Monachos Fuldenſes; ita etiam nemo dixerit Walafridum fuiſſe Monachum vel Fuldenſem, propterea quod Fuldæ Rabanum; vel Augienſem, quod in Augia Tattonem audivit. Hæc de illo. Obiit Strabo anno Domini 849. in Augia, regiminis ſui octavo. Sæc. IX. Anno 840.

JACOBI BASNAGII
DE
WALAFRIDO STRABONE
EJUSQUE SCRIPTIS
OBSERVATIO.

I. De Walafrido quædam omiſſa abaliis.

ANtecedit hic diſcipulus præceptorem, *Walafridus Strabo*, *Rabanum Maurum*, eâ ſcilicet ratione, quod verſus ſuos junior concinnaverit *Walafridus*; Opuſcula vero *Rabani* quæ ſubſequuntur, non elucubrata fuerint niſi anno 852. cum jam ad Epiſcopatum Moguntinum fuiſſet promotus.

Inter adoleſcentes eruditos debet recenſeri *Walafridus*, quippe qui natus anno 806. jam anno 821. cum decimum quintum ætatis ageret annum, verſus in laudem *Ebbonis Rhemenſis* ediderit. Æt. 18. viſionem *Wetini* ut & epiſtolam ad *Agobardum* carminibus ſcripſit: id ipſe teſtatur: *his verbis, ut vereor qui pene 18. annum jam transegi, dignis verberibus vapulabo, nec ætas ad talia competit, nec ſcientia ſuppetit, ſcintilla quidem ineſt & eget fomite.* Talia autem confitebatur anno 824.

Pauper fuit *Walafridus*, *Rabano* pro calceamentis reſcribere coactus, *hæc enim noſtra popoſcit paupertas*,

Sed licet innumeri pulſent mea pectora queſtus
Plus tamen inpugnat quod nudipedalia cogor
Ecce pati:

Nihilominus illius ſæculi viris celeberrimis fuit amiciſſimus, ut patet ex ipſius epiſtolis ad *Ebbonem*, *Drogonem*, *Modoinum*, *Agobardum*, *Godeſcalcum*, *Heribaldum*, & *Rabanum*, cujus ope & conſiliis ſtudia ſua confecerat in Monaſterio Fuldenſi. An fuerit Decanus Sangallenſis ſub judice lis

Digitized by Google

Sæc. IX Anno 840. lis est. Sed erravit statim a fronte narrationis *Trithemius*, qui illum inter Abbates hujus Monasterii recenset. Quippe numquam fuit Abbas Sangallensis, sed Augiæ divitis, hodie Reichenau.

Abbas creatus est *Walafridus* anno 842. at tunc temporis Sangallensis Monasterio præfectus fuit ille *Grimaldus*, ad quem sæpius ipse *Strabo*. Non igitur S. Galli, sed Augiæ divitis Abbas dici debuit.

Augia dives agris, hortis, templisque, lacuque
Fructibus hæc dives dives abundat aquis.

Præfecturam illam tenuit *Walafridus* ad an. 848. si *Mabillonio* credatur : secundum cæteros chronologos ad annum 849. quo excessit è vivis. Plura de *Walafrido* ex *Canisio* habebis. Nos quædam omissa tantum observamus.

II. De ejus Poëmatibus. II. Extant hic varia *Walafridi poëmata*, quorum prius Martyrium *Mamantis* refert, tot miraculis ita stupendis refertum, ut de genuina *Mamantis* Historia scrupulos moveant. Vitam *Blaitmaci* quæ sequitur, denuo *Mabillonius* edidit sæculo Benedictino tertio. Ejus notulas, pro more solito, ad oram libri reposuimus. De visionibus *Wettini* plura *Balusius* in epistola ad *Mabillonium* scripta anno 1673. Observat vir eruditus *sæculum Ludovici Pii pronum ad pietatem, signorum ac miraculorum avidum, visionum ac revelationum amantissimum ac feracissimum fuisse*. Inter visiones illo sæculo decantatas principem locum obtinuit illa *Wettini*, quam *Hetto* prosa, *Walafridus Strabo* carmine descripserunt. Illam viderat *Hincmarus* : penetraverat etiam in Aquitaniam, cum inserta legatur Chronico Malleacensi in Codice Beslyano. Denique Monachi *Sancti Vincentii Mettensis* eam a sociis *Wettini* accepisse sese venditabant. Contigerat anno 824. Paulo post litteris fuit mandata. Nihil tamen obstat, quo minus illæ pœnæ lustrales à Paganorum suppliciis infernalibus desumptæ nobis videantur. Mirare montes illos, quibus concatenati apparent Sacerdotes, Episcopi, Monachi: Mirare quod ait de *Carolo Magno*, præsertim regnante *Ludovico Pio* ejus filio :

Contemplatur item quendam lustrante pupillâ
Ausoniæ quondam qui regna tenebat, & altæ
Romanæ gentis, fixo consistere gressu
Oppositumque animal lacerare virilia stantis
Lætaque per reliquum corpus lue membra carebant.

Innuit scilicet Poëta *Carolum* æqui jurisque studiosum dum vixerat, plecti ob propensum in mulieres animum libidinosamque indolem. Illud *animal lacerans virilia stantis*, nonne è fabulis gentilium in christiana mysteria intruditur? Habet tamen aliquid observandum illud poëmation ; indicatur enim ibi series Abbatum Augiensium, & ex ea facile innotescunt viri illius ætatis eruditi, quemadmodum è cæteris versiculis *Walafridi*. Edidit *Wettini* visionem *Mabillonius*, prosaïcam *Hettonis*, ut & metricam *Walafridi Strabonis*, eaque opuscula inseruit sæculo Benedictino quarto; quanquam *Wettinus* nondum sit in Sanctorum censum adscriptus.

III. De laude Michaëlis & Apostolorum. III. Inter *Walafridi* poëmata plurima sunt de quibus merito dubitetur : jam monuit amicum amplissimus *Velserus* se subdubitare an illi versiculi, qui Michaëli Archangelo sunt inscripti & qui sequuntur, debeant asseri

asseri *Walafrido*. Voluitque illos præcipue, quos in laudem duodecim Apostolorum cecinit Poëta, *Fortunato*, sexti sæculi vati celeberrimo, restitui; nec infirmâ sane conjecturâ, si titulis habeatur fides; ibi enim inducitur *Fortunatus* XII. *Apostolos pro peccatis suis orans:* Sæc. IX. Anno 840.

Jamjam (inquit ille *Fortunatus*) *bissena digessi nomina patrum*
E quibus altithrono conversus credidit orbis.

Aliud occurrit in Hymno ad Michaëlem Archangelum, quod *Walafrido* convenire non possit:

Tu generis, tu conjugii fiducia nostri.

Ipse enim monasticæ vitæ a teneris annis addictus talia non potuit orare.

IV. Monet *Balusius* se hos versiculos *Straboni* inscriptos reperisse in vetustissimo Manuscripto; & ipse novum subjicit carmen, quod deest in antiquis lectionibus *Canisii*. Vix credam esse *Walafridi*: scatent erroribus & mendis illi versiculi: Sed sive de *Inna* Saxonum Rege Sedi Romanæ devotissimo, sive de *Hw*, qui post *Ceadwaldum* imperavit, Romamque petiit, loquatur Poëta, non potuit illum velut præsentem sæculo nono referre: IV. Novi versus Walafridi.

Quem clamant Jini certo cognomine gentis
Qui nunc imperium Saxonum jure gubernat.

Ne tamen aliquid horum desideret lector, cum breve sit illud carmen, hic adjicietur.

WALFRIDI STRABI

In Basilica sancti Petri & Pauli.

Hic Petrus & Paulus, quadrati luminaria mundi,
Absidam gemino tutantur numine lautam,
Necnon Andreas, qui quondam funera lætus
Passus & in patibulo sancta cum carne pependit.
Hoc templum Bugge pulcro sacro molmistruct'
Nobilis erexit cenuvium filia Regis
Qui priùs imperium Saxonum jure regebat,
Donec præsentis contemnens culmina regni,
Divitias mundi rerusque reliquit abena,
Plurima basilicis inpendis rura novellis,
Quà nunc Christicolæ servant monastica jura.
Exin sacratam perrexit quærere vitam,
Dum proprium linquit Christi pro nomine regnum.
Qui tamen ante tribus gessit certamina pugnis,
Et ternis pariter confecit bella triumphis.
Post hunc suscessit in bello famosus & armis
Rex Caejivunalla potens, regnique possessor & heres.
Set mox imperium mundi sceptrumque relinquens

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Altâ ſupernorum conquirens regna polorum,
Clarum ſtelligeri conſcindens culmen olimpi,
Sed his principibus cœlum penetrantibus altum,
Quorum deſcripſi jam bina vocabola dudum,
Tertius accepit ſceptrum regnator opimum,
Quem clamant ini certo cognomine gentis,
Qui nunc imperium Saxonum jure gubernat.
Quo regnante novum præcelſa mole ſacellus
Bugge conſtruxit ſupplex vernacula Chriſti.
Præſentem ergo diem cuncti celebremus ovantes,
Et reciproca Deo modolemur carmina Chriſto.
Sic rexit germini plures feliciter annis,
Donec converſus cellam migravit in almum.
Inde petit ſuperas meritis ſplendentibus arces,
Angelicis turmis ad cœli culmina ductus,
Celicolis junctus lætatur ſorte ſuperna.
Turgida cum ratibus ſulcabat cerula curvis,
Et maris equoreas luſtrabat ſemige capos.
Algida ventoſis crepitabant carbaſſa flabris,
Donec barca rudi pulſabat litora raſtro.
Exin nimboſus trancendit paſſibus Alpes
Aggeribus niveis & montis vertice ſepta;
Cujus in adventu gaudet clementia Romæ,
Dum mergi meruit baptiſmi gurgite felix.
Poſt Abbas igitur morbo correptus egreſcit,
Donec mortalis clauſit ſpiracula vitæ.

V. Hortulus Walafridi.

V. Denique non omittenda eſt hic *Caniſii* conjectura, qui jam ſuboluerat plurimos verſus *Walafrido* non debere vindicari; ſic enim ipſe: *Hortulus Walafridi poëmatis ſubjectus non eſt Walafridi Strabi Fuldenſis, ac proinde inſcriptio hortuli reformanda eſt, ne alienus partus ſupponatur parenti non ſuo.*

VI. Tractatus de ſubverſ. Hieroſ.

VI. Carmina ſequitur tractatulus de ſubverſione Hieroſolymæ. Hic tribuitur *Walafrido*; nec à via multorum veſtigiis tritâ pedem retrahere volumus. Brevis eſt illa narratio & ſingula quæ ad Hiſtoriam pertinent è *Joſepho* ſunt deprompta; ſed enucleato ſenſu Hiſtorico ad Myſtica confugit, multaque de impœnitentis animæ ſubverſione ſubtiliter nimis fingit author.

POEMA-

Digitized by Google

POEMATUM WALAFRIDI STRABONIS INDEX.

Præfatio Strabi vel Strabonis.
Oratio ejusdem.
Versus Strabonis de vita & fine Mammæ martyris.
In Natalem S. Mammetis hymnus ejusdem Strabonis.
Versus de beati Blaithmaic vita & fine.
Epistola Wettini.
Ad Grimaldum de morte Wettini.
De singulis festivitatibus anni.
In nativitate Christi.
In octava Domini.
In Epiphania.
In hypapanti.
In Septuagesima.
In Quadragesima.
In palmis.
De passione.
De Resurrectione.
In Ascensione.
In Pentecoste.
In Natalem S. Joanis Baptistæ.
In Natalem S. Bonifacii Archiepiscopi.
In Assumptione sanctæ Mariæ.
De Apostolis.
De Confessoribus.
De Martyribus.
De Virginibus.
In natal. S. Martini Episcopi.
Hymnus de natal. Domini.
Hymnus de Agaunensibus martyribus.
De B. Maria virgine.
Versus in Aquisgrani palatio editi. Anno Hludovici Impera. XVI. *Interlocutio Strabi & Scintillæ.*
De libro Machabæorum priore.
De S. Gallo. Ibidem carmen venera. Bedæ Presbyteri de Psalmo XXII.
De Hlothario Imperatore.
De Hludovico Rege.
De Pipino Rege.
De Judith Imperatrice, & Carolo Augustorum filio.
De Hilduvino Archicapellano.
De Einharto Magno.
De Grimaldo Magistro.
Ad Judith Imperatricem.
Ad eandem de quodam somnio.
Hludovico Imperatori.
Judith Augustæ.
De osse Damulæ per quod arbuscula crevit.
Ad Imperatorem Hludovicum.
Ad Carolum Juvenem.
Hiltuvino Seniori.
Heribaldo Episcopo in persona Caroli.
Ad Liutgerum Clericum.
Item ad ipsum.
Ad Hludovicum Clericum.
Ad Bodonem Hypodiaconum.
Ad Gotabertum Italicum.
Ad Thomam præceptorem palatii.
Ad Chonradum Comitem.
Ad Bryadbernum Laicum.
Ad Adelheidam.
Fabula admonitoria ad quendam.
Similitudo impossibilium.
In Ecclesia Monasterii quod Rura *vocatur.*
Super unum altare ejusdem Ecclesiæ.
Super aliud. De hymno trium puerorum.
Versus in quodam Mantili.
Ad Werdrichum.
Versus in baculo.
Versus in flagello.
In capulo cultelli.
Item in alio.
In manicis
In tabula.
In cereo.
In convivio.
Ad Episcopum Ferend.
Ad amicum.
Versus Walaherdi, quos post annum ætatis XV. *edidit de rebus diversis. Ad Hebonem Archiepiscopum Remensem in persona Tattonis.*
Ad Deganchor, Episcopum Trevirensem in persona Tattonis.
Item ad eundem.
Ænigma.
Drogoni Episcopo Mettensi.
Ad Muatuuinum Episcopum.
Item ad quendam.
Ad Agobardum Episcopum Lugdunensem.
Ad Maurum Hrabanum Abbatem Fuldensem, magistrum suum.
Ad eundem pro calciamentis.
Ad eundem pro servitore dando.
De quinque partibus Rhetoricæ.

Ad

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Ad Wenibertum Abbatem.
Ad Sigimarum modo Abbatem.
Ad Magiſtrum Tattonem.
De carnis petulantia.
Ad Lipharium Monachum.
Ad Altgerum Monachum.
In perſona cujusdam Monac. ad Abb. ſuum.
Gottesſcalcho, qui & Fulgentius.
De quodam ſomnio ad Erluinum.
Carmen de Michaële Archangelo.
De S. Maria virgine.
De S. Petro principe Apoſtolorum.
De S. Paulo Apoſtolo.
De S. Andrea.
De S. Jacobo fratre Joannis.
De Joanne Apoſtolo & Evangeliſta.
De Thoma qui dicitur Didymus.
De Jacobo filio Alphei.
Item de Philippo Apoſtolo Chriſti.
De Bartholomæo Apoſtolo.
De Matthæo Apoſtolo & Evangeliſta.
De Simone Zelote Apoſtolo.
De Juda Apoſtolo, qui & Lebbæus, cui nomen Tathæus.
Hic Fortunatus XII. *Apoſtolos pro peccatis ſuis orat.*
Item de Matthia Apoſtolo, quem Dominus elegit ſorte pro Juda.
Incipit pſalmus.
Oratio Dominica.
ΔΙCTIXOI ΠΡΟC ΤΟΝ ΑΡΧΟΝ ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.
Verſus Thaliæ ad eundem.

INCIPIT

PRÆFATIO STRABI VEL STRABONIS

Ad Librum de VITA ET FINE MAMMÆ MONACHI.

Legiſtis meminit veſtra ſagacitas
Antiquos propriis carminibus viros
Horum ſubſidiis credere ſæpius,
Quorum facta ſtylo dona vel explicant,
Ut paucis valeas cætera diſcere,
Martem bella canens orat & Herculem.
Nymphas ruricolæ Panaque præferunt.
Extra hæc ſunt varia, vana ſed omnia,
At nobis Dominus ore vocandus eſt
Laudanduſque pio corde vel actibus,
Cujus pandit opus quiſquis honoribus
Sanctorum celebrat nomina congruis,
Anshelme invigila, chare precatibus
Vulfing ne ſileaş poſcere judicem
Importunus ei Lantwine clamita,
Quem qui plus petiit, plus meruit boni,
Hos jam verſiculos, quos volo ſubdere
Pro me continuis promite ſolibus
Donec perficiam quod modo poſcitis.
Perfectis etiam ſenſibus arduum,
At multis egomet ſordibus obſitus,
Sanctorum precibus, quos colo carmine
Donari veniam credo fideliter
Magnis & nimiis quas veho claſſibus.

Oratio

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840. Oratio Walafridi.

Oratio ejuſdem.

O Rerum ſator omnium tremende,
Qui mirabiliter genus creaſti
Humanum, recreans idem potenter,
Dum pœnas crucis innocens luiſti,
Audi me miſerum malis gravatum,
In quo nil niſi repperis ruinam,
Tu ſolus vitiis potes mederi,
Te ſolum medicum requiro, ſana.
Indignus quoque te rogare quicquam
Nil poſſum meritis meis mereri.
In quo deficiunt opes precandi
Mammæ ſubveniat tui precatus.
Cujus facta libet metro referre
Ad laudem tibi gloriamque factor,
A quo ſanctus habet beatitatem
Et peccator habet reverſionem.
Jam nunc ordiar ô beate Mammes
Aſſis obſecro Spirituſque ſancti
Munus concilies meo labori
Trino ut digna Deo loquar; ſed & te.

INCIPIUNT CAPITULA OPERIS.

I. *Patria & pueritia viri ſancti.*
II. *Qualiter tempore perſecutionis ſolitudinem duodecennis cum pecoribus petierit, & quid ibi fecerit.*
III. *Quomodo in campum à Domino vocatus virgam & Evangelium invenerit.*
IV. *Quemadmodum ex præcepto domum in monte conſtruxerit, & à ſylvicolis ſit gregibus honoratus.*
V. *Ut agreſtia cum mitibus mulgens, & caſeos pauperibus tribuens apud præſidem ſit delatus.*
VI. *Qui Miſſos præſidis humanitate ſuſceperit.*
VII. *Qualiter ipſos concurſu agreſtium territos de ſe ſit conſolatus, in quo de nominis ejus diverſitate.*
VIII. *Quomodo admonente Dei ſpiritu leonem, qui ſe ſequeretur, vocaverit.*
IX. *Quemadmodum Cæſaream veniens præſidi innotuerit.*
X. *Quibus reſponſis præſidi confeſſionem magicarum artium quærenti obviaverit.*
XI. *Quibus itidem blanditias præſidis obviationibus confutaverit.*
XII. *Ut ſuſpenſus equuleo verbera ſe non ſenſiſſe confeſſus ſit.*
XIII. *Qualiter acrius tortus cœleſti allocutione ſit confortatus.*
XIV. *Quomodo præſes caminum inſtrui præceperit, ſanctumque carceri manciparit.*
XV. *Quemadmodum ingreſſus carcerem, paverit ibi recluſos.*
XVI. *Ut vincti effugerint, præſesque cum Mammete pro immolando ſermonem habuerit.*
XVII. *Qualiter in camino Deo gratias retulerit, ſe ab igne lædi non poſſe.*
XVIII. *Quomodo præſes incendium renovarit, intactumque audiens ipſum arceſſiverit.*
XIX. *Quemadmodum educto præſes, & magica neganti feras promiſerit.*
XX. *Qualiter urſa vel pardus non pœnas ei ſed honorem intulerint.*
XXI. *Quomodo capto ad interficiendum eum leone, ille quem prius vocaverat veniens, vocem ſit imitatus humanam.*
XXII. *Qua ſeveritate januis clauſis Judæos Gentileſque proſtraverit.*
XXIII. *Quemadmodum ſanctus Mammes leonem miræ ſuperaverit crudelitatis.*
XXIV. *Qualiter à populo lapidatus inlæſus permanſerit.*
XXV. *Quomodo voce vocatus ſuperna pro inimicis deprecatus in pace quieverit.*
XXVI. *Quod cæteros ſanctos non ſolum vita, ſed & virtutibus æquiparaverit.*

Finiunt Capitula.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

VERSUS STRABI VEL STRABONIS DE VITA ET FINE MAMMÆ MONACHI.

CAPUT I.

Patria & pueritia viri ſancti.

URbem Cappadoces habitant, quos ille refertur
Progenuiſſe Moſoch, veniens de ſemine Japhet,
Quos Aſiæ verſus occaſum rura minoris,
Armeniæque latus per fines tangit Eoos
Campus Amazonidum ſepten de parte trionis
Nubifer opponit calidum juga taurus ad Auſtrum.
Quam virtute potens conſtruxit Perſeus olim,
Poſt Romana ſuis rebus lætata poteſtas,
Cæſaream vocitare dedit, peregrinus & hoſpes
Corporis ac mundi felix hanc incola Mammes
Incoluit partim, cœlum nam mente petebat,
Utque fides ſobolis multo pretioſior eſſet
Perfectam tenuêre fidem pietate parentes
Et natum docuêre ſui ſervare timendo
Lucida juſſa Dei, non ſegnior ille repertus,
Moribus ætatem ſenſu tener extulit annos.
Carne puer ſed corde ſenex; qui deinde parentum
Poſt mortem cuſtos vitæ cautiſſimus almæ
Obſervans mandata Dei dedit ocius artæ
Exemplum normamque viæ, latitare nequibat
Urbs in monte ſedens, modio neque tecta lucernæ
Flamma perit, ſed lumen agens in domate cunctis
Cunctorum in ſeſe purum convertit amorem.

CAPUT II.

Qualiter tempore perſecutionis ſolitudinem duodecennis cum pecoribus petierit, & quid ibi fecerit.

ET jam bis ſenos puerilis floſculus annos
Attigerat, cum ſæva mali lex Aureliani
Eccleſiæ mactaret oves, vaſtaret ovile
Lictoresque pium ſequerentur ubique tyranno
Præcipiente genus, variis ut corpora pœnis,
Afficiant, variis nolentum ſolvere divis
Liba preceſque patrum; mox ergo ut vidit in ipſa
Cæſarea puer iſta geri, faniſque profanis
Seductos ſervire choros, non paſſus inerti
Tantum animo tolerare nefas, quaſcunque parentum
Cura paravit opes ſprevit, montemque petivit
Mentem carne ſequens, manſit quæ ſemper in alto

Contem-

Digitized by Google

Contemplata Deum, regumque æquabat optimas
Delicias in lacte gregis, has denique ſolum
Ad montem perduxit opes, paſcebat ovillum
Ipſe pecus, victumque ſibi quærebat ab illo.
Sæpius inſiſtens precibus, libriſque legendis
Otia longa trahens vitam ſine crimine duxit,
Quod montem petiit monitis conſenſit Jeſu,
Excidii qui ſigna canens, hoc addit agendum,
Tunc qui plana colunt, ad ſumma cacumina tendant,
Maturentque fugam, mores imitatus avitos
Pavit oves ſimplex magni ſectator Jacob,
Alter Abel Patriarcharum ſanctiſſima proles.

CAPUT III.

Quomodo in campum à Domino vocatus virgam & Evangelium invenerit.

HÆc inter campum Domini petat ore monetur,
Et pergens, quo Chriſte vocas, quo te ſequar? inquit,
Fulgida continuò per cœli virga ſerenum
Voxque ſimul cecidit, tibi mittitur accipe Mammes,
Et quodcumque tibi ſuadet mens ſancta petendum,
Hac dabitur: faciem tum lætus ad æthera tollens,
Fert grates domino; mox virga ut contigit occas
Campi, Evangelium miro datur ordine ſanctum
Quod poſtquam ſumpſit ſupplex & legit apertum
Credo ſciens virga paſtorem, codice magnum
Doctorem inſtitui, Dominum veneranter adorans
Et quis, ait, dictis, oſtende, monebitur iſtis?
Donaſti jam velle loqui, da credere verbis
Corda aliena meis; dixit, vocemque loquentis
Audiit, accelera, Mammes, montemque reviſens
Mox parvam compinge domum, dabo deinde jubendo
Hæc ſacra dicta, quibus doctor capienda miniſtres.

CAPUT IV.

Quemadmodum ex præcepto domum in monte conſtruxerit, & à ſylvicolis ſit gregibus honoratus.

ILle pii præcepta patris veneranda ſecutus
Montem conſcendit, præciſiſque undique ſolers
Arboribus, ſtruit antra magis quàm dædala celſis
Tecta tholis, ſimul ædificans altare Tonanti,
Poſtque laboris onus, ſancto ſudore fluentes
Artus compoſuit ſeſſum librumque revolvit,
Dumque ſacros verſus depromeret ore beato
Sylveſtres venêre greges, animalia juſſu
Acta Dei, fixoque genu patienter adorant.
Quo recitante tacent, & acutis auribus aſtant,
Poſt verbum, cum luſtra mares ſylveſtria cuncti
Expeterent, quaſi carnalem doctoris ad uſum
Femineos liquere choros, quîs lacte tumebant
Ubera tota novo, domitis ſine lite cohærent,
Quæ ſancti ſociavit honor; ſi dicere dignum eſt,
Sic edocta ſuo ſervit Macedonia Paulo
Dat carnale bonum per quem cœleſtia ſumpſit.
Miremur virtutis opus, doleamus iniqua
Brutaque corda hominum; verbum faciente magiſtro,
Intentæ ſtupuere feræ: at ratione vigentes
Auditum ſtrepitu ſenſum ſermone retundunt,
Dat fera mercedem, nos impia probra docenti,
Hinc fera non meritum, ſed habet mens dura reatum.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

CAPUT V.

Ut agreſtia cum mitibus mulgens, & caſeos pauperibus tribuens apud præſidem ſit delatus.

VIr domini agnoſcens ideo remanere libenter
Ut grege cum proprio fætas mulgeret agreſtes,
Accedens niveo ſinum de fonte replevit,
Caſeus efficitur paulatim lacte coacto
Pinguis & immiſſis diteſcit fiſcina formis
Cernit abundantes lactus de munere fructus,
Et rogat ut Dominus quidquid velit inde futurum
Oſtendat; tum ſancta virum mox juſſio portas
Cæſareæ properare jubet, tandemque repertis
Pauperibus, viduis, orbatis luce parentum
Quod Dominus tribuit, largis contradere palmis.
Non ſecus ac juſſum eſt, prompto perfecit amore.
Sæpius hæc paſſim cives miranda videntes
Invidiæ pulſante malo conſpectibus aſſunt.
Fortis Alexandri qui dudum Præſes ab illo
Miſſus erat nonam, qui movit in orbe procellam
Chriſticolis, cujus ſanctum lex horrica Mammem
Propulit in montem; clemens, ò Præſes, obaudi
Accuſator ait: quendam de ſtirpe Magorum
Vidimus inclitis leges mutare ferarum
Carminibus, ſollers ortas compeſce querelas.

CAPUT VI.

Qua Miſſos præſidis humanitate ſuſceperit.

HIs commota ſuper furibundi Præſidis ira,
Ire duos equites, ſanctumque adducere juſſit.
Obvius his Mammes montis ſcandentibus alta
Quo properatis ait? Mammetem quærimus, aiunt.
Si noſti, monſtrato viam, qua manſit & ipſe,
Vel qua paſcat oves; non hujus nominis, inquit,
Hic cognoſco virum, nec hujus manſio nota eſt;
Non trepidans hoc dixit enim, ſed verba monentis
Implevit Domini, ſanctos qui juſſit apertas
Declinare minas, ut ſervet juſſa, peregit
In ſolo ſermone fugam. Nam cætera fortis
Temptamenta tulit, pro Chriſto ponere malens
Quam ſervare animam, verbiſque ſequentibus ipſum
Non timuiſſe docet; Mammes cur quæritur, inquit.
Declarate mihi & vobis monſtrabo videndum.
Proditione, aiunt, pulſantur Præſidis aures,
Audit & hunc puerum magicis confidere rebus
Et domitare feras & agreſtibus imperitare.
Ille Dei dono monitus, reſpondit, eamus,
Guſtemuſque prius, tum juſſa faceſſere tempus,
Adductiſque domum convivia larga paravit,
Panis, aquæ niveique apponens munera lactis,
Non tantum propriis precibus dilexerat hoſtes,
Verùm quod ſancti monuit ſollertia Pauli
Eſuriemve ſitimve pati non pertulit ipſos.
Hinc videas mentem prunas tetigiſſe calentes,
Dum velut affines Mammem venerantur amicum.
Et redeunt ſanctæ teſtes virtutis opimi.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

Sæc. IX. Anno 840.

Qualiter ipsos concursu agrestium territos de se sit consolatus, in quo de nominis ejus diversitate.

ERgo illis pariter prandentibus intrat agrestis
Turba catervatim, legeret dum dogmata sanctus
Verbi Evangelici, turbantur nescia visu
Corda virum, supplex alius complectitur aram,
Ille sacris genibus Mammæ timefactus inhæret.
Attoniti terrore novo, summamque salutis
Jam dubio sub corde tenent; cernensque timentes,
Ne timeatis, ait, Mammetem cernitis, ecce
Quæritis, hunc ipsum vos invenisse sciatis,
Confortate animos, nihil hic nisi mite videtis.
At mihi restat adhuc, dubitatio nominis hujus:
Nam *Mammas Mammæ* & *Mammes Mammetis* habetur,
Et *Mammes Mammis* scriptum liquere priores.
Sit quodcunque tamen cœlestis scriptio servat,
Quodcumque exprimimus sanctum signamus eundem.
Si vis sponte veni, si non, permitte reverti.
Pergite, ait, nil vestra timor jam pectora turbet,
Nam quocumque Dei me spiritus egerit, ibo.
Continuò redeunt gaudentes atque timentes.
Quam facilè Omnipotens hominum mutare repente
Corda potest, laudemque suis concedere sanctis.
Non modò ut hos homines timeant, sed cuncta creata.

CAPUT VIII.

Quomodo admonente Dei spiritu leonem, qui se sequeretur, vocaverit

SPiritus egregium docuit sublimia Mammem,
Surge aiens, jamjamque voca de monte leonem
Qui multum virtutis habens, & corpore præstans
Judæos gentesque vocet, cum stirpe maligna.
Lætus ad ætherium Mammes suspexit Olympum.
O Deus alme patrum, mundi pie conditor, inquit.
Jam miserere, tuumque pater, ne desere servum,
Respice Mammetis, quid corda fidesque volutent.
Passurumque tuo pro nomine multa tuere.
Dixit, cum veniens heremi de parte rugitus
Dat leo terribiles horrendus colla jubasque
Cui Mammes, quo Christus ait, vocat, impiger ibo.
Tu quoque divina venias ad scammata jussu
Dumque cavo fuerint spectacula in amphitheatro
Impia turba suum moriens te sentiat hostem.
Ac velut hoc dicens, miles vexilla sequeris.
Sternere disce ducis strictis mucronibus hostes.

CAPUT IX.

Quemadmodum Cæsaream veniens præsidi innotuerit.

CÆsaream post ista puer venerandus adivit,
Repperit & portas juxta residere patentes
Quos dudum Præses capiendum misit ad ipsum
Qui sancto veniente stupent, humilique salutant
Alloquio, salutem temet gaudemus adesse.
Amplexique pedes, verbis venerantur amicis.
Surgentes ad celsa viri prætoria currunt
Dicentes, ô Præses, adest, quem quæris ut hostem.
Non Magus ut stulti confinxit opinio vulgi.
Nec reus illorum, quæ garrula fama ferebat,
Sed servus milesque Dei sine crimine summi.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Judex hæc contrà: pretio cognoſcitur iſte
Corrupiſſe meos, ſererent ut falſa volentes.
Nos aiunt non falſa tibi, ſed viſa locuti,
Haud cupimus pretio verum mutare ſaporem.
Vidimus ad vocem Chriſtum de more vocantis,
Silvicolas aſtare greges, quaſi mitia quædam.
Orantemque ſatis humili circumdare geſtu.
Neſcimus hunc eſſe magum; ſi credere nobis
Duxeris indignum, præſto eſt, nam venerat ultro.
Judiciis inquire tuis nos vera locutos.
His ſimul auditis multa de parte piorum
Ad Mammem venêre, ſacri conſortia verbi
Quærentes, animos per gaudia ſancta refecti.

CAPUT X.

Quibus reſponſis præſidi confeſſionem magicarum artium quærenti obviaverit.

INterea Præſes Mammem jubet ante tribunal
Conſtitui, & verbis adductum pulſat amaris.
Tu Mammes, quem fama magum ſerit, ille vocaris?
Servus ait, Chriſti, *Mammes* vocor. Incola montis.
Dic, inquit, magica compeſcere qualiter arte,
Et domitare feras, debes nam pandere, poſſis.
Servio ait ſanctus Chriſto, qui cuncta gubernat,
Cujus ad imperium ſubſtantia flectitur orbis,
Illum terra timet, cœlum, mare, ſpiritus omnis.
Hæc ſcio & hæc fateor, novi nam cætera numquam.
Dixit Alexander, magicas ſi pandere fraudes
Diſſimulando fugis, tormentis fortibus actus,
Nudabis quæ tecta tenes; dic ergo quod opto.
Non, inquit, didici myſteria fæda magorum
Invoco ſed Chriſtum, cujus venerabile nomen,
Omnia ſancta facit, carnem tibi cedo terendam
Quam cruciare potes, liber ſed ſpiritus iſte,
In Domini virtute manet, quem cuncta tremiſcunt,
Præſes ait magicis pœnas contemnere ſacris
Te video; ne crede tamen me flectere poſſe
Nequitiæ commenta tuæ, vel carmine ludi,
Dixit, & è contra ſanctus fert talia Mammes.
Odit quippe Deus vitamque genuſque magorum
Et magus eſſe nequit Domini qui flagrat amore,
Non tua ſcito miſer timeo tormenta minaſve;
Salvatoris habens ſcutum, qui ſidera ſervat
Qui me teque ſuo judex ſub jure retentat,
Quem colo, quem ſolum per legem doctus adoro.
Præſes ait, diverſa ſtudes opponere veris
Hactenus artifici licuit luſiſſe loquela
Jam montana mihi citiùs ſecreta pateſcant.
Et quid ait tibimet judex ſceleroſe fatebor?

CAPUT XI.

Quibus itidem blanditias præſidis obviationibus confutaverit.

HInc aliam tentare viam dementia cœpit
Judicis, invicti jura per Cæſaris, inquit
Fortunam (a) nomenque Deûm, nihil eſſe nefandæ
Artis apud Mammen, & citius ſecurus abibis.
Per nomen confirmo Dei patris omnia Mammes
Lætus ait natique ſimul cum numine flatus,
Aſt hominum figmenta ſequi ſæviſque redempta
Dæmonibus damnare animam nullo ordine poſſum:
Præſidis ira videns ſibi fortia tela remitti
Increpat, & dictis ardens pro talibus intus

(a) fortè *numenque.*

Nomen

Digitized by Google

Nomen ait contemne Dei jamque ipſa negato
Jura tui noſtriſque ferens libamina divis
Aureliana jubet cunctis quod ſanctio comple;
Vir Domini ſolita fretus virtute Tonantis
Quod didici ſectabor, ait, qui cuncta gubernat,
Huic libare volo, quem ſolum ſemper adoro,
Dæmones ille colat Dominum qui neſcit Olympi.
Vane puer nimium Præſes ſeduceris inquit
Et doleo, nam pulchra tibi nunc ſuppetit ætas,
Et primos teneris oſtentat floribus annos
Nec poteris pœnas penitus perferre paratas,
Fervet enim crudo virtus in pectore magna,
Fervida ſed languet bellis audacia cœptis,
Flectere, frange fidem, facilis fuga, ſorte furoris
Supplicium noſtri; Dominumque Deum negando
Offer ſacra Diis incenſa potentibus, hoc eſt,
Quod jubet Auguſtus, quo facto liber abibis,
Fultus amicitia: reddit cui talia Mammes:
Jam ceſſa ſperare miſer mea vota reflecti,
Et pro te potius tandem doluiſſe memento,
Atque annos deflere tuos, me deſine flere,
Cui Dominus protector adeſt: volo protinus, inquit
Præſes ut ipſe neges, quem dicis jure colendum.
Non nego, ſanctus ait, Dominum, tormenta parari
Cuncta jube, tolerabo libens pro nomine Chriſti.

CAPUT XII.

Ut ſuſpenſus equuleo verbera ſe non ſenſiſſe confeſſus ſit.

INflammat magnis vehemens fervoribus ira
Pectus Alexandri miſerum, jubet altius ergo
Sanctum ſuſpendi, tormentiſque acribus amens
Pulſat utrumque latus; dum carpitur unguibus uncis.
Nullum dat Mammes vocem de more dolentum,
Nondum Præſes ait, ſenſiſti ſaxee plagas?
Dure nec humanos juvenili in corpore ſenſus
Error habere ſinit; Mammes ad ſidera lætus
Intuitum vertens, grates perſolvimus, inquit,
Terrarum cœlique Deo, quia non magis ipſe
Intus adhuc ſenſi, mentis ſecurus in arce
Crudeles quam te pœnæ tetigere ſedentem.
O pia ſanctorum miris patientia, vincens
Aſpera cuncta modis, cœleſtia mente petentes
Contemnunt carnem memori vel cernere viſu
Sic perdunt vitam, vita ſine fine reperta.
Eſt leve momentoque volans, fugit ocius omne
Quod tolerant, acuit ſpes muneris, ardor amoris
Immenſumque ſuis cœleſtis gloria pondus
Mercedis tribuit, quid pronum in prælia ſemper
Tyronem miraris, habet ſua præmia victor,
Pro regno pugnat, regnans poſt bella quieſcit.

CAPUT XIII.

Qualiter acrius tortus cœleſti allocutione ſit confortatus.

PRæſes ut invictum ſenſit per vulnera Mammem
Obnixis durare animis, nec velle reflecti
Ad mundi ridentis opem, jam funditus, inquit
Interiora viri manibus pulſentur obuncis
Ut tandem ceſſet magicis confidere vanis,
Et ſaltem nolens, veſtigia noſtra ſequatur.

Mammes

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Mammes ſidereo figens ſua lumina cœlo,
Spe meliore metum pœnarum liber abegit.
Credo tenens quod Chriſtus ait non eſſe timendos
Corpora qui perimunt, communi obnoxia morti,
Victuras ſine fine animas, quia perdere nullis
Suppliciis poſſunt; Ergo dum talia Mammes
Perpetitur, tractu cœli vox miſſa cucurrit.
Nunc opus, ô Mammes, animis, nunc pectore forti,
Confortare, propè eſt victoria, plena corona
Utere duritia miles invicte virili.
Hanc vocem quidam ſanctis è fratribus almo
Auditu excipiunt, & pleno pectore gaudent,
Aſt alios qui nulla ſacri ſolamina dicti
Percepere, metus pariter mærorque premebant.

CAPUT XIV.

Quomodo præſes caminum inſtrui præceperit, ſanctumque carcere manciparit.

POſtquam illa Judex animatum voce furentes
Carnificum tolerare manus & ſpernere Mammem
Vidit, ab incepto mutatus, juſſit ab alto
Deponi totaque ſtrui virtute caminum.
Ut quem non flexit ferus unguibus igne perurat,
Demens, qui magnam regnare in pectore flammam
Sanctorum ignorans ignes adhibere caducos
Non timuit, cum reſtingui non ignis ab igne,
Sed magis augeri ſoleat; nec fortibus undis
Sanctorum flammas ſuperari poſſe beatas,
Teſtis adeſt ſcriptura, ſacro quæ prædicat ore,
Quod multis non poſſit aquis pius ardor amoris
Extingui. Tormenta parat dum talia miles.
Præſes ab interno pulſatus judice juſſis
Obvia juſſa ferens Mammem jubet inde beatum
Carceris extremi gremio, tenebriſque ligari,
Ipſe magis tenebris, cæca & caligine preſſus
Qui Domino ductore carens petit exteriores,
Quîs fletus ſtridorque manent, ſine luce tenebras.
At ſanctis mundus carcer, quo ſolviër orat
Se pſalmiſta, domum paradiſi lætus ut intret.

CAPUT XV.

Quemadmodum ingreſſus carcerem, paverit ibi recluſos.

SAnctus in anguſti perductus carceris antrum,
Repperit incluſos vario pro crimine dura
Sorte quater denos, mox primo in limine fixis
Ad Dominum genibus, fundebat talia Mammes,
Omnipotens immenſe Deus, quem denique noſtri
Dilexere patres, quia tu miſeratus amaſti,
Exaudi quas fundo preces, nec linquere (a) memet
Auxiliis qui vivo tuis, dignare creator
Protinus incluſi percepto nomine Mammis
Ad plantas volvêre ſacras ſua corpora paſſim,
A quibus ut Mammes quid vellent voce repoſcit.
Audiit eſuriem, languentum cuncta per oſſa
Jam rabiem traxiſſe ſuam, nutare ſubactis
Viribùs inceſſum, linguæque retundier uſum.
Hæc inter patulam penetrare columba feneſtram
Viſa ferens mellis, nivei quoque munera lactis
Vox ſimul increpuit, tibi mittitur, accipe Mammes,

Dulcius

(a) *Hank.* legit: *Mammem* in not. M. s. ſed retinenda vetus lectio. BASN.

Digitized by Google

Dulcius hoc donum precioſis ſumito cunctis.
Accipiens Mammes manibus ſacra dona ſupinis
Mandit, & adjunctam ſatiat benedictio turbam,
Ut panes, quos ſorte puer portaverat unus,
Quinque dedit Dominus quondam per millia quinque,
Sic quod portat avis, Mammæ ſub honore beati,
Hanc turbam ſatiare valet, hæc munera ſanctum
Trina decent, qui felle carens, dulcedine vitæ
Cœleſtis jucundus erat, cui trina poteſtas,
Vita, fides, virtus, dilectio, ſpes, via, palma.

CAPUT XVI.

Ut vincti effugerint præſeſque cum Mammete pro immolando ſermonem habuerit.

JAm mediæ cum noctis iter labentia cœlo
Sidera ſignarent, ſubito ſublata ſerarum
Clauſtra, viam tribuunt cunctis, quos carcer habebat,
Jamque fugam celerant miſeri, ſolumque relinquunt
Convivam ſub nocte ſuum, timor incidat ergo
Hos toleraſſe reos, illum ſub crimine nullo,
Sed tantum virtute animi, per prælia regem
Velle ſequi proprium, palmamque ſubire quietis.
Præſes ut exploſas audivit carceris umbras,
Effugiſſe reos, ſolumque reſidere Mammem,
Cuſtodi jubet accito ſibi ſiſtere ſanctum,
Adductumque affatur ita; hæc datur optio Mammes,
Sola tibi, veniam cunctorum præſto malorum
Si tantum puro Dominus ſermone negetur,
Quem verbo vitaque Deum colis, aſſeris, oras.
Sanctus ait, prolata ſemel ſententia ſtabit.
Præſes ait, libare Diis tibi vane neceſſe eſt.
Mammes, ceſſet, ait, Chriſtum colo, juſſio vana.
Judex, vincet, ait fervens tua dictus caminus.
Eja age quæque placet tandem tormenta parato;
Mammes lætus ait; Judex cui talia reddit.
Artibus ut ſemper magicis contemnis & ignes,
Sacrifica, fer dona Diis, da munera templis,
Dic, inquit, Mammes, cenſes quibus eſſe litandum.
Ira licet dare verba vetet, tamen hæc quoque Præſes.
Alcides votis, magnuſque colatur Apollo.
Proles ſancta Jovis. Tum Mammes protinus infit;
Conveniunt tua dicta tuis erroribus ergo,
Perditio, quod Apollo ſonat, vaſtare colendum,
Non ſalvare animas, ſævo ſolet igne tenendas
His ſimul auditis irato pectore Judex
Triſte Dionyſio, Satanæ, Zoſimoque miniſtris
Mandat opus ſanctumque jubet cruciare camini
Ignibus, ut totas confundat flamma favillas.

CAPUT XVII.

Qualiter in camino Deo gratias retulerit, ſe ab igne lædi non poſſe.

CUmque Dei miles deductus ad ora camini
Cerneret officium pœnas ſudare parando
Viribus ætherium totis ſuſpexit Olympum.
Hæc ſacra dicta pio ſupplex de pectore fundens,
O patrum noſterque timor, tua juſſa tenendo,
Te propter patior furibundi judicis iras,
Exaudi quas fundo preces, patientia noſtram
Dirigat alma viam, virtus ſimul ignis hebeſcat,
Integer & Mammes vincat tormenta Tyranni

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Lucis ut ignari capiant manifeſta patenter
Virtutis documenta tuæ, te vincere ſolum
Poſſeque cuncta ſciant, ſancto tum nomine Chriſti
Munitus, ſignoque crucis per ſingula facto,
Haud trepidat flammæ medios intrare per æſtus.
Protinus ingreſſo ceſſit vis tota caloris,
Ignis, & extinctis cœpit rareſcere prunis.
Conſpecta novitate, pio fert talia Mammes
Ore, pater rerum tibi reddimus optime grates,
Nos quia non aliter dignatus viſere ſalvas,
Quam quondam pueros Babylonia ſacra fideli
Pectore temnentes, medio fornacis honorem
Concelebrare tuum, ſalvator rore dediſti,
Mammes namque tuus, non ſentit in ignibus ignes.

CAPUT XVIII.

Quomodo præſes incendium renovarit, intactumque audiens ipſum arceſſiverit.

TErtia præterea dum cœlum aurora teneret,
Solis & impigri conſcenderet ardua currus
Ne qua ſepulturæ cineris ſupereſſe vel oſſum
Igne minuta queant, reparato multa (a) favore
Ligna jubet præſes, conſumptis addere flammis
Arida terrificis crepitant incendia tectis
Murmure de magno, fumus volat ater ad auras.
Nec mora pulchra cito dimiſſa columba natata
De cœlo venit, flammas ſecrevit, & omne
Ignis onus, cameræ curvari more peregit.
Nec longum reſtincta rogi violentia ceſſit.
At poſt quinque dies Judex ſi corporis ullæ
Scire volens tanto reſtarent igne favillæ
Fornacem reſerare jubet, tum plurima turba
Militibus permixta volat, mirabile dictu,
Auribus appoſitis, intus ſenſere loquentem
Pſallentemque Deo laudes grateſque ferentem.
Forſitan hæc ſanctis Mammes permiſcuit odis:
Feciſti nos magne Deus tranſire per ignes
Fluminaque, & reddis poſt omnia dura quietem.
Attoniti, properata premunt veſtigia retro
Judicis hæc rabido portantes dicta furori.
Hic homo non Magus eſt, Præſes crede optime nobis,
Sed potius virtute Dei, non carmine vincens
Sævitiæ tormenta tuæ, quem ſedulus orat
Sub Chriſto ſalvante valet. Sed præſes, ut audit
Non ignes tetigiſſe virum: nunc arbitror, inquit,
Nos magicos ſuperare dolos, miles tamen ibis
Adduceſque virum: non me vivente recedet
Sanus & incolumis, pœnis vincetur amaris.

(a) forte: *furore.*

CAPUT XIX.

Quemadmodum educto præſes, & magica neganti feras promiſerit.

MIles ut ingentis reſeraverat ora camini
Angelicos aſtare choros, & cingere Mammem,
Suaviter in media vidit fornace ſedentem,
Virtutemque humili trinam prece ritè vocantem
Laudibus intentum Domini, ſancto agmine ſeptum,
Chriſticolæ pariter, teſtes virtutis habendi
Hoc etiam ſpeculantur opus, procede, vocat te,
Miles ait, Mamma, præſes, te cernere quærit;
Quo juſſam carpente viam petiere ſupernas

Fulgida

Digitized by Google

Fulgida continuo ſanctorum millia ſedes. SÆC. IX. ANNO 840.
Quis dubitabit enim cives pro cive beatos
Adveniſſe ſuo ſolatia ſancta ferentes.
Hunc ad certa ſuæ properantem præmia palmæ
Non linquunt, ſed ſtare monent occultius ipſum,
Victorem ſancti ducant ut (a) ardua cives.
Præſes ut aſtantem ſæva ad prætoria Mammem
Conſpicit, his mentem pulſat ſermonibus almam,
Quid magicæ tantum artis opus per ſingula poſſe
Cernitur? ut flammæ vires hac fraude perirent,
Sic ignes, ſic noſtra tibi tormenta videntur
Contemnenda? feras nuper quibus artibus, edic,
Legibus à propriis aliena ad fata vocaſſes,
Idem hæc error agit, fraudeſque videntur eædem,
Te tantus fragilem quicquam ne læderet ignis,
Has artes dic ſponte tua, tum liber abibis.
Nomen ait, Chriſti, Mammes, mihi talia magnæ
Virtutis documenta dedit; neque vana docebat
Ulla ſuperſtitio, pavi ſylveſtria juſſu
Quæ venêre Dei, memetque ſecuta tonantem
Vocibus in propriis mecum laudare ſolebant.
Hæc Mammem feciſſe ſcias. Jam plurima ceſſet
Verborum jactura velim, veracia tandem,
Præſes ait, proferre ſtude, ſi fidere vanis
Indubitanter habes, habeo quoque vincere pœnis
Conatus decepte tuos, jam detege demens
Qua ratione feras, qua tantum viceris ignem.
Non, inquit, magicas didici, vel profero fraudes,
Sed natum coluiſſe Dei, de nomine cujus
Nomen habens, vitam tali pro rege paciſcar.
Præſidis ira feras, inquit, promitto paratas
Humano gaudere ſolent quæ ſanguine ſemper,
His dulcem te ferre volo velociter eſcam.
Non terremur, ait Mammes, immitte, feremus.

(a) fortè ut ad.

CAPUT XX.

Qualiter urſa vel pardus non pœnas ei ſed honorem intulerint.

HÆc ubi dicta, vocat judex de more miniſtros
Venandi quos cura ligat, perniciter, aiens,
Ite, parate feras, quas noſtis habere cruentos
Atroceſque animos, perimant ne corpora tantum,
De præda ſed habere cibos videantur amatos.
Qui dum deinde cavo conſideret amphitheatro
Adducunt Mammem, dimittitur urſa novellæ
Sævitiæ mentita minas, quæ carcere poſtquam
Proceſſit caveæ, cælique nitore potita eſt,
Mammam læta quidem, prædæque petebat amore
Sævitiæ memor antiquæ, tamen inſcia rerum
Jam metas emenſa viæ ſtupet ora beati
Conſpectumque viri. Nam quod temeraria venit
Excuſat proſtrata ſolo, veneranter adorans
Beſtia, quem tantis hominum dementia damnat.
Poſt pardum laxare jubet, fera concita Mammem
Obſequium latura petit, collumque beati
Martyris amplectens, ulnis præmollibus ambit,
Sudoremque ſacri detergit corporis, ergo
Servitio devota fovet, quem ſternere juſſa eſt.
Poſſumus hinc etiam meritum perpendere ſancti,
Nam dum primus homo, domino plaſmante, creatus
Staret imago Dei, peccati & criminis expers,
Illa poteſtatis gaudens inſignia primæ

SÆC. IX. ANNO 840.

Percepit donante Deo, quo cuncta creata
Orbis in obsequio solus subjecta teneret.
Postquam colla animo subrexit dura superbo
Deseruitque Deum, Domini non servus haberi
Sed magis ipse volens dominatum indignus adire,
Hinc conlata prius cœpit fugitare potestas
Cunctorum, qui nuper erat sublimis honore
A cunctis patitur jam factus apostata pœnas.
Hanc sancti pestem primi fugêre parentis
Atque humili virtute animi, medicamine Christi
Suscepto, primi meruêre insignia Juris.

CAPUT XXI.

Quomodo capto ad interficiendum eum leone, ille quem prius vocaverat veniens, vocem sit imitatus humanam.

UT Mammem nullo violari vulnere Judex
Conspicit. Ite viri totis conatibus, inquit,
Lustrentur montes, silvis sint retia totis
Vallibus insidiæ, cunctas peragrate latebras,
Egregium donec sistatis in urbe leonem
Qui vires animis acuat, qui viribus iras,
Qui primo Mammis commisceat ora furore,
Et ne præceptis angustia temporis obsit,
En vobis spatium bis denum cedo dierum.
Mox jussis famulantur, eunt, mirique repertum
Roboris alta citi ducunt ad tecta leonem.
Præses adesse feram dictis ut pluribus audit
Inclusam caveis, ornent jubet amphitheatrum,
Tertia deinde dies certo dum tempore surgit,
Procedit, monstrumque jubet dimittere sancto.
Dum timefacta manus, dissolvere vincula tardat
Nam leo sævus erat, descendit montibus altis,
Cui martyr pridem dederat præcepta vocato
Urbem adiens, nullum læsit sub mœnibus urbis
Per patulas festiva fores spectacula luctum
Non risum laturus adit, mox ora beati
Intuitus Mammæ, vocem, mirabile dictu,
Induit humanam, primumque his vocibus usus.
Salve cultor ait summi venerande Tonantis;
O natura hominis sancto spiramine plena
Plena simul meritis vitæ, tibi denique jussu
Cogimur angelico, naturæ munera contra
Humanos proferre sonos, servitur honori
O pastor dilecte tuo: nam quod minus ipsa
Dat natura, fides itidem tua magna meretur.
Tu pastor, tibi nos æquum servire libenter.
Miremur virtutis opus, doleamus iniqua
Facta hominum, laudat brutus bene facta magistri
Concesso sermone leo, meritisque fatetur
Hunc sancti venisse viri, doctoris amore
Non turbas, non arma timet, servire paratus
Exitium tolerare cupit; nos omnia contra
Ultro doctorum miseri benefacta silemus.
Fingere falsa libet, serimus vel facta libenter.
Scire quidem volumus, sed plus juvisse laborem
Quam doctoris opem, probris lacerare magistros
Jam pauci metuunt, multi non frangere partas
Sed struere insidias, polluto pectore gaudent,
Hos canibus porcisque pares sententia Christi
Sancta vocans, jubet hos fraudare nitela. (a)

(a) Versus mutilus.

CAPUT

CAPUT XXII.

Qua ſeveritate januis clauſis Judæos Gentileſque proſtraverit.

POſtquam verba leo volitantia fine peregit
Oſtia cuncta loci clauduntur, cœlitus arta
Obice, ne facilis miſeros fuga demere poſſet
Quin omnes unum paterentur ſævius hoſtem.
Protinus horribili proſternere cuncta furore
Ingreditur, tingüitque hominum rabida ora cruore.
Dentibus hos lacerat, ſævis ſecat unguibus illos,
Impulit hos currens, caſuque peremit amaro.
Illos morte timor ſubita proſternit inertes
Caſibus & variis, pariter gentilibus inſtat,
Judæoſque premit, proſtratis omnibus ergo
Solus ab exitio Præſes, paucique miniſtri
Mammetis juſſu dilata morte feruntur
Immunes, optata viro ne paſſio deſit,
Ipſe parat vitam tormenta parantibus, ipſe
Palmam morte petit. Judex, ut crimina nondum
Finem habeant, vivit, numerum quis ſcire cadentum
Milia vel valeat paſſim cum fruſta per omnes
Sunt diſperſa gradus? longe cervice revulſum
Rore caput rubeo commixta ſtrage natabat.
Abſciſſas aliena manus ad corpora jungi
Cernere erat, truncos gemino ſine poplite ferri,
Cunctaque membra loco vel cæſa carere priori,
Saucia vel te remanere ſuo, tantuſque repente
Sanguis ad indicium facti terroris ab oris
Cædis iit plenis, ut flumen abire putares
Litoribus, veluti ſummis cum montibus ingens
Grando cadit, mixtiſque ſimul tonat imbribus æther.
Tum collecta imas deſcendunt flumina valles
Saxa trahunt, ſylvaſque ferunt, totaque vagantur
Planicie agrorum, gemitus dat ruſticus imo
Pectore, non aliter cæſorum membra feruntur
Sanguine rapta ſuo, plebis ſpectacula, talem
Finem habuere malæ. Mammes vocat inde leonem,
Et mandat propriis, celerem ſe condere luſtris.

CAPUT XXIII.

Quemadmodum ſanctus Mammes leonem miræ ſuperaverit crudelitatis.

PRæſidis ira tamen, tali nec vulnere plebis
Tacta capit requiem, verum ne evadere poſſit,
Induratur adhuc, Mammemque furore vocatum
Alloquitur priſco, Mammes libamina divis
Aut devota dabis, pœna aut moriêre cruenta.
Reſpondet Martyr, miror te dæmoniorum
Participem, tentare Dei poſt talia ſervum.
Nam Dominum cognoſco meum, qui linquere memet
Numquam credo volet, vos contra vindice flamma
Quos facit impietas Dominum ſceleroſa negare
Quidque Deos colitis, ligni lapidiſve metallo
Quos manus artificum vano compegit honore,
Damnabit, ſtringetque reos ſententia mortis.
Præſes ut irato percepit talia ſenſu
Noris, ait, noſtro retineri jure leonem
Sævior ille tuas diſcindet frivole carnes,
Si mea juſſa animo ducas temnenda ſuperbo.
Ne dubita, vinceris enim; tum talia Mammes,

Sæc. IX. Anno 840.

Quæ facienda putas, tandem feciſſe licebit.
Si modo quod memoras celeri compleveris actu.
Continuo ſtadium Præſes petit, & jubet illum
Qui miræ virtutis erat, laxare leonem
Quem dudum ſpatio juſſit quæſiſſe dierum
Viginti, captumque ſibi jam credidit eſſe
Vincendi auſpicium. Mammes fera juſſa vomentem
Increpat, & dictis miſerum mordacibus urget,
Impie, vane, miſer, maledicte, inſane, profane,
Juſſa patris ſatanæ ſequeris, quæ mente maligna
Sunt facienda tibi, temet vincemus & illum.
His dictis magno mittunt clamore leonem,
Protinus adveniens ſanctum fera, ut alta tuentem
Dicentemque Deo laudes meditamine forti
Perſpexit, pedibus ſupplex proſtrata, beatas
Lambebat plantas, veniam pro crimine poſcens,
Ut ſcriptura refert, contra præcepta Tonantis.
Conſilium, ratio, ſapientia, nulla voluntas
Prævaluiſſe poteſt, fruſtra tormenta paravit
Præſes, ubi Mammem Domini pia dextera texit.

CAPUT XXIV.

Qualiter à populo lapidatus inlæſus permanſerit.

ISta videns populus fremitu vultuque minaci
Murmura longa cient, celſa tum voce virum vir
Hortatur, pœnas inimico à ſanguine ſumant,
E medioque magnum ſævo cruciamine tollant.
Continuò ad lapides animo fervente legendos
Oppoſitas rupere moras, fit grando ſine imbre
Saxa volant, ſanctumque ruunt ſuper aggere facto.
Gaudentes abeunt, ſeſe viciſſe putantes.
Sed potius victos rerum docet exitus ipſos.
Nil nocuere quidem tanto ſub turbine Mammem,
Se verò æternis damnarunt crimine pœnis.
Poſt modicum Mammes, ut facta ſilentia circum
Senſit, ab aggeſto ſurgens inlæſus acervo,
Diſcedit, laudes Domino, grateſque frequentans.

CAPUT XXV.

Quomodo voce vocatus ſuperna pro inimicis deprecatus in pace quieverit.

PErgenti, ſudum dimiſſa per aëra venit
Vox aiens, aſcende virûm ſanctiſſime Mammes.
Janua te cœli paradiſi & clauſtra patenti
Excipiunt gremio, gaudet te Chriſtus adire,
Quamque tibi portat tandem meruiſſe coronam.
Jam propera, ſanctus quem flatus ubique gubernat.
Angelicos cernes miſſo certamine cives.
Hic Dominum laudans, orat mox talia Mammes.
Hæc illis dimitte precor, nec reddere Judex.
Quæ fecere mihi, diſtricto examine quæras,
Talia qui mandas, exaudi talia clemens
Atque animam permitte meam cum pace reverti.
Ad requiem quandoque ſuam, poſt prælia mundi.
Dixit & ætheriam conſcendit ſpiritus aulam
Liber in æterno ſemper manſurus honore.
At ſomnus ſanctæ concluſit lumina carnis.
Semina quæ lacrimis Mammes infuſa ſerebat
Meſſuit hic fructu gaudens, qui flebat eundo
Fert veniens plenos lætus mercede maniplos.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

SÆC. IX. ANNO 840.

Quod cæteros ſanctos non ſolum vita, ſed & virtutibus æquiparaverit.

JAm quia Mammetis vitam finemque beati,
Deformi ſermone licet, tamen ordine quodam
Clauſimus, ad laudis cumulum licet addere quædam
Dona quibus Domini, ſervi quoque facta fidelis
Narrentur, merceſque humili ſit plena Poëtæ
Munera de proprio ſacræ ſuperaddere laudis.
Quem non ſanctorum Mammes pietate fideque
Moribus & ſignis, nec non certamine forti
Æquiparet? ſanctos cujus tibi vita priores
Sancta repræſentat, cunctorum facta reſignans.
Simplicitas primi ſemper paſtoris in illo
Longævi pia vita Enoch, perfectio Noë
Loth ſacra ſedulitas, Abraham credula virtus
Iſaac cautela patris, benedictio Jacob,
Conſilium Joſeph, ſancti ſapientia Moyſi,
Gratia tum Samuel, patientia fertilis Job,
Pax Idida magni, dilectio mutua David.
Ardor Apoſtolicus, fervorque Propheticus æquè
Quodque ſuum tenuere locum; miracula verò
Tam manifeſta dedit, quàm ſunt duo lumina mundi,
Ex quibus ad tanti laudem famamque patroni
Quædam pauca libet, (a) verum componere geſtis,
Ut liquidò agnoſcas cunctorum dote piorum
Hunc nituiſſe virum; prior in deſerta vocatus
Eſt populus, legemque Deo donante receptans
Pellibus & tabulis tentoria ſacra paravit.
Sic Mammes deſerta petens, dum conſtruit ædem,
Donum Evangelici meruit venerabile libri.
Huic inſtar Salomonis amet quodcumque petendum
Cælitus annuitur; Mammem ſacra dicta legentem.
Attonite ſtupuêre feræ, mirabile dantes
Doctori obſequium; Samſoni ex ore leonis
Ut dulcedo data eſt; propriis in mænibus hoſtes
Heliſei ſectator alit; quod agreſtia parent
Tam tritum eſt ſanctis, ut non ſit ferre neceſſe,
Nec mirum quod ſtulta magnum ſententia dixit,
Belzebub Dominum ſi gens Judæa vocavit,
Cumque tribus pueris, mundi ſimul idola temnens,
Clauditur ignicremis flamma fervente caminis.
Verbera cum Paulo tolerat; ſectatur utroſque
In pœnis, itidem vincens ſectatur utroſque
Unguibus hic foſſus, ferris eſt tortus Eſaias.
Heliam corvi, Mammem pavêre columbæ
Ut Jonas cæto vivus ſorbente repertus,
Sic Mammem ſervare feræ, non lædere poſſunt.
Opprobrium Heliſei geminis deletur ab urſis
Et leo Mammetis ſtravit ſæviſſimus hoſtes.
Ut bruti Dominus linguam reſeravit aſelli,
Ne populi exitium vates tractaret iniquus,
Humana ſic voce leo Mammetis honorem
Prædicat, ut tali ſaltem Doctore cruentus
Reſipiat judex; lapidum quoque grandine preſſus,
Cum Paulo, Stephanoque Deum pro talibus orat.
Exemplum morientis habens, in corpore *Jeſu*.
His aliiſque Dei clariſſima dona miniſtrans,
Ad regnum cœli, ſanctis per ſæcla paratum
Omnibus, æterna tandem pietate vocatus,
Pace Dei fruitur ſumma, ſine fine beatus
Illic ſancte tui Mammes memor eſto Poëtæ
Augia quem fælix Strabonem nomine nutrit.

Explicit paſſio ſancti Mammæ *Martyris.*

(a) fortè *veterum.*

IN

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

IN NATALEM SANCTI MAMMETIS HYMNUS EJUSDEM STRABONIS.

LAudem beati Martyris
Ad Trinitatis gloriam
Sanctæ canamus ſupplices
Quæ dat coronam teſtibus.
Adverſa mundi pertulit,
Calcavit ejus proſpera.
Mammes Tonanti reddidit
Quod pro reis hic paſſus eſt.
Virtute, vita, moribus,
Sermone jucundiſſimus
In charitatis gratia
Semper manens ditiſſimus.
Spernens opes cum caſibus
Mundi, ſupernis inſtitit.
Liber caducis exiit,
Nil ambiens ex infimis.
Mitis domans immitia
Illiſque promens myſtica,
Vivebat inter beſtias
Quo ſive gaudent Angeli.
Adjutus armis ſpiritus
Vicit furores Principum
Sævi draconis conterens
Sacris caput conatibus.
Magni favor præconii
Debetur iſti Martyri,
Cui Chriſtus eſſet vivere,
Lucrum reſolvi maximum.
Manſit fides in pectore
Spes mente felix, integra
His major illum charitas
Intus foris poſſederat.
Exultet omnis ſupplicum
Cætus ſereno gaudio
Hujus patris ſuffragia
Pronis rogando cordibus.
Te Martyr ergo quæſumus
Mammes fave poſcentibus
Sacro precatu protege,
Quos inſtruis certamine.
Impende curam dapſilis
Aufer malum placabilis,
Confer boni ſolatia
Vitæ parando præmia.
Sit Trinitati gloria,
Virtus, honor, per ſæcula
Quæ nos beatis Martyrum
Semper juvet ſuffragiis.
Amen.

VERSUS

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

VERSUS DE BEATI BLAITHMAIC (a) VITA ET FINE.

SI tantam meruêre ſuo pro carmine famam
Qui ſceleroſorum mores & facta tulerunt
Laudibus in cœlum perfuſi dæmonis arte,
Frivola nectentes hominum monimenta malorum:
Cur non liberius ſanctorum facta canamus,
Quos placuiſſe Deo nobis miracula produnt,
Quæ fidei virtute gerunt per munera Chriſti.
Nam ſcriptura canit, Domino ſpondente, puſillis,
Os aperire tuum ſtudeas, ego verba miniſtro.
Quapropter venerande pater, chariſſime Felix
Præceptis parere tuis ex corde paratus
Strabus ego, miſit quem terra Alamannica natu,
Scribere diſpoſui de vita & fine beati
Blaithmaic, genuit quem dives Hibernia mundo,
Martyriique ſequens miſit perfectio cœlo.
Ipſius ut meritis veniam per ſæcla capeſſam.
Regali de ſtirpe ſatus ſummumque decorem
Nobilitatis habens, florebat regius hæres
Iſte Dei ſanctus, vitam ducendo pudicam,
Quodque ſolet rarò factum & non ſæpe videri;
Quanto major erat, tantò dejectior ibat
Spes patriæ, fortuna patris, Rex ille futurus,
Judicio juſtus, prudens & corpore caſtus,
Sobrius, ornatus, jocundus, cautus, honeſtus,
Nobilis in genere egregio, generoſior actu,
Obſequio locuples, melius virtutibus auctus.
Tractabat laicus, quod Clericus efficiebat.
Cujus honorandum nomen ſermone Latino
Pulcher natus adeſt, meritoque probabilis illo
Nomine dignus erat, patrem qui cunctipotentem
Elegit pulchroque Deum quæſivit amore,
Sordebant terrena animo divina petenti,
Secretumque latens in ſolo pectore manſit,
Donec ad effectum proceſſit ſancta voluntas.
Cœnobium furtim quoddam ſine teſte petebat,
Quique fuit pridem patriæ per regmina Princeps,
Nomine pro Chriſti eſt factus tunc verna minoris,
Faſcibus in mediis qui quondam terruit omnes
Omnibus admiſſis ſibimet ſine milite ſervit.
Fama ut forte volans patris pervenit ad aures,

Regium genus Blaitmaici.

Fuga ad Monaſterium.

Hinc

(a) Edita eſt illa vita à *Bollando*, deinde etiam à *Mabillonio* ſæc. Bened. III. parte ſecunda pag. 439. additur in titulo: Vita S. *Blaitmaici* Abbatis Hiienſis & Martyris cum aliis Monachis. Notat autem *Bollandus*, ideo dictum *Blaitmaic*, ob pulchritudinem, quia *Brah* ſive *Braha* apud Hybernos ſignificat pulchrum, *Maic* vero filium; & revera id ipſum innuit Strabo *pulcher natus adeſt meritoque probabilis illo Nomine dignus erat.* BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Hinc ſtupor atque dolor mentem cinxêre parentis
Subtractum dolet hæredem mittique ſenatum
Agmina, Prætores, populum, præcepta, maniplos,
Duxque comeſque ibant, properanter Epiſcopus aſtat,
Abbatumque cohors, vicini carne propinqui
Hoc ſolum nitente manu, ſi qualibet arte
Efficerent reducem vitata pericula mentem
Corde ſubire alio, ô talis, quàm cæca voluntas,
Ille procellarum ſe vix de gurgite dempſit
Quæſitoque diu titubans ſtetit anchora portu
Nondum curarum potuit laxaſſe rudentes,
Nec terra fixiſſe pedem, cum concita ventis
Aura pharetratis impegit ab æquore puppim,
Vique ſua tremulam diſſolveret unda carinam;
Ni regeret proram, qui ſæcula cuncta gubernat.

Ejus virtutes.

Mox miro à cunctis ſemper complexus amore,
Cunctorum ſtuduit fieri dicique miniſter.
Mente humilis, linguæ cuſtos, & norma bonorum,
Verba Dei capiens ſitienti corde libenter
Diſcendi ſtudioſa gerens præcordia libris.
Perdidicit divina animo documenta ſagaci,
Sicque vigens doctrinarum morumque nitore

Præfectura.

Agmina multorum rexit veneranda virorum.
Exemplis ſua dicta probans, vanoſque favores
Pro nihilo ducens, cui laus & gloria ſolum
Chriſtus erat, Chriſtus ſermo, Chriſtus documentum;
Pax, clypeus, lorica, preces, patientia, bellum,
Mucro Dei Verbum: ſpes & dilectio totum,
Nulli detraxit, nulli convitia ſtruxit,
Singula quid fari per ſingula verba neceſſe eſt?
Cum quidquid legitur virtutum ritè teneret,
Et quidquid vitii monſtrat ſcriptura caveret,
Omnibus exiſtens feliciter omnia factus,
Ut cunctos faceret Chriſto ſua lucra referre;
Utilis & prudens ſervus per ovilia Chriſti,
Tempore qui certo menſuram farris opimi
Conſervis tribuens radiavit ubique fidelis.

Martyrii deſiderium.

Utque nihil meriti nihil & probitatis abeſſet,
Martyrii palmam quæſivit mente benigna,
Sæpius hac cauſa peregrinas viſere terras
Niſus, ab incepto populo retrahente quievit,
Unde animo ſedit fugitivo calle parumper
Optatam tentare viam cum diſcipulorum
Agmine non multo precioſa monilia ſecum
Virtutum ſub mole gerens, ruptiſque tenebris
Nocte fugam capiens properanter abire parabat,
Ecce ſuperveniens fugitivis turba ſequentum,
Ad caulas capto retrahit paſtore bidentes.
Hoc quoque non taceam ſanctus quod ſpiritus illi.
More Prophetarum rerum ſecreta ferebat;
Nam dum fama patrem longè lateque beati
Ipſius ad ſuperos vita fugiente volaſſe
Proderet, expoſuit non eſſe, ſed eſſe futurum.
Poſt modicum tempus ſancto Spiramine doctus.
Inſula Pictorum quædam monſtratur in oris
Fluctivago ſuſpenſa ſalo, cognominis Eo (a)
Qua ſanctus Domini requieſcit carne Columba;
Hanc petiit voto patiendi ſtigmata Chriſti
Illic namque frequens pagana caterva Danorum
Adventare ſolet furiis armata malignis.
Sed ſanctus Domini tales tentare leones
Diſponens animo vana formidine mentem
Exuit & clypeo fidei galeaque ſalutis
Munitus, hominum non horruit arma malorum.

(a) Hiienſis eſt inſula.

Seceſſus in Hiienſem inſulam.

Qui

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Qui cum doctiloquo potuit ceciniſſe propheta
Eſt Deus adjutor mihimet, timor improbus abſit.
Jam quoque doctus erat per publica bella miniſtros
Temnere dæmonicos, ipſum qui rite Tyrannum
Straverat, & cunctis ſolus ſuperavit in armis.
Tempus erat quo magna Dei clementia ſervum
Conſociare ſuum nitidis ſuper aſtra maniplis
Diſpoſuit, certamque bono conferre coronam
Victori, cum ſancta viri mens præſcia rerum
Venturos properare ludos, ut membra piarum
Dividerent ovium, ſenſu prænoſceret alto.
Vos, ait, ò ſocii vobiſcum mente ſagaci
Quærite, ſi pœnas Chriſti pro nomine vobis
Sit tolerare animus mecum quicumque poteſtis
Exſpectare, precor ſenſus armate viriles.
At quibus infirmi pavitant penetralia cordis
Ecce fugam celerent, ut parta pericula vitent,
Ad meliora ſuos armantes vota lacertos,
Proxima ſtat nobis certæ tentatio mortis
Firma fides vigilet rebus ſuſpenſa futuris
Cauta minus fortes ſervet tutela fugarum.
His dictis compuncta cohors, quod poſſe videbat
Hoc animo ſtatuit; quidam ſub pectore firmo,
Sacrilegas ſpectare manus gladio (c) furenti (c) 911.
Suppoſuiſſe caput gaudebant mente ſerena,
Aſt alii quibus hoc nondum fiducia mentis
Perſuaſit per nota fugam loca calle capeſcunt.
Aurea diſcutiens tenebras aurora madentes
Claruit, & nitidus pulchro Sol orbe refulſit.
Cum ſacer hic doctor Miſſarum ſancta celebrans
Officia ante ſacram vitulus ſtetit integer aram,
Hoſtia grata Deo mucrone litanda minaci.
Cætera turba jacet, lacrimis precibuſque Tonanti
Commendans animas de pondere carnis ituras.
Ecce furens maledicta cohors per aperta ruebat
Tecta viris minitando pericula ſæva beatis
Et reliquis rabida ſociis feritate peremptis,
Ad ſanctum venêre patrem, pretioſa metalla
Reddere cogentes, queîs ſancti ſancta Columbæ
Oſſa jacent, quam quippe ſuis de ſedibus arcam
Tollentes tumulo terra poſuêre cavato,
Ceſpite ſub denſo gnari jam peſtis iniquæ.
Hanc prædam cupiere Dani, ſed ſanctus inermi
(a) Reſtitit manu firmo conamine mentis
Contra ſtare aciem pugnamque laceſſere doctus
Cedere diſſuetus tibi talia barbare dicta
Ingerit, ignoro penitus quod quæritis aurum,
Quo ſit humi poſitum, tectum quibus atque latebris?
Quod ſi ſcire mihi, Chriſto admittente, liceret
Numquam noſtra tuis hoc auribus ora referrent.
Barbare duc gladios, capulum cape, jamque trucida
Auxilio Deus alme humilem commendo tuo me.
Hinc pia truncatis diſcerpitur hoſtia (b) membris.
Quodque ferox miles cenſu penſare nequibat
Rimari in gelidis cœpit per vulnera fibris.
Nec mirum, nam ſemper erant, ſemperque reſurgunt.
Quos furor in famulos Domini malus excitet omnes
Ut quod pro cunctis Chriſti cenſura peregit,

Cuncti

(a) Loc. corrupt. *Can.* fortè leg. reſtitit ille manu. Hanck. not. m. s.

(b) Cum Dani Britanniam ſæpius vexaverint, putat *Mabillon.* hanc irruptionem factam anno 793. quo Lindisfarnenſis Eccleſia per eos eſt deſtructa, die 19. Januarii: eo enim mortem *Blaitmaici* fignat Martyrologium Benedictinum. Tempus vero illud Hybernum non convenit irruptionibus maritimis, & viri a prædatoribus inſulam depopulantibus cæſi, Martyres dici non debent. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Cuncti hoc pro Chriſto faciant, licet impare facto.
Ille igitur Chriſti factus pro nomine Martyr,
Teſtis, fert ut fama, loco requieſcit eodem,
Multa ubi pro meritis dantur miracula ſanctis,
Quo colitur Dominus digno veneranter honore,
Cum ſanctis, quorum meritis mea crimina ſolvi
Credo quibus laudum ſupplex donaria miſi,
Nil negat his Chriſtus, cui maxima lucra tulerunt,
Qui cum Patre pio, ſanctoque in ſæcula Flatu,
Regnat & æterno pollet ſine fine decore.

WALAFRIDI STRABI DE VISIONIBUS WETTINI LIBER.

Domino Patri, vereque felici, & puriſſima ſinceritate venerando Grimaldo Cappellano, Strabus Walafridus *æternæ beatitudinis in Salvatore mundi ſalutem.*

EX quo, pater beatiſſime, familiari quadam pietate exiguitatem meam dignati eſtis agnoſcere, ſedulò tenaci memoria amplexabar, cujus præſentiam ſummo ardore ſitiebam, ſicut & hactenus ago. Licet enim longa interjectæ telluris ſpatia ſequeſtrent, vaſti montium & ſaltuum dirimant anfractus: animo tamen ſpiritali igne æſtuans, quamvis abſens, aſſiduè veſtros quaſi quoddam ſpeculum intueor obtutus. Denique juſſu Adalgiſi venerandi patris in Domino, viſionem Wettini propinqui (*a*) veſtri, quam beatus pater (*b*) Hetto urbanæ facundiæ, melliſluis floribus adornans, proſaicis verbis doctiſſimè compoſuit, verſibus hexametris furtim exemplare coactus ſum. Ideo nulli hoc, ut placeat, exhibeo: tantum illius voluntati ſatisfeci, & major erat obedientia quam facultas. Sciebam etenim quia qui ſpiritalibus viris obtemperat, numquam errat. Et ſi in pedum menſuris & ſynalœpharum poſitione fefelli, contra nullum luctamen inibo, quia ad (*c*) rumuſculos ſpargendos non egi, ſed potius ob propoſiti mei conſervationem. Quippe cui nec ætas ad talia competit, nec ſcientia ſuppetit. Scintilla quædam ineſt, & eget fomite.

In hoc autem primitivo carmine, nec tempus moroſum ad cautelam conceſſum eſt, nec proprii ſermonis habui poteſtatem. Arbitror autem quod ſi per campos darentur vagandi induciæ, quiviſſem fortaſſe ramuſculos aliquos decerpere, quibus mea ruſticitas aliquantiſper tegeretur. Unam itaque ob cauſam impoſſibilitatem ſuperavit voluntas. Comperimus

(*a*) Frater ſcilicet Grimaldi. BASN.
(*b*) Abbas Augienſis anno 801. Baſilienſis Epiſcopus, Caroli Magni Legatus ad Orientales. BASN.
(*c*) Fortè *ramuſculos*, ut paulo infra. *Can.*

Digitized by Google

rimus etenim quoſdam eſſe, qui hoc nil amplius vanis ſomniis dijudicantes, nec habere aut credere aut audire dignantur. Hanc autem præſumptionem ut audierint, turgentes aſſumunt in manus, avidique vitia, quibus redundat, rimantes, velint nolint, ipſum quod oderunt invenient, dum quod ſitiunt, quæſierint. Compulſum tamen me ſciant in hoc prorupiſſe, & quaſi ſtimulis plerumque impulſum ſcriptitaſſe. Sed propter amorem ejus qui hæc vidit, & iſta fieri deſideravit, & me hæc fiducia animavit. SÆC. IX. ANNO 840.

Quapropter beatiſſime pater, quæſo ſanctitatem veſtram, ut emendare dignemini, quidquid in hoc (a) pittatio cenſura veſtra aptum correctioni, vel à vero diſcordans deliberaverit. Neceſſe enim eſt, ut Erlebaldum dominum, & Tattonem præceptorem meum hæc res non lateat, quia fas non eſt Monacho ſuum quicquam celare Abbatem. Si itaque conſiderantes nimiis nacti fuerint ſordere mendaciis, ſtatim pungent, non palpabunt. Et ut vereor, qui penè octavum decimum jam annum tranſegi, dignis verberibus vapulabo. Optimè enim hac arte, ſicut & in aliis imbuti ſunt. Sed minus diligunt. Ideo defendere dignemini vilitatem meam, & hujus ſcedulæ infirma tueri. Quædam etiam nomina in contextu occultata, qui diligenter inveſtigaverit, iſtis verſibus impreſſa reperiet. Bene valentem, & Strabi memorem, te Deus omnipotens in æterna felicitate conſervare dignetur ſanctiſſime Pater, Amen. (a) *pittacio*

WALAFRIDI STRABI DE VISIONIBUS WETTINI.

Oratio ad Chriſtum.

CHriſte novum qui paſcha mihi concedis agendum,
Suſcipe dona precum, laudiſque ſalubria noſtræ
Vota, voluntatem potius quam dona requirens.
Quantum poſſe dabis, tantum ſum velle paratus
Cum tua majeſtas velle atque valere miniſtret.
Te precor alme Deus, pueriles disjice ludos,
Et fermenta tui placida inſere dogmatis, ut ſit
Blanda mihi dulciſque Patris ſententia, cujus
Juſſa ſequor: ne, dorſa fero lacerare flagello
Incipiat, carmenque animo reprobare citato.
Non aliunde quidem primum componere carmen
Diſpoſui, quam ſancta ſequens præcepta priorum,
Primitias deferre Deo, cui cordis in ara
Fertur adeps, ſanctæ cum laudis odore litatus.
Jeſu Chriſte crucis rogo per merita alma ſacratæ
Atque reſurgentis per maxima feſta leonis,
Cujus adeſt hodie feſtum venerabile cunctis:
Ut me digneris vitiis mundare nefandis,
Ne quod voce probo, hoc noſtro damnetur in actu:
Quid loquar ulterius? mundi miſerere redemptor.
Perque poteſtatis numen ſuccurre triformis.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

RHenus ab Auſoniis quo ducitur Alpibus, æquor
Miſcet, in occiduis diffuſus partibus, ingens:
Illius in medio ſuſpenditur inſula fluctu,
Augia nomen habens, jacet hanc Germania circa.
Hæc ſolet egregias monachorum gignere turmas.
Abbates Augienſes. Primus in hac Sanctus conſtruxit mœnia præſul
Pirminius, terniſque gregem protexerat annis.
Hujus quiſque velit ſanctorum cognoſcere vitam,
Ipſa ſepulchra petat, ſatis ipſe probabit in Hornbach.
Poſtea ſeptennis præſedit curſibus Eto:
Tum ſequitur binis laudandus Geba ſacerdos,
Bina Ermenfredus tum luſtra peregerat Abba,
Sydonius ternis deniſque ibi præfuit annis.
Vicenos binoſque receperat inde Joannes.
Quinque Petrus ſortitur item venerabilis annos,
Quatuor inde tulit Waldonis luſtra poteſtas.
Tempore ſub quorum juvenis velut aurea ſurgit
Hettonis pueritia. Stella, tenebroſum citius vulganda per orbem
Cœnobium quinquennis enim Inſulanenſe petiviere
Nec latet urbs homines in vertice ſtructa levato
Sed neque teſta ſubit modium pegrina volando
Tanti fama viri regales verberat aures.
Poſt rapitur non ſponte foras de carcere charo
Et qui liber erat fit libertate ſoluta
Paſtor ovile tuens, cujus pars magna profanis
Actibus inſiſtens Chriſti de valle viavit.
Provida quippe Dei talem ſapientia patrem
Conſtituit, qui cuncta ſacris ſub legibus arcens
Rure tenus deſtructa novat, geminamque ruinam
Elevat, inque Dei varium tranſmutat honorem
Interiora medens, atque exteriora reformans.
Cujus ad ingenium nullus mihi ſermo redundat
Narrandum, quando ſpecialis in orbe refulſit
Doctus in incultis jaciens ſacra ſemina ſulcis,
Largus in auxilio, vita probus, aptus amori
Juſtus in arbitrio, arte ſagax, perfectior actu,
Quid moror iſta canens, cum poſſim jure fateri
Me neſcire alium, qui compenſetur ad iſtum?
Præfectura. Cogitur interea Monachorum paſtor haberi
Diſcipulus dudum, diſponitur ipſe magiſter
Carceris ipſe fuit cuſtos, quo ſæpe cupivit
Finitimum expectare diem, tum morte revicta
Perpetuaque frui Chriſto donante corona.
Vocibus in ſeptem, ſi promat verba palatus
Non erit ulla tamen narrandi cuncta facultas,
In quibus immenſum perfecerit ille laborem,
Quidquid erat Chriſti per ovilia jure regendum,
Fecit, & aſſidua conſtanter pace ſalutem
Illa Legatio ad Græcos ab Imperatore Carolo incidit in annum 811. Mab. Chriſticolis ſtatuit, regali munere fultus
Dirigiturque maris trans æquora vaſta profundi
Græcorum ad proceres, ſcopuliſque illiſa carina
Fudit onus, cunctumque virum, ſed Præſul ab undis
Seque ſuoſque manum Domino præbente recepit.
Nulla maris poſt hæc rabidi diſcrimina paſſus
Sed potius recto curſu, fatiſque ſecundis
Argivum reſponſa ratio tulit ordine Francis
Denique longa tulit poſtquam faſtidia, cœpit
Mente ſub obſcura refugus tractare receſſum
Ordine de tanto, ne captus amore tenendi
Linqueret æternum cui ſemper munus inhæſit.
Anno igitur decimo HLudovici Cæſaris, atque
Bis ceſsêre novem illius tunc ordinis anni,
Sexaginta quoque ætatis jam tempora clauſit
Mors. Morbus in exitium traxit lethale patronum.

Ille

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

Ille dolor dilectus erat, chariſſima febris,
Mors contempta, fugæ hæc occaſio prima patebat,
Venit adoptivum redeundi in carceris antrum
Tempus, ut alterius contemplans ora jubentis,
Quod primus injunxit, jam tunc ſervare agendo,
Solvitur ex onere, atque ſibi ſubjecta refutat,
Perfruiturque quiete ſilens feliciter exin.
Fare precor, quicumque velis quæſitor honoris
Quod tibi munus erit, cujus mala fama cerebrum
Turbat & hanc famam duriſſima pœna ſequetur?
Conſpicis ecce meum dulci rumore refertum
Pro (a) nihili duxiſſe volans & inane favoris
Molle decus, multumque viris miſerabile juſtis
O ne magna dies damnans inhonoret, honores
Spernite, per normamque ſacri reſipiſcite patris.
Verſibus in paucis Hettonis geſta parumper
Depinxi, brevitate tamen majora poteſtis
Noſſe ſub invidia ſi mens non veſtra gravatur.

(a) nihile

Muſa ſoror majora refer celerique volatu
Pange melos, laudiſque facem, generiſque latebras,
Cujus ab exortu Hettoni traditur hæres,
Eſt famoſa tribus quæ legum docta per artes
Promeruit primo populi ſediſſe ſenatu
Judicioque bonas juſto diſcernere leges.
Illius è medio ſurgit generamine proles
Dicitur Erbaldus verſo ſermone *vir audax*.
Poſt ſeptem denoſque petit venerabilis annos
Inſulanenſe ſolum, ſociatur fratribus illis
Atque magiſterio Hettonis traditur almi,
Quo monſtrante ſacris non parva ex parte libellis
Imbuitur, variæque vetant ne traderet artes
Septenas curæ, antiqui quas auribus indunt
Nobilium, namque illa refert ſcriptura Joannis
Ante retroque animalia ſancta oculata fuiſſe,
Senſus adeſt, ſic doctus homo ex ratione biformi,
Ante ſuperna videt, retro terrena, cavetque
Hac ex parte foret ne clauſo lumine cæcus.
Mittitur ad quendam ſocio comitatus ab inde
Cujus multa viret ſapientia dogmate Scottum
Quem dixi ſocium, carmen perquirit abundans
Nam vitam meta & vires in morte triumphat.
Nunc incepta ſequar, poſt pauca parabor ad illud.
Denique poſt reditum luxit perfectior actus.
Moribus ardor ineſt, ſermone fidelis amor ſtat,
Fulget in ingenio verax, probus, aptus, honeſtus,
Norma boni, æqua fides, dilectio ſancta ſub illo
Innumeriſque bonis nituit, quæ cuncta ſub iſta
Non poſſum brevitate ſequi, ne audire recuſes.
Hæc Hettonis erant poſtquam jactata per aures
Approbat ipſe ſuo paſſim moderamine vera
Eſſe ſatis, ſecumque vehit per terga liquentum
Camporum, fluctuſque ſecant, Argoſque penetrant,
Diximus ut ſupra, redeuntque Augenſe ſub antrum.
Ergo ubi Hettonis ſilet argumenta poteſtas
Per multa, alteriuſque licet dum jura levare
Jam precis arte patet, curritque per ora viciſſim
Erbaldo debere dari his in mænibus arcem.
Annuit ipſe Deus cunctos qui mente ſub una
Hoc voluiſſe dedit, paſtori mandat alendas
In tellure ferax quæ gaudet fruge bidentes.
Tum perfecta magis Domino ſervire voluntas
Incubat, inſignemque virum vota optima produnt.
Mentis in occulto quantum prius eſſe benignus

Erbaldus.

Ejus electio in Abbatem.

Vellet

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Vellet in adjecta poteris bonitate probare,
Dicam equidem quid in antiquis donasse figuris
Hinc agnosco Deum veteres recolendo Prophetas.
Heliæ successit enim venerabilis ille
Helisæus, vectumque leves affatur in auras;
Spiritus oro tuus mecum duplicetur; at ille
Grandia nate petis, fiat tamen ipsa voluntas.
Maxima Hettonis nituerunt facta per orbem
Si quid adesse potest, tamen exsuperatur ab isto,
Qui solita virtute potens pariterque benignus
Virtutum custos, vitiis sævissimus hostis
Ex ætate fuit puerili ipsam usque senectam.
Quàm pulchrè & dignè multumque insigniter hæres
Vernat, uterque pater vitaque graduque beatus,
Hic pater ante fuit, modo filius, astat, obaudit
Per natumque regi proprium vult corde paterno.
Filius iste prius ductor patris esse jubetur,
Et tamen intendit, qua se sententia docti
Jam senioris agat, sequiturque per omnia pacis
Congeries, jungitque gregem concordia præpes
Pastorum, nullumque dolus, nullum ira lacessit,
Res laudanda quidem pacis innata magistris.
Omnipotens vitæ pacis lucisque repertor
Ambobus vitam per sæcula multa ministret.
Spiritus alme veni, nostræque adjungere Musæ
Unius ut vitam præstanti fine capessam
Perge Camæna, virum quem supra, tolle, reliqui,
Wettinus. Nam Wettinus erat celebri rumore magister,
Artibus instructus septem de more priorum
Cui fortuna dedit scholis adnectier illis
Quîs gaudere solet nitida & lasciva juventus.
Sed tamen exterius quantum discernere nostrum est
Moribus in castis vitam mediocriter egit,
Laudibus ex hominum multas vulgatus ad auras.
Hic igitur postquam Dominus descendit ab alto
Carnis in hospitium sexto quater atque peracto,
Ejus ætas. Octingentesimo rapidus discursibus anno
(a) An. 823. (a) Undecimoque pii Ludovici Cæsaris, & dum
(b) October. Sexies (b) Octimber declinat quinque diebus
Adfuit illa dies quæ septima in ordine constat,
Ut sibi moris erat, quendam pro corporis haustum
Prosperitate tulit, quod tunc non solus agebat,
Adduntur socii reliquisque salubriter actis,
Ipse nova ingentes patitur gravitate dolores,
Indigesta vomens, dapibusque in corporis usus
Sumendis fastidit ali, jam venit ab ortu
Prima dies, multusque parum discesserat angor,
Tum reficit non cepta tamen fastidia linquens,
Nec tractavit in hoc ullum se ferre periclum
Mortis, ad hanc vitam quando cibus ille animavit.
Tertia lux oritur noctisque rotam Hesperus adfert,
Colligitur mixtura virûm, residetur ad escas
Tum fratri non mensa placet, non pabula prosunt
(c) Cædo. (c) Cædo locum, compellor enim feritate doloris
Strata videre mea, hæc aliam portate sub umbram.
Visio dæmonum armatorum. Tolluntur stramenta, aliamque feruntur in ædem
Contiguam cellæ, quam cenatum antè petivit.
Ergo ubi membra suo componit languida lecto
Conclausis oculis penitus dormire nequibat,
Spiritus ecce doli foribus processit apertis,
Clericus in specie, frontis latuêre senestræ,
Ut nec signa quidem parvi videantur ocelli,
Jam manibus tormenta gerens, capitique propinquans
Magna sub ardenti complectens gaudia corde,

Cras

Digitized by Google

Cras torqueris ait, meritumque rependitur omne.
O mens orba hominum, quo te deducere cæcum
Expetis, & cujus retinentur ſidera ſeptem
In palma, hunc inimicitia averſaris amara
Et cum luce cares tenebris circundaris atris,
Ille feroxque, rapaxque, minax, mendaxque, ſagaxque
Finibus inſidians fundo te tinguit averni;
At Dominus ſi ductor erit, transmittit Olympo.
Ille igitur dum tanta minans promittit inermi
Turba catervatim piceum comitata magiſtrum
Affluxit totumque locum tetro agmine ſupplet
Armati velut in bellum curruntque per aulam;
Structuri anguſtum pœnalis carceris antrum
Nulla relinquentes fugiendi dona pavorem.
Hic locus inſinuat Solymæ quod dixit Jeſus,
Ecce dies venient, & tu circundata vallo
Laberis uſque ſolum, gladio mactabitur infans;
Et lapis eſſe ſuper lapidem hac ſtrage vetatur.
Urbs animam; lapides tractatus nempe figurant;
Vallus in angorem poſitus dinoſcitur eſſe.
Deſtructor, nam dæmon erit, deſtructio finis,
Evenit hoc illi, qui notum ſpernit Jeſum.
His actis timor opera premit, pavor occupat artus;
Spes jam nulla fuit nigram vitare catervam,
Sed divina cito advenit clementia curſu,
Viderat in cella Monachos ſediſſe nitentes
Forma quibus radians, habituſque ignotus in armis;
Unus ait, media quem ſors in ſede locavit,
Res injuſta patet, fugite his ſedibus hoſtes,
Hic homo ſumet adhuc hujus compendia vitæ;
His dictis velut in vallem cum lympha minator
Fertur ab aſpectu ſubitis diſceſſibus agmen,
Ceſſit & anxietas, tandemque decorus in aulam
Angelus ingreditur fulgens in veſte rubenti
Greſſibus inſiſtens, ſermone acclamat amico.
Te dilecta anima hoc momento viſere veni.
Talia dicenti recubans ſermone Latino
Subdidit, omnipotens noſtris ſi ignoſcere culpis
Dignatur, pietatis opus perfectius auget;
Sin alias, pugno concludimur illius omnes;
Impendat quodcumque placet, ſequimurque libenter.
Nam prima ſancti Patriarchæ fronte ſtatuti,
Inde Prophetarum collectio ſancta priorum
Sanctus Apoſtolici demum globus ordinis omnes.
Hi genus humanum multo vexére labore,
Nunc etiam majora petit ſolamina præſens,
Colloquio in medio rumpuntur viſa duorum
Nondum verborum, ſed viſus finis habetur
Evigilat, ſi quiſque ſibi quæſivit, adeſſet,
Vidit adeſſe duos, cuuctis qui ad ſtrata reverſis,
Forte domum intrabant, quorum tunc unus in ipſo
Cœnobio præpoſtus erat, meus ipſe magiſter,
Præcipua bonitate vigens & moribus omnes
Præcellens, latitare volens, ſed notus ubique,
Repperit hunc aliumque domo conſiſtere fratrem,
Accitiſque cavas utrûm jaculavit in aures,
Quidquid in anguſto cognovit temporis actu.
Palluit ac timuit, carniſque dolore remoto,
Surgit ab excubitu pronus tellure recumbens.
In patulæque crucis diſtendens membra figuram,
Jam tota virtute viri, prece poſco frequenti,
Inquit, adorantes, veniam depoſcite nobis,
Intentas formate preces, clementia magna eſt.
Conſpiciunt igitur tanto terrore gementem,

Angelus dæmonem fugat.

Orationes poſcit Wettiuus.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Cantibus inſiſtunt, palmaſque in ſidera tendunt,
Cantantur ſeptem lacrimarum carmina, nec non
Plurima Pſalmorum modulamina firmiter addunt,
Quæ tanta anxietas ſibi continuare requirit.
Pſalmorum recitationes.
Tunc ſurrexit humo, lectoque reſedit anhelus
Expoſcitque legi ſibi verba noviſſima ſancti
Gregorii in ſcripto quod noſcitur illius eſſe,
Dialogus, quo multa bonis documenta miniſtris,
Conſtruxit, mortiſque ſitus per multa ſerebat,
Grandis in hoc libro perlecta eſt lectio fratri.
Tunc ait, oro patres componite corpora terræ,
Atque quiete gravem placida relevate laborem.
Et mihi quod reſtat ſpatium concedite noctis,
Corpus ut invalidum ſomno paſcatur inani.
Poſtquam laſſa ſuo proſternunt membra papyro,
Ipſeque tam diros animæ carniſque labores
Dum recreare cupit, cœlorum è culmine miſſus,
Angeli conſolatio & conſilia.
Angelus albato veſtitu venit amictus,
Aſſiſtens capiti, qui viſum in veſte priorem
Purpurea oſtendit, juxta veſtigia ſtando,
Blandaque dictorum præmittit verba ſuorum,
Laudat & hoc ſtudium, quod confugiſſet ad almum,
In precibus Dominum, quod lectio ſancta placebat,
Tempore quo graviter terrens anguſtia preſſit,
Hoc ſervabis, ait, ne prætermiſeris exhinc
In multa quoque eſt Pſalmus perfectior unus,
Cui virtus moralis ineſt, poſt carmina conſtant,
Septena atque decem centumque, hunc ſæpe reflectes,
Lectio quo legitur, pſalmique canuntur aperta
Veracique fide, jucundum munus habetur,
Talis & ad Dominum utiliter devotio fumat,
Atque ſerenatum hoc placat certamine Chriſtum.
His igitur dictis aſſumens Angelus idem
Infirmum, duxitque via præceſſor amœna,
Dum vadunt, montana vident, quæ ſidera tangunt,
Marmoris in ſpecie pulchro commixta colore,
Quæque in circuitu præcingens igneus amnis,
Ambit, inexhauſtos tribuens intrantibus ignes.
Sacerdotum pœnæ.
In quo multa nimis monſtrata eſt turba reorum,
Inque locis aliis diverſa facta ſequentes
Agnovit pœnas, multoſque recumbere dudum,
Quos habuit notos, ibi major & alter in undis
Ordo Sacerdotum præfixo ſtipite vinctus,
Terga dedit vinclis, quæ curis carne ſuperbis
Contra quemque ſtetit, mulier pro crimine ſtupri
Fomes adulterii, eſt conſors pœnalis averni.
Tertia cum radios ſemper produxerit aura
Dicuntur cædi genitalibus artubus ambo.
E quibus ille aliquos ſeſe cognoſſe ferebat.
Magna Sacerdotum numero pars, Angelus inquit,
Lucra petunt terrena quibuſque inhiantur adhærent,
Atque Palatinis pereuntia præmia quærunt
Obſequiis, ornantque magis ſe veſte polita
Quam radiis vitæ, pompoſis fercula menſis
Glorificare parant, animarum lucra relinquunt,
Deliciis ducti per ſcorta ruendo volutant,
Hac ratione alios, neque ſe defendere poſſunt,
Peſte fameque inopem poſſent ſolarier orbem
Si tota virtute Deo ſua lucra referrent
Hanc ſummam mercedis habent, qui talibus inſtant.
Rebus, ut æternam capiant in finibus iram.

Apoſtrophe ad Sacerdotes.
O patres, ſi pauca addam, ne ſpernite, quæſo,
Quid facit Antiſtes? in ovile lupus ruit ullo

Digitized by Google

Non claudente fores, jacet ebrietate ſepultus
Paſtor adulterium in Domini committere ſponſam
Qualiter audebis, thalamum uſque inducere debes,
Regis & ipſe thorum prior invaſiſſe nec horres?
Miror avaritiam ſacratum pectus habere,
Cui ſervas? reſipiſce, precor, non naſcitur hæres,
Quid cumulas? non quippe tuo ſub jure tuliſti,
Sed ſic dona Dei quæ diſpenſare juberis.
Nemo bono obſiſtit, ſi rectum velle tenebis.
Quid rapis & vendis Solymorum more columbas?
Valde cave expulſum, Dominus ne torqueat atris
Verberibus, pompaſque truci condemnet averno,
Cur tibi magnus eris, numerum ſi forte bidentum
Te recolis debere Deo ſignare potenti
Crebra ſub occultum claudis ſuſpiria pectus,
Si non damna doles, verecundia ducat ab igne.
Cumque videbis oves dextra tui, parte ſiniſtra
Eſſe tuas nuper ductor, nec terga ſequeris,
Pro cunctiſque lues patiens incendia pœnas,
Nolo tibi ille canat, Præſul ſacrate, Propheta
Plebis erit ſimilis ſtultæ peccando Sacerdos,
Laus gregis eſſe ſtude, & cœleſtia Regna mereris.
Vidit & horrendum, ligni lapidiſque opus illic
Materia exſtructum, caſtelli more locatum
Ordine confuſo, ſummo atque vapore repletum.
Territus his frater, quærens qui manſor ineſſet,
Audiit incluſam Monachûm pro ſorte catervam
Purgandi variis patriiſque lociſque manentum.
Hos inter ſpeciale tenet diſcrimen, & unus
Frater in inlicitum cecidit qui crimen habendi,
Secretas cumulans injuſto pondere gazas,
Roboream ille habuit, quem plumbea poſſidet arca;
Judicii uſque diem dubio ſub fine vomendum.
Hac ſe fraude duo primo armavere jugales
Saphira & Ananias communis vaſa pericli.
De quo fratre prius cuidam dum peſte laborat,
Annos ante decem ſimilis ſententia viſa eſt,
Dum raperetur in exceſſu, jamque illa vetuſtas
Dilituit, donec memores revocentur ab iſto.
Ille etiam cui nunc patuit, non audiit ante,
Indicat iſte locus vitium, quod ſæpe notatur
Sæpius hoc Monachis magis ac magis eſſe cavendum.
Succidique juvat, quod tantum pondus adauget.
O Monache eſſe cupis, quod te jam velle negaſti,
Dives opum, cui nulla patrum hoc documenta dederunt,
Sed paupertatem cujus pars Chriſtus habetur,
Si vendis Chriſtum, maneat quæ, cerne, gehenna,
Liquiſti commune bonum, furtumque peculî
Eligis, haud capies communi ſorte coronam.
Tu tamen omnipotens proprios rege ductor alumnos.
His viſis celſum cœlo montemque propinquum
Aſpiciunt, dum ductor ait, hac arce tenetur
Abbas (a) ante decem corpus qui liquerat annos.
Ventorum in curſus tempeſtatumque furores
(a) Vim pluviæ multumque diſcrimen ibidem
Abluit incauto quidquid neglexerat actu.
Lætus ut æterni ducatur Regis in aulam,
Deliciaſque ſacras ſanctorum ſedis in ævum
Obtineat, pœnaque carens ubi vita ſequatur.
Angelus hæc addit, quidam quod Præſul eundem

Monachorum cruciatus.

(a) *verſ. corrupt.*

Deberet

(a) Hic Abbas erat *Waldo*, ut patet ex litteris Acroſticis verſuum ſequentium. *Waldo* autem fuit primum Abbas Augienſis, deinde ſancti Dionyſii prope Lutetiam Pariſiorum; obiit an. 814. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Deberet precibus factisque juvare benignis,
Ante dies multos ceu demandaverat ipli
Legato ostensus, quem tunc per somnia ferre,
Hortatur sibi dicta Patri, sed Episcopus (a) ille
Esse ratus soliti mendacia inania somni,
Ludendo excepit, dispecto fratris amore,
Mente piger, nec corde sagax, succurrere tardus
Vi tormentorum jam nunc succumbit amare
Sortiturque suas proprio pro crimine pœnas.
Ad quem frater ubi quem dicis clauditur inquit;
Dixerat ex alia montis male parte tenetur,
At nos quæ paucis dedimus jam somnia verbis
Monstramus per verba viri, qui hæc ipse videbit.
Orsus ait dormire casa squalente videbam
Dispositio sedisse loco, quem diximus ante
Abbatem, suraque & crura cruore fluentes,
Labitur in vocem, fili fer dicta patrono,
Respicis hanc ædem, bini coluisse jubemur
Informem socii, duo namque lavare suescunt,
His comites sese nantes in gurgite thermis
Resperguntque domum hanc lethalis pestis odore
Ut miseri istius pellantur ab æde coloni,
Ad loca sanctorum pete mittat ut ille virorum
Deposcens quod gratis agunt solacia ferre,
Reprimere ut possit paries ubi nullus habetur
Immensum tætoris onus, relevetque dolores.
Hæc mi nate precor, non oblivisceris hæc tu.
Post hæc Antistes dum cuncta ex ore ferentis
Audiit, hæc inquit, phantasmata credo fuisse,
Idcircoque fidem verbis non commodo fictis,
Credere quæ renuit, hæc Angelus iste resignat
Quippe quod admonitus functis incredulus extans
Auxilium conferre precis tardaret egenti,
Atque ideo propriis fruitur sine munere pœnis.
Denique quod paucis visum percurrimus odis
Ante nec audivit qui nunc renovata revexit,
Et velut ad superos imo devexit abysso,
Annuit iste locus multum pia vota mereri.
Fidere sed noli, post vitæ tempora solvi
Alterius per verba, focos quos colligit ipse
Actibus ex pravis, licet interceſſio purget
Crimina multorum, tamen hac securus haberi
Nemo potest, quia quo nescit sua pondere facta
Pensentur, quapropter ego esse mihi utile dico
Quod gessi purgare prius, sua quemque sequentur.
Contemplatur (b) item quendam lustrante pupilla
Ausoniæ quondam qui regna tenebat, & altæ
Romanæ gentis, fixo consistere gressu
Oppositumque animal lacerare virilia stantis
Lætaque per reliquum corpus lue membra carebant.
Viderat hæc, magnoque stupens terrore profatur,
Sortibus hic hominum, dum vitam in corpore gessit
Justitiæ nutritor erat sæcloque moderno
Maxima pro Domino fecit documenta vigere
Protexitque pio sacram tutamine plebem.
Et velut in mundo sumpsit speciale cacumen
Recta volens dulcique volans per regna favore.
At hic quam sæva sub conditione tenetur,
Tam tristique notam sustentat peste severam
Oro refer. Tum ductor in his cruciatibus, inquit,
Restat ob hoc, quando bona facta libidine turpi

Fædavit,

Sæc. IX. Anno 840. Episcopus opem mortuo negans.

(a) Hic Episcopus fuit Adalhelmus, ut patet ex Acrostichis ab eo versu: *Angelus hæc addit.* sedes ejus ignoratur. Mabillon.

(b) Agitur hic de *Carolo Magno* qui patiebatur ob libidinem impuram. Acrostici versus id probant ab eo versu *Contemplatur item.* Basn.

Digitized by Google

Fædavit, ratus inlecebras ſub mole bonorum
Abſumi, & vitam voluit finire ſuetis
Sordibus, ipſe tamen vitam captabit opimam,
Diſpoſitum à Domino gaudens invadet honorem.
Admonet hic hominem qui dignis moribus horas
Has ſervare cupit, ne quodam crimine cuncta
Perdat, & omne probum fundat vaſtante ruina.
Talis aquas haurit pertuſo vaſe receptans.
Quodque diu immiſit ſorbente foramine linquit.
Eſt labor iſte gravis, malus atque miſerrimus, ex quo
Semper habet damnum, nunquam mercedis honorem,
Omnibus in rebus, vitam moderetur in arvis,
Qui cupit in cœlis regnum retinere perenne.
Illic magnificis conſpexit munera pompis
Dæmonis in manibus, jam præſentanda parari
Pallia, & in vaſis auri argentique metallum
Et lini obſequitur candentia fila caballus,
Plurimus hunc ornat ſpecies fulgentis habenæ.
Tum rogat hæc cujus hominum de parte venirent,
Quidque figurarent, tali ſermone rependit
Angelus, hæc comitum ſunt per diverſa manentum
Regna ſoli injuſtè legalia jura regentum
Quatenus huc ducti inſpiciant, quod cuncta rapinis
Collegêre, avidoque minores ore vorabant.
Nomina quorundam manifeſtè protulit, ex his
Dixit, & hæc nunquam finiri dona, priuſquam
Quiſque ſinum in proprium præventus morte receptet
Quicquid ad hoſpitium æternæ tranſmiſerat aulæ.
Quàm vero horrendo comitum ſermone profanam
Intulerit vitam, nullus narrare redundat,
Non ſcelerum ultores Satanæ, ſed habentur amici,
Illorum quidam multis ſtringendo periclis
Afficiunt homines; juſtos damnare, reoſque
Juſtificare viros, contempta lege ſolentes,
Furibus adnexi, vitiumque per omne ſodales
Muneribus capti qui pro mercede futura
Nil faciunt, ſed cum quædam ſub lege coërcent
Debita juſtitiæ, furiunt pietate carentes,
Ardor avaritiæ neſcit concedere quicquam
Sed totum extorquet, totumque ad tartara mittit,
Accumulans iram cum venerit hora furoris.
Juſtitiam nunquam vitam quærendo beatam
Impendunt, & quam gratis præbere videntur
Venalem portant animam pro pignore dantes
Judicio quoſdam jam nunc ſuccumbere dixit.
Dixerat ut Dominus de non credentibus olim
Judicium ſumpſit quicunque incredulus extat.

Comitum vita.

JAm ſatis eſt dictum, felix qui corde reſervat,
Ne ſit amor nummi major, quam manſio cœli,
Grandi abundantes ſubito comprendet egeſtas,
O comites, cujus comites perpendite ſitis,
Chriſtus ait, quicumque polum conſcendere quærit
Debet in anguſto greſſum configere calle.
Servus item mortis veſtigia lata ſequendo
Vergit in æternum miſeris ploratibus ignem.
Omnia mittantur, nunc triſtes læta tenebunt,
Quos gaudere libet, triſtes tundentur in umbras.
Quod placet ingredere, eſt melius tunc læta tenere.

VIdit & innumeras diverſo ſorte phalanges
De Monachis, gradibuſque aliis, populique ſenatu
De variiſque locis longè patriiſque remotis
Hos gaudere hilares, illos frendere gementes,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Hos Paradiſus habet, diſcindit tartarus illos.
His viſis multiſque aliis, quæ ſcribere longum eſt,
Quæque ſtylus currens ſtricta brevitate relinquit,
Ducitur ad quædam præpulchræ mœnia ſedis
Quæ naturali conſiſtere mole ferebat.
Hoc opus immenſo nituit ſplendore coruſcans
Arcubus effulgens, variiſque ornatibus aureis
Argentique gerens multum ſtructura metallum
Præbuit arte oculis anaglifa paſcere mentem
Mœnia quæ tantum latam longamque tenebant
Menſuram, pulchrumque ſtatum, mirabile factum
Altaque per volucres pandebant culmina ventos
Quantum nulla poteſt intentio mentis (a) in viſum
Claudere tractandi, nec quis ſermone fateri
Aut operi tanto veracem optare ſtaturam
Aut decus excellens veris diſponere verbis.
Hæc cernunt fratrique ſacer tunc Angelus illi
Cras migrabis, ait, vitæ confinia linquens
Terrenæ, tamen interea certabimus ambo
Pro pietate preces ſanctis proſternere Chriſti
Ut vel parva tuis fiat conceſſio factis.
Inde beatorum parili venêre volatu
Sedes uſque Sacerdotum, quis fulgidus ordo
Captat onus meriti, jugique potitur honore.
Angelus, hos, inquit, ſecum dominator opimis
Ditavit meritis, ideo enarrare coronam
Nemo poteſt, qua quiſque nitet, cui Chriſtus obumbrat.
Et quibus officia ornatas præbetis ad aras
Hos rogitemus apud Dominum intercedere prote.
Tunc pedibus venerandorum ſubnixus uterque
Unius illecebras precibus relevare precatur,
Nec mora ſanctorum pariter conſortia ſurgunt.
Aggreſſique thronum Chriſtum petiere jacentes
Ut potius laxare velit quam digna referre.
Tum reboat de ſancta vox teſtudine dicens,
Debuit exemplis multos incendere fratres
Sed torpore madens deſivit ferre laborem.
Hinc reſponſa ſilent, vocemque emittere ceſſant.
Angelus hæc inter, fraterque in parte ſteterunt
Eminus, & ſancti ſedes, cum pace reviſunt.
Ipſe Dionyſium, Hilarium, ſanctoſque ferebat
Martinum Anianumque ſuas cognoſſe feneſtras
Qualiter agnovit, quos nunquam corpore vidit?
Sed ſperare datur, quod vel ſermone beati
Hæc ducis audiret, vel quæ ſibi gratia cuncta
Monſtrarat, quoſdam faceret cognoſſe ſilentes.
Tunc hortante iterum greſſum ductore retorquent
Ad ſedeſque viam nitidas preſsêre (b) reſuptam,
Gloria Martyribus qua pollet opima beatis.
Credere non poteris ſpeciem numerumque quot eſſent,
Hos ait, invictus tulit hæc in regna triumphus.
Hos etenim terris cœleſti laude tenetis.
Hos precibus commiſſa ſuis tua ſolvere ſanctis
Poſcamus, ſtatimque ſacra ad veſtigia ſeſe
Projiciunt, citiuſque ſacer confeſſus ab inde
Surgit, & ante Dei auratam proſternitur aulam.
Dimitti peccata rogans, vox ſede recurrit.
Si quos prava docens peccati felle fefellit
Deque via in præceps (c) inlex commiſit abire
Hos iterum (d) revocat, ſolventur debita gratis,
Inquiruntque modum, quo crimina ſolvere poſſit.
Qualiter ex aliis pravæ miſerabile virus
Doctrinæ eximeret, tum vox proceſſit ad illos,
Convocet hos omnes quorum per inania mentes

(a) fortè *in nſum.*

Sanctorum preces pro fidelibus.

Viſiones Sanctorum defunctorum

(b) fortè *reſumptam*

Martyrum ſedes.

(c) *illex.*

(d) *revocet*;

Dogma-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Dogmata pervertit, nocuit vel in actibus unquam.
Aut quibus exemplum dicti, vel præbuit actus.
Quo vitam moresque suos corrumpere possent,
Et se sternat humo, dicatque per omnia sese
Esse reum, gessisse malè, & docuisse pudenter.
Sic veniam exposcat, statimque astantibus addat.
Vos precor ô nati Domini per numina summi,
Per sanctosque viros, addens, animasque beatas
Cœlicolasque omnes repetat, ne crimina quisquam
Hæc vestrum tradatque alii facienve docenve.
En patet alterius quantum qui polluit actus,
Desipiat vel in exemplo seu dogmate pravo
Qui malus est, multos secum invitare sûescit,
Et tamen è cunctis scelerum commercia sumet
Infelix sua ferre nequit majora requirens.
Interea à longè bini de parte steterunt,
Ecce Sebastianum magno splendore micantem
Atque Valentinum specie cognovit aperta.
(a) Inde etiam averso ducente, catervas
Virgineas adeunt, ubi splendor luce coruſca
Summus adornavit nitidis confessibus ipsas,
Sunt, ait, hæ Sanctæ, quarum sub honore Tonantis
Nomina divinis colitis famulatibus, ipsas
Pro longa ad Dominum vita præmittere præsta.
Sic ait, & pedibus sese prosternere certant,
Protinus assurgunt, citiusque ad limina pergunt
Celsa throni longam fratri deposcere vitam,
Sed prius orantes quam se prosternere possent,
Obvia majestas Christique immensa potestas
Elevat inclines miro splendore nitescens,
Qualis ab humanis cerni agnoscique figuris
Nunquam posse datur, certant ut bella fidei
Mitis ad astantes Christus dat verba puellas.
Justa docens si recta gerat, dignumque ministret
Omnibus exemplum revocans ad mœnia vitæ,
Quos adversa docens æterno prodidit igni,
Tunc vester præstabit honor quod cuncta remittam.
O meritum sublime tuum sanctissima mater
Virginitas, quæ casta poli terræque supremum
Imperium retines, Domino quæ proxima Christo
Æternam super astra domum inviolata locasti
Sola quidem celebs tantum cognomen habebit,
Et corrupta tamen si se post crimina saltem
Convertens anima ad Dominum summissa recurrit,
Præmia certa manent, si nomine in æva carebit.
His igitur gestis facili discedere gressu
Incipiunt, itinerque suum facer Angelus istis
Prosequitur dictis, quantis humana volutet
Progenies vitiis, ô quis narrare valebit?
Nam licet à Domino numerosa peste laborans
Abscedat genus humanum factore relicto,
Atque jugo Satanæ sua colla gravare sueſcat,
Nulla tamen tanto peccata furore creator
Vindicat offensus, quàm quæ contraria constant
Naturæ, quod quisque nefas vitare laboret.
Quapropter cunctos nimium certare necesse est,
Ne subeat mater scelerum Sodomita libido,
Et Templum Domini mutetur in horrida nigri
Serpentis delubra, quibus se degere gaudet.
Sordida non tantum hic morbus contagia præbens
Inficit alternas maribus dum turpiter instat,
Commaculatque animas ardente cupidine stupri,
Verum multiplici thalamum violare jugalem
Adsolet illuvie, rabiem dum quisque sequentes

(c) *vers. mutilus.* Sedes Virginum.

Virginitatis laus.

Angeli oratio ad Wetinum.

Luxuriæ

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Luxuriæ inſtinctu violenti dæmonis acti
Naturæ conceſſa ſuis ſtimulante relinquunt
Conjugibus luxu, licitumque in ſtupra calorem
Vertentes Satanæ incedunt hoſtile lupanar,
Unde tibi jubeo auctoris de nomine noſtri
Iſta palam referens, ut clara voce revolvas,
Nec celare velis, quantum diſcrimen adhæret
Eſſe ſubinductas mulieres pluribus aptas
Tempore nam quanto tam fædis ſordibus inſtant
Non capiunt aditus cœli vitamque beatam.
O quicumque malis cupimus nos ſubdere tantis,
Incidat in mentem tormenti pœna futuri,
Dulcis enim eſt animo, carnique inſana voluptas,
Durior heu miſeri gravibus plangoribus ignis
Tunc veniet, cum finis erit, qui quemque ſequetur.
Quæſo probare velis digitum ſi ferre per ignem
Hunc facilem poſſis, certè ſufferre recuſas,
Qualiter æternum tota cum mole calorem
Corporis (a) incedis, quo vermis & ignis in ævum
Conſiſtant vitiiſque vicem dant omnibus atram.
Tunc Wettinus ait, Domine hæc proferre paveſco,
Vilis enim perſona mihi eſt, nec congruit iſti
Judicio, quod ad humanas tranſmittimus aures,
Angelus è contra magnam promotus in iram
Incuſat, quod ſumma Dei ſententia juſſit,
Non audes proferre pigro torpore retentus.
Tum ſatis ammonuit proprios componere mores,
Atque ſuam radiis vitam inluſtrare beatis,
Adjungens; ego ſum, qui te ſervare jubebar
Angelus & cuſtos rerum perſiſto tuarum.
Quem ſcriptura vetus Samſonem vulgat in orbem,
Hujus in auxilio ſemper manſiſſe ſolebam
Et miranda favente Deo complevimus ambo
Quem mandante Deo primo comitabar ab ortu,
Donec per Dalilam in Domini procurreret iram
Venderet & ſcorto auctoris ſacra munera Chriſti,
Quo ſcelere infectus Dominumque Deumque reliquit.
Tunc ego diſceſſi vitiis offenſus ab illo.
Ergo puer benè caſtus eras, mihi quippe placebas,
Sed poſtquàm propriis cœpiſti vivere votis
Diſplicuit tua vita mihi, nam pravus abiſti.
Nunc iterum placido temet complector amore
Mærentem lacrimis, & toto corde reverſum.
Cœlicolas hominum cuſtodes eſſe ſacrata
Scripta ferunt, Dominuſque docens oſtendit Jeſus,
Ante Patris faciem ſtantes ſervare fideles
Atque liber Paſtoris opem demonſtrat eandem.

Cœnobiis etiam Monachorum valde monendum eſt
Angelus adjunxit, vitii ut radicibus omnis
Abſciſſis, vireant virtutum germina pulchra
Major enim numerus mundanis rebus inhæret
Quàm qui ſe ſtimulante Deo monitiſque ſupernis
Hæc ad caſtra ferant, vitamque fideliter ornent,
Neſcit enim carnalis homo, quod Spiritus almi eſt.
Viribus idcirco totis certare neceſſe eſt
Carnalis ne turba premat ſacra dogmata vitæ,
Pondere neu ſcelerum frigeſcat pignus amoris,
Æterni, qui plura tenet ſpe pectora ſancta,
Vulnus avaritiæ medicamina ſancta repellant,
Qua dominante humilis ſit nemo in nomine Chriſti
Unde polum penetrare poteſt, cui cura ſubintrat
Ingluviem vitare ſibi potuſque monemus
Sufficiens parva quidem ſit (b) penſius victus,

(a) Incendis Hanck. n. m. s.

Reſponſio Wettini.

Angeli increpatio.

Angelus cuſtos.

Recedit à vitioſis.

Monita pro Monachis.

Præcepta paupertatis ſervanda.

(b) Fortè *penſio.*

Opti-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Optimus uſus aquæ, dedit hanc natura bibendam,
Tegminis ornatus mutetur ut algida tantum
Frigora depellat, nudoſque ut contegat artus,
Mens humilis vigeat ſtudiis non perdita fictis,
Deſerat & totam perverſa ſuperbia mentem,
Nam quidam flexa placidi cervice videntur,
Erecto ſed corde tument, falſique probantur,
Pulcher Apoſtolicæ vitæ pervertitur ordo,
Cum vitiis variis virtutum jura premuntur,
Et dum ſub ſpecie pietatis culpa ſubintrans
Aſſiduè creſcens, proprio retinetur in uſu,
Jam velut & lege ad juſtos deſcribitur actus,
Idcircò occiduis homines in partibus hujus
Ordinis inſtruimus, quos Gallica rura tenere
Novimus, & cunctos, quos hæc Germania gignit,
Pauperiem ut veram devota mente ſequantur.
Janua ne cœli contra claudatur iiſdem
Indeque depulſi pereant ſub faucibus ignis,
Qualiter omnipotens hominum ſator atque redemptor
Per me terribili cunctis ſermone remandat.
Hæc ſatis eſſe videns illis nihil addere poſſum,
Qui vitæ meritis debent præcellere cunctos,
Qui mundum fixiſſe ſibi, mundoque refixi
Famantur, quod quippe Deo promiſimus omnes.
Scimus enim documenta patrum, fineſque viaſque,
Quotidie crepitant librorum verba per aures.
Impugnat mundus, felix qui fugerit illum
Et poſt terga oculum qui mittere vitat in ævum.

In viduas Abbatiſſas.

Quantaque fæmineis naſcantur damna catervis
(a) Quo ſervire Deo Monachorum more ſueſcunt
Angelus exponens, quam plurima dæmonis, inquit,
Lucra virent, lucrumque Dei tepor occupat ingens
Ordine confuſo, mulier dum mortua vivis
Præfertur, quia delitiis viduata marito
Sufficiens, functa eſt, prohibent quam vivere gazæ
Subjectæ, & vivæ mortis confinia ſumunt,
Dum factis perverſa ſuis exempla ſequuntur,
Sic perduntur opes, quas congeſſere fideles.
Ad conſervandum jus virginitatis honeſtæ
Accipit has ſitiens labentia gaudia mundi
Inque voluptatem fert ſobria dona nefandam.
Vivit enim virgo, mortem ſceleroſa ſubibit.
Denique jam viduæ capiunt dum jura regendi
Subvertunt pravam juſto molimine vitam,
Sordibus è ſolitis paucæ ſe demere poſſunt.
Sed neque concubitu quædam ceſſare probantur.
Sic ſeducta cohors ſequitur per cuncta magiſtram.
O Princeps qui tale malum junxiſſe videris,
Da caſtis caſtas, aliud viduata receptet,
Non equidem prodeſt multorum perdere mores.
Creditur en mulier melior quam maſculus eſſe.
Accipit illa gradum, raro eſt lex iſta virorum,
Ut nupto citius dentur loca ſancta regenda,
Confuſum natura modum diſcernere poſcit.
Frater item quærit ubi dogmatis illa moderno
Staret Apoſtolici perfecta in tempore norma?
Partibus ex aliis falſi maris, inquit, habetur
Ille rigor, veterumque viget conſtantia Patrum.
Qui paupertatem variis ſine rebus adepti
Terreni nihil inquirunt, quod vota retardet,
Sicque penetrantes cœlorum Regna capeſſunt.
Felices patriæ, quarum de ceſpite ſurgunt
Optima gemmarum cœlo ornamenta nitentum,

(a) Quæ.

Alia præcepta Angeli.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Auxilium Patriæ, meriti decus, orbis honeſtas.
His dictis iterum verbum ſacer Angelus infert.
Crimini de veteri Sodomæ, quod rura necavit,
Cætera namque ſemel vitia execranda monebat,
Hunc autem morbum, mores animaſque nocentem
Sodomitæ. Dæmonis inſtinctu, naturam perdere promptum,
Quinquies admonuit aut amplius eſſe cavendum.
Tum frater rogitat, numerus cur tantus obiret,
Peſtis cauſa. Peſtis in exitio, plebis populique fidelis.
Hæc, ait, ex factis homines commercia pravis
Accipiunt, damnatque reos ſententia graſſans,
Significatque diem mundo properare futurum,
Terminus ut tandem ponatur in ordine ſæcli,
Ecce dies veniet, noſtrûm ſit quiſque paratus
Ecce venit Dominus, noſtros ut congreget actus,
Jam vigilare decet, veniens ut quemque coronet.
Præcipue admonuit divinis laudibus omnes
Conatu ſervire bono, ſtudioque ſagaci
Præcipiens, ut nemo gravi torpore ſubactus,
Negligat aſſiduas Domino perſolvere laudes,
Eccleſiæque decus celebretur ut ordine ſancto,
Sollicitus propriam quærit quicumque ſalutem,
Hæc agat, & ſeſe poterit ſubducere flammis,
Geroldus Comes æqualis Martyribus. Non eget his Dominus, ſed nos ut agamus, egemus.
Quin etiam quondam Comitem ſacer ille Geroldum
Angelus aſſeruit, requiem captaſſe beatam,
Martyribuſque parem, quo gloria ſumma beatis
Civibus æternæ reddit dulcedinis hauſtum,
Et quando zelum Domini conceperat, inquit,
Gentibus infidis Chriſti defendere plebem,
Congrediens, hujus ſumpſit diſpendia vitæ,
Æternis ideo meruit fulgere trophæis,
Munera perpetuæ capiens ingentia vitæ
Hic vir in hac patria ſumma bonitate nitebat,
Moribus egregius, verax, manſuetus, honeſtus,
Cui regina ſoror Ludovici cara genetrix
Hildigardis erat, parili bonitate venuſta,
Viribus ille potens, ſanctoque potentior actu,
Defuerat ſoboles, pariterque & defuit hæres,
His igitur verbis ſeſe compeſcere cœpit,
Denegat hæredem Dominus, manet ipſe ſuperſtes.
Quod dedit, accipiet, Mariæ commendo beatæ.
Sic votum factis ſequitur, magis omnibus iſti
Profuit ille loco, cujus nitet Augia donis.
Bella movet Carolus, duros tum Cæſar in Hunos
Hoc cecidit bello, populo certante, Geroldus
Tunc Dominum famuli lacrymis ſumpſere referti
Hucque reportatum tam longa per avia corpus
Inſulanenſis humus contexit in æde Mariæ.

(a) *verſus mutilus.* Wetinus quæ viderat refert & ſcribi jubet.

(a) Hæc & plura videns numerum (quæ) pene recuſant,
Quæ feſtina manus currens intacta reliquit,
Experrectus item, jam cæca ſilentia noctis
Nuncius excuſſit lucis reſonando per ædes,
Fratribus accitis, quos pernoctaſſe videbat
Excubiis ſecum, trepidans multoque timore,
Permotus, cecinit narrans ex ordine viſum,
Secretumque latens avidas effudit in aures,
Poſcit & ut veniens ſermones protinus ipſos
Abbas excipere, & ſcripto mandare juberet.
Talibus aſtantes compeſcunt verba loquentis;
Nunc ſolito fratres meditantur in ordine noctis,
Incumbuntque preci, nunc clauſtra ſilere neceſſe eſt.
Non audemus enim nos hæc turbare, vel illi.
Vos ait interea molli depingite cera,

Ut

Digitized by Google

Ut fulgente die citius manifeſta pateſcant,
Ne lingua torpente palam depromere viſa
Non poſſim, quæ tam grandi ſub mole minarum
Sunt injuncta mihi manifeſta voce canenda,
Et cunctis liquido citius dicenda boatu.
Ut timeam ſi forte tacens dimiſero quicquam,
Me veniam nec habere, gravi ſtringente reatu.
Ultima virgineæ turbæ interceſſio, memet
Liquit in ancipiti poſitum, nam neſcio qualem
Imploraſſe Deo vitam præſtante putemus,
Utrum perpetuam, vel temporis hujus amaram,
Si mihi defuerint præſentia commoda vitæ;
Ecce procul dubio, mortem cras corpus habebit,
Dux meus hæc dixit, cujus mihi ſponſio certa eſt.
His igitur verbis fratres hortatus eoſdem,
Expediens iterum jam dicta retexere cœpit,
Illi continuo tabulæ impreſſere liquenti.
Laudibus interea Domini jam rite peractis,
Abbas adveniens aliis comitantibus intrat,
Nam ſolitus compellit amor refovere jacentem,
Aſſiſtunt propius, ſecretum infirmus adoptat.
Diſcedunt reliqui, remanent ibi quinque ſedentes
Primus erat Hetto, Erbaldus fuit inde ſecundus,
De quibus in primis modicas conteximus odas,
Tertius ipſe (*a*) tacens ſapiente corde magiſter,
Quartus erat ſenior, multis provectus in annis.
Theganmar Domini famulus, cui longa ſenectus,
Contulit æterno venerandos munere canos,
Grandis honor capitis, major ſapientia mentis,
Confeſſor (*b*) fratrum, gnarus conferre medelam,
Moribus antiquos ſequitur ſine crimine patres.
Quintus adeſt Tatto, cui gratia magna benigno
Contulit eximios vitæ perducere mores,
Nempe palatinas puer eſt translatus ad aulas
Sed Chriſti fervore calens, mercede ſodales
Servitii gaudere ſuos dimiſit, & iſtud
Cœnobium ingrediens, Monachum ſe lege ligavit,
Hoc recolens, quod prima inibi documenta recepit,
Eſt hodieque probus, felix, ſpectabilis, aptus,
Gaudeo quod tali mereor parere magiſtro
Cujus ob auxilium, præſens me continet ætas.
His etenim quinis, viſa atque audita patenter
In verbis ſcriptoque ſimul quod nocte notavit
Veloci currente manu, narrando reſignat,
Et ſurgens proſtratus humi, commiſſa remitti
Poſcit, & orantes Dominum placare tonantem.
Commendans arcana Dei, ſi morte fuiſſet
Raptus, ut in lucem verbo ſcriptoque tuliſſent,
Sin alias prodenda ſibi dimittere poſcens,
(*a*) Nam cupit patulis totum famare per orbem
Faucibus, & cunctas hominum vulgare per aures.
Denique vita manens, ſi corpore ſtaret in iſto,
Ulterius voluit ſtrictam perducere vitam,
Ut potaret aquam, mergentia pocula nunquam,
Pluribus adjectis quæ nunc exponere longum eſt.
Inſpiciunt vultus, nec pallida forma videtur,
Non macies fœdat, nec membra dolore rigeſcunt,
Attrectant venas, vivo quæ ſanguine gaudent,
Nec ſignum lethale vident, mortiſve periclum,
Fidenteſque animo, vitæ compendia ſpondent

Varii ſcriptores viſionum Wettini.

(*a*) Fortè *namque*.

Præſentis,

(*a*) An ſit nomen proprium, an metaphoricum alluſione facta à Walafrido ipſi inditum, non liquet. Mab.

(*b*) In unoquoque Monaſterio unus frater deſignatus erat ad recipiendas confeſſiones fratrum. lege præf. ſæc. III. Bened. Mab.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Præſentis, mortemque procul diſcedere dicunt.
Ille quibus reſponſa dedit, quæ protulit ante,
Craſtina namque dies animam de corpore pellet.
Taliter ergo diem frater conſumpſerat illam,
Inſtantemque rotam noctis dieique ſequentis
Exponendo metum, gravida de carne receſſus
Suſpirans, gemituſque imo de pectore fundens,
Fratribus, & cunctis ſeſe committere certans:
Ad multoſque Breves rogitans direxit amicos,
Ut ſanctis precibus veniam implorare ſtuderent.
Has ego conſcripſi manibus quibus iſta notavi.
Denique cum primum radios produxerat aura.
Me vocitare jubet, reſidenſque infigere ceræ
Præcipit, atque Breves bis quinas dictat, eiſdem
Senſibus adnectens, quas hic ſignare ſtudemus,
Ut perfecta fides cunctis luceſcere poſſit;
Nempe decem fuerant, quarum conſcriptio talis.

Venerabillimo in Chriſto patri ILL. Wettinus jam devotus veſter æternam in Domino ſalutem. Scripſi vobis in mortis periculo, & quia juventus adhuc floruit, de alio ſæculo meam infirmitatem conſolare dignemini, ut hujus corruptionis mole depoſita, ibi quoque gravitate pœnarum non conſtringar: ſi ad uſque centum Miſſas, centumque Pſalteria pervenerit oratio, erit merces certa. Vale, quem jam non mereor videre.

HUnc finemque Brevis juſſit firmare per omnes,
Quod dum commutans aliter conſcribere vellem:
Dixit, ut haud dubiis poſſem ſic dicere verbis.
Neſcius hoc ſcripſi, penituſque ſtupore movebar,
Quippe diem totum ſoli tranſegimus illum
Nunc legimus, nunc membra juvat componere lecto,
Me ſopor oppreſſit, vigilem non contigit illum,
Orat in excubitu, ſurgit graditurque valenter,
Veſper adit, tandemque mihi eſt ſic ore locutus,
Vade puer, corpuſque cibo relevare memento,
Proque labore tuo grates digneris habere.
Diſceſſi noctemque minans Sol vergit in æquor.
Jamque poli pingunt fulgentia ſidera centrum,
Adveniunt fratres, ſiſtuntque in domate multi.
En ait incumbit metam finire ſupremam,
Carnis in exilio terram terræque recondi
Omnimodis petimus ſacras protendite palmas,
Inſtanteſque preci, noſtrum defendite finem,
Res inviſa quidem, pſalmos prior omnibus ille
Antiphonaſque, velut quidam præcentor adorſus,
Principium cujuſque ſuo depromit ab ore.
Finitis igitur concentibus, ille parumper
Reſpirat pavidus, fratreſque ad ſtrata recurrunt,
Surgit & huc illucque viam deflectere tentat,
Æſtuat agnoſcens velox quod tranſitus inſtet,
Decidit in lectum Chriſti myſteria ſumens,
Clauſit & extremam vitæ mutabilis horam.

EN venerande pater calcem compulſus adivi
Cujus principium horror adire fuit.
Non ignoro quidem vitiis ſordere camænam
Extortos apices protege ſi valeas.
Ales enim quæcumque ſuas præcurrere pen na
Cogitur, ex ſuperis corruit ima petens.
Nil prodeſſe ſcio, tamen eſt parere neceſſe,
Hoc potuit Dominus quam ſacra thura cupit.
Veſtra ſequens humilis famulus mandata peregi
Ætate & ſenſu, impar ad iſtud opus.
Ne reputes non poſſe meum, ſed velle videto,
Atque bono vigeas longa per æva ſtatu.
Amen.

Ad

Digitized by Google

Ad Grimaldum Cappellanum *de morte* WETTINI.

SÆC. IX. ANNO 840. Wettini mors.

SCribere nulla juvat, ſcriptor quia noſter obivit,
Qui nova pectoribus monſtravit dogmata noſtris.
Ædificare volens, longum ſtabilita per ævum
Tecta, ſed indomita præventus morte, nequivit,
Culmen in aërios templi ſuſtollere curſus,
Forſitan indigni fuimus ſapiente Magiſtro,
Sed licet hunc cœleſtia non dubitemus adiſſe,
Abſceſſiſſe tamen, noſmet deflere neceſſe eſt,
Primus hic incultis mandavit ſemina ſulcis,
Ut collecta ſeges, gereretur ad horrea Chriſti.
Mercedem & propriam præclarus haberet arator.
Hoc ſtudium fuit, hoc votum, hoc etiam ipſa voluntas,
Plangimus interno compuncti corda dolore,
Flemus agrum, ſubito tanto cultore carere,
Et ſpecialis ego, ingeminans connecto lacertos
More orbatorum, placidum deflendo patronum,
Sæpe quod adjungo alterius ploratibus, unum eſt,
Quod nullus magni profertur dogmatis hæres.
Prædia tanta vacant, nullo vineta colente,
Deperit abſconſæ ſapientia mentis ab uſu,
Dicitur, heu miſero, qui dum cadit, ipſe levantem
Non habet, ille jacet cuncto miſerabilis orbi,
Tu fratris deſerta tui jam ſemina profer,
Non torpore vacat, ſancta quod lege jubetur,
Eſt ſed fructiferum, ſi quis ſub lege potitur,
Decidit ille mihi, vicibus nemo illius aſtat.
Fercula pulchra dedit, victum quis porrigit artum?
Veſtibus ornavit, præbet quis tegmina groſſa?
Innumeriſque bonis, meritum ſuperaverat omne,
Quis mihi nunc miſero verbum demonſtrat adhortans?
Annales memorare dies, mortemque notare
Quis cogit? nili ſollicita ſub mente retractet,
Proximus eſſe ſibi juſſum de nomine Chriſti,
Ne fraterna ſuo tollatur ab ordine proles.
Hæc jam dicta legas, pater optime, corde receptans,
Ex hinc eſſe mihi dignare affabilis, atque
Rebus in occultis noſtrum ſolare dolorem,
Scintillam portamus enim, quam ſi quis adauget
Multiplicabit opem veniarum fine futuro,
Adveniens ſua dona Deus cum pace requirat,
Multorum quod ſancta ferant tutamina nobis,
Inter convivas reſidens (a) duceſque catervas
Audivi cupidus priſci convivia cœtus,
Qui paſcente Deo meruit ſaturarier ipſo
Panibus ex quinis, tum piſcibus ordine binis.
Quæ cum te facta pandunt myſteria certa,
Aſſunt & nobis per ſuavia dona creantis,
Panes, piſciculi, blandi quoque copia muſti,
Semper ubique ſuis quia dat ſolatia ſervis,
Omnia qui condens renovat pereuntia clemens.
Interea dulcis fertur mihi normula piſcis,
Aſconis calidi, ſequitur vas denique muſti,
Optatum & calidum large de principe miſſum,
Abbas quod..... tranſmiſit laude colendus.
Quem quàm laudarem, ſi tantum tempus haberem.
Quod mox ut cepi, ſubierunt organa ſigni,
Quod Chriſti ſolitum monuit perſolvere votum,
Quem dum tempus erit, gaudens mea Muſa ſonabit,
Centuplicatque modos, ſpatii quos deſerit exſors,
Interea valeat, felixque per omnia ſurgat,
Lætus & in terris, ſuperis lætetur in oris.

(a) Fortè *dulceſque.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

De ſingulis Feſtivitatibus anni ad quendam.

In Nativitate Chriſti.

NAtus enim eſt hodie ſator atque redemptor,
Chriſtus de Maria Virgine factus homo:
Ut nos conſortes ſanctæ deitatis haberet,
Mundatos vitiis, & placitos meritis.

In Octava Domini.

ACcepit & nomen jam circumciſus Jeſus,
Ut mundatus homo ſit ſoboles Domini.

In Epiphania.

MUnera ſuſcipiens dignis apparuit ipſe,
Sic pius adveniens munera noſtra videt.

In (a) *Yppapanti.*

(a) *Hypapante.*

QUi ſine peccato in templo eſt oblatus ad aram,
Nos peccatores ad ſua tecta vocat.
Cujus mater adeſt, mater ſed virgo perennis
Permanet â nato glorificata ſuo.

In Septuageſima.

ECce paramur enim ventura ad feſta colenda,
Moribus in ſanctis corda parare juvat.

In Quadrageſima.

EXemplo Domini jejunia corporis extra
Incipimus, mentes abſtineant vitiis.

In Palmis.

OBvia turba pio ſtravit ſua tegmina Chriſto,
Nos ut in his ſedeat, corpora noſtra damus.

De Paſſione.

ILle crucem, plagas, alapas, ſputa aſpera paſſus,
Oſtendit quanta te tolerare decet.

De Reſurrectione.

TArtara deſpolians, devicta morte reſurgens,
Ut te vivificet, quam jacuiſſe videt,
Mortuus eſt ut peccatis moriamur ademptis
Surgit ut in vitæ limine conſtituat.

In Aſcenſione.

AScendit cœlos ſumpto per ſæcla triumpho,
Ut nos victores ſidera ad alta vocet.

In Pentecoſte.

SPiritus ad terras Domini deſcendit in igne,
Qui dat Apoſtolicis ignea corde viris.
Illos quippe ſuo reſovet tutamine præſens,
Quorum ardere videt, caſto in amore animos.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

In Natale ſancti Joannis Baptiſtæ.

ESt hodie natus ſanctus Baptiſta Joannes,
Cujus nos precibus dextra juvet Domini.

In Natale Sancti Bonifacii Archiepiſcopi.

GAudia præſentis Bonifaci ſancte diei.
Nos ſalvent Domino dante tuis meritis.

In Aſſumptione Sanctæ Mariæ.

VIrgo Dei genitrix de corpore ducta pudico
In requiem Domini tranſiit ecce ſui.
Ad quam nos precibus tranſire juvantibus ejus
Æternæ proles virginis alma velit.

De Apoſtolis.

HI ſunt quos toto divina electio mundo
Elegit primos, prætulit atque gradu.
Quorum non (a) fidei ſemper præcepta ſequentes
Illorum precibus regna poli accipiant.

(a) Nunc. Hanck. n. m. s.

De Confeſſoribus.

HOs perfecta ſuo ſervans confeſſio Regi
Fecit in ætheria conſocios requie.
Exemplis quorum dictiſque in pace manentes,
Inſtruimur ſummæ pacis amare viam.

De Martyribus.

SAnguine qui proprio cœleſtia præmia adepti
Quæ ſibi retribuit retribuente Deo.
Nos tolerando monent, facilè pretioſa ſubire,
Pro Chriſto opprobria, quæ ſacra regna parent.

De Virginibus.

FOrtis in infirmo viguit conſtantia ſexu
Quæ ſibi virgineum copulat officium.
Noſque monemur in hoc, mundi ſi incurſio deſit,
Saltem cum vitiis mens pia bella gerat.

In Natale ſancti Martini Epiſcopi.

ISte Dei ſanctus doctor venerabilis orbi
Vitæ exempla dedit, adjuvat & precibus.
Hæc quicumque legas, veniam depoſcere Strabo
Sis memor, & cunctos hos voca in auxilium.

HYMNUS DE NATALI DOMINI.

CLoriam nato cecinêre Chriſto,
Angeli, famam retulêre, clara
Voce paſtores nova concrepabant
Gaudia mundo.

Laus in excelſis, pia pax in arvis,
Dictur magnis celebranda votis,
Omnis adventu Domini movetur
Machina rerum.

Virgo

Virgo conceptu gravidatur almo.
Conjugum mutæ ſterileſque fibræ
Jam vigent donis uteri, prophetat
Carcere vates.

Splendidam cœli faculam dedere,
Movit ardorem, ſacra lux Magorum,
Territant ſævam nova Judæorum
Nuntia plebem.

Sera longævus Simeon videndo
Vota, tam longe prius expetitam
Prædicat cunctis Domini ſalutem,
Patris adeſſe.

Anna jam natu gravior repente
Lucis attactu penetrata ſanctæ
Quod diu traxit toleranter ævum
Læta peregit

Martyrum flores ferus interemptor
Milibus multis, avidè cruorem
Quæritans Chriſti cruciat malignæ
Frigore mentis.

Ergo quam noſtræ caput optionis
Novimus lucem celebrare plenis
Gaudiis, omni ſtudeamus almæ
Pacis amore.

Editus ſacro Patris ore ſemper
Virginis caſta voluit ſub alvo
Arta naturæ tolerare factor,
Munia noſtræ.

Virgo portantem veneranda portat,
Lactat altorem, vehit & parentem,
Spiritu prægnans operantis in ſe
Mater opuſque.

Veritas terrâ pietaſque nata eſt.
Solvit & primæ maledictionis
Damna, pro ſpinis tribuliſque fructum
Terra miniſtrat.

Fructus hic terræ, prius à Propheta
Valde ſublimis fuit indicatus,
Qui greges ſanctos ſaturare vivo
Pane valeret.

Hic ſub humana ſpecie coruſcans,
Vile præſepis voluit cubile
Ferre, quo ſeſe dare nuntiaret
Paſcua paſtor.

Gaudeat cœli chorus, ut creator
Ejus antiquum numerum novaret,
Ipſe deſcendit, ſimul & ſuperbum
Sternere hoſtem.

Terra lætetur, radiata tanti
Luminis tractu, genus & redemptum
Vota gratanti voveat feratque
Debita mente.

Chriſte regnorum dominator auge
Principi noſtro decus & triumphos,
Ejus & prolem bene cum pudica
Conjuge ſalva.

Sponſa quo felix tua ſub patronis
Polleat tantis merito locoque
Præminens mundo, maneatque longa
Pace fidelis.

Chriſte da nobis tua juſſa vero
Corde ſectari, ſimul & beatis
Actibus, vitæ nitidum mereri
Stemma perennis.

Digitized by Google

Præſtet hæc nobis deitas beata
Patris & nati, pariterque ſancti
Spiritus ſumma pietate regnans
Omne per ævum.

SÆC. IX. ANNO 840.

HYMNUS DE AGAUNENSIBUS MARTYRIBUS.

FElix Gallia fortibus trophæis
Ubertate ſoli, virum nitore,
Regni nomine purpurata magno
Romanæ ſoror urbis atque conſors:
Hæc inquam melius dicata Chriſti
Signis illita Martyrum cruore
Excellentius has togas frequentat,
Quas non impius inquietat hoſtis.
Theſauros Rhodani quidem fluento
Vallatos colit Alpibus ſub ipſis,
Sed non ſola tenet decus ſacratum
Quod toto liquet eminere mundo.
Magni Mauritium loquor rigoris
Cum quo *Candidus*, *Exſuperiuſque*,
Armorum comitis fidem ſecuti
Juverunt ducis optimi calorem.
Thebææ legio beata gentis
His concredita lege militari
Veri militiam ſecuta Regis
Vexillo crucis impedivit hoſtem.
Nullas fontibus intulere cædes,
Quin ipſi gladiis Deo immolati
Quam terris Orientis imbiberunt
Caſtris Occiduis fidem recludunt.
Auget crimina ſævus Imperator
Quem nec carmine nominare dignum
Dum ſanctos jubet idolis litare
Nolenteſque necem ſubire mandat.
Dux primus ſocios ſimul coactos
Hortatur ſtabilem tenere mentem,
Nullus deficiat timore. Nemo
Perturbetur, ait, (a) demum ſequamur.
Armis jam ſatis hactenus caducis
Hoſtes ſtravimus æmulante dextra,
Nunc virtute animi domandus hoſtis
Major, major enim corona reſtat.
Nec dilata diu fatigat ergo
Merces ſtemmatis, ecce laurearum
Pugnantes hodie trophæa voſmet
Si vincatis apud demum manebunt.
Perſtant intrepidi, loquuntur ore
Uno, præcipe Cæſar expeditos
Pro tutamine publiciſque rebus
Depugnare viros, obediemus.
At ſi fortè Deo cupis relicto
Nos ſervire tuis profane divis,
Te contemnimus & ſeveritatis
Tentamenta tuæ, minaſque viles.
Jam nunc rumpe moras, abi ſatelles,
Hæc conamina nuntia tyranno,
Exurat, perimat licet necetque
Limpha fluminis, aut ſecet lapillis.
Stant inflexibiles, manentque fixi,
Non dant liba diis, genuve ponunt,
Rex & conditor & quibus per ævum
Chriſtus vivere, commorique lucrum.

Mauritius, Candidus, Exſuperius duces leg. Thebeæ.

Mauritii adhortationes.

(a) Deum Hanck. n. m. s.

Conſtantia totius legionis.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Hæc poſtquam ferus impiuſque lictor
Crudeli domino relata perfert,
Commotum ſcelus, ardet incruentis
Statim pectoribus, magiſque totum.
Hanc inquit gravibus notam querelis
Mecum vix tulerim quod ordo noſtri
Tales officii remandat auſus,
Exemplum dabo jam per hos futuris.
Miles perge, neca viros protervos,
Et primo decimum recide quemque
Sic ſaltim mea juſſa pertimeſcent.
His actis calor invenitur idem.
Inſtaurat reus integratque cædem
In totumque movet gregem machæram,
Certat ſe pia prævenire turba,
Serum quiſque ſibi putat, quod inſtat.
Cæduntur gladiis, replentur ipſæ
Valles corporibus, fluuntque rivi
Sacri ſanguinis, ipſe per cruorem
Sanctorum, Rhodanus ſacratus exit.
Hinc jam nobilior, ſuoque major
Excurſu, mare cum decore magnum
Majori petit, omne Galliarum
Regnum de nece Martyrum coronans.
O quàm nobilis unda, quæ beatas
Solvens exequias, lavare plagas
Et ſecum meruit ſacrata ferre
Et ſe copora poſſidere circa.
Quæ pridem leve nomen indicabant
Felicis loca jam placent Agauni,
Anguſtos aditus refulget inter
Quod miratur amans quadratus orbis.
Poſtquam carnifices ſcelus peractum
Clauſerunt, epulis dedêre ſeſe,
Inter funera pro dolore luctus
Auſi lætitiam ſequi jocoſam.
Ad convivia mente ſaniori
Pervenit ſtupidis ſenex medullis
Victor, cur geris, inquiens, maligna
Miles gaudia, ſtragis in cruore?
Juſſit providus Imperator aiunt
Omnem militiam Deos colendo
Complacare ſibi, quod hæc rebellis
Nolens turba luit furore pœnas.
Suſpirans ſenior, quid, inquit, iſtam
Ætatis ſeriem miſer peregi?
Quàm vellem, optio ſi daretur, inter
Hos finire pios gravem ſenectam.
Dicentem rapiunt, ſenem trucidant,
Fit Martyr ſociuſque candidati
Cœtus, & quibus ante concupivit
Jungi, protinus additur maniplis.
O ſummis pia laudibus colenda
Sanctorum legio, cruore lota
Quam perfectior omnibus figuris,
Hoc ſcenarius ordinat decore.
Nam ſex milia ſexieſque centum
Seni tum decies ſemelque ſeni
Dicuntur, numero fuiſſe pleno.
Nil ſanctos melius poteſt decere.
Tanto munere gaudeamus omnes
Qui cœli ſuper aſtra nos patronos
Tot confidimus inclytos habere
Quorum oratio quod petit meretur.

Legionis Thebææ Martyrium

Carnifices epulantur.

Martyrium carnificis.

6666 milites pereunt.

His

Digitized by Google

His si servitium fidele cures
O *Chonrade* pater mihi colende,
Totis viribus exhibere, jugis.
Te per grandia facta pax sequetur.
Nam quamvis miser atque criminosus
Sim, credo tamen hoc labore parvo
Sanctorum meritis diu petitam
Strabonem veniam à Deo mereri.
Sanctæ gloria magna Trinitati
Sit per sæcula cuncta, laus, potestas,
Virtus una, salus perennis, ipsa,
Semper nos prece Martyrum coronet.
Amen.

SÆC. IX. ANNO 840.

DE MARIA VIRGINE,

SIt Dominus tecum, semper tua gratia mecum
Pacis & indicium, porrige daque manum.
Ad te clamantes lacrimis & voce precantes
Auxilio tutos, undique redde tuos.
Exhilara tristes, solare piissima flentes,
Nostraque turbata tergito pace tua.

Versus in Aquisgrani Palatio editi. Anno XVI. Ludovici Imperatoris, De Imagine Tetrici.

Strabus.

CUr non dulce decus quando se contulit hora
Et ver floriferis lætum se subrigit Austris,
Magnus & ardentem gradibus legit æthera Phœbus.
Jam spatiis crevere dies, dulcescit & umbra,
In flores partusque novos, & gaudia fructus
Herba recens arbos datur, & genus omne animantum,
Quod mare, quod silvas, quod rura, quod aëra tranat,
Quærere me pateris, te respondere petitis?
Discere namque mihi votum, tibi dicere promptum.

De Tetrici imagine

Scintilla.

NEc te credo latet veteres quo more poëtæ
Digna diis terrisque canebant carmina magnis,
Aut etenim abrupti montis juga sola sequentes,
Aut specubus, fossis, aut saltus valle remoti,
(a) O magnum pharetrata echonem voce ciebant.
Hirta suis hederis circum bene tempora (b) cincta,
Teste nemus, testesque feræ, timidæque volucres,
Mens secura, procul furibundæ crapula curæ.
At nos pro sylvis, hederis, echone, coturno,
Immanes omni ferimus de parte tumultus,
Et vix ipsa luto subducit pupula sese,
Stercoribusque novissima pro pudor omnis inhorret,
Hinc detractorum sonat, illinc clamor egentum
Nudaque tergoribus sordescunt crura nigellis,
Has unquam Musæ si dilexere nigellas,
Stercora, clamores, cænosa fluenta, tumultus.
Respondere tibi nequaquam differo, sed si
Pauca loquar, quia deest locus, argue lenius oro.

(a) *vers. corrupt.*
(b) *cincti.*

Strabus.

PRimum nosse velim, juxta quam sæpe viamus
Cur sit imago, suis sic effigiata figuris.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

Scintilla.

TEtricus Italicis quondam regnator in oris
Multis ex opibus tantum ſibi ſervat avarus,
At ſecum infelix, piceo ſpaciatur averno.
Cui nihil in mundo, niſi vix fama arida reſtat.
Quamquam thermarum vulgus vada præparat olli,
Hoc ſine nec cauſa, nam omni maledicitur ore,
Blaſphemumque Dei ipſius ſententia mundi
Ignibus æternis, magnæque addicit abyſſo.
Quam ſtatuam vivo artifices ſi forte dederunt,
Credito blanditos inſano hac arte leoni,
Aut etiam quod credo magis, miſer ipſe jubebat
Hæc ſimulacra dari, quod ſæpe ſuperbia dictat,
Infelix nam nullus erit, niſi deſerit ipſe
Scire quod eſt, (a) audens ſeſe quod credere non eſt,
Curribus atque in equis noris ſi ſtare ſuperbos
Non quod ſedit equo, tecum miraberis unquam.

(a) Clarius: audens quod non eſt credere ſeſe. Hanck. not. m. s.

Strabus.

CErnimus aërias ſimul adventare columbas
Terque die, exorta, media, & vergente venire,
Talia non vanis addam ſpectacula rebus.

Scintilla.

NOnne vides humiles ſævos quaſi amare tyrannos?
Non ex corde tamen, ſed enim pro temporis hujus
Pace, petunt paſtum, non nidificando quieſcunt.

Strabus.

CUr dextra de parte, nolam geſtare videtur
Nudus ob hoc ſolum, puto ut atra pelle fruatur.

Scintilla.

ETſi non caneret, nequaquam pelle careret,
Quam ſemel induerat, ſed erit quod dicere poſſis,
Flagitioſorum certe præconia, ſummis
Laudibus accelebrant, omnis virtutis egentes,
Verius ut dicam, dat nudo opprobia nudus.

Strabus.

SI quid in his aliud, nobis edicito, noſti.

Scintilla.

FUlget avaritia, exornatis aurea membris,
Spicula fert quæ ſæpe lætus pulſare pigreſcens
Sufficiant, ſolidiſque accendant corda rapinis;
Aurea quod regnat ſtipata ſatellite nigro,
Non aliud portendit enim, quam quod mala quantum
Luxuries quoſdam, ſenſu diſtendit avaro:
Tantum pauperies alios devaſtat adurens,
Quam ſubter labuntur aquæ, quia teſte Poëta,
Semper avarus eget; quod deſunt frena notabis,
Quodque ſuper lapides plumbumque & inane metallum
Currit equo, ſignat ſe pectore belua duro,
Corde pigro, ſenſuque cavo regnare ſuperbam.
O peſtis ſine fine nocens, non ſufficit omnem
Pervolitaſſe orbem bellis, & cæde potentum,

Quin

Digitized by Google

Quin etiam faciem præclara palatia contra
Chriſticolasque greges, videas poſuiſſe nefandam.
Ante pedes ternos parentibus undique nervis,
Ille tuus ſonipes, vacuum ſuper aëra nando
Tollet, & albentes monſtrabitur inter olores,
Quam pia corda tuis (a) macules vis peſſima telis.
Jam tamen ipſa pedem vanis conatibus unum,
Optima nequaquam contra conſulta levaſti,
Nam quotiens procerum tibimet conjungere quemquam
Es conata, tibi totiens aut obvia mortis
Ex inſperato venere repagula nigræ,
Aut cautela patrum, quos arx ſanctiſſima ſemper
Subſtituit, peſtem monitis compeſcuit atram.
Deficiat quorum ſceptrum de ſemine nunquam,
Donec in ignivoma veniet Rex nube coruſcans.

(a) *Maculas.*

Sæc. IX. Anno 840.

Strabus.

DIgnum eſt, ut video, præmiſſis triſtibus ergo
Debita principibus laudum perſolvere vota.

Scintilla.

NOvi equidem, ſed felici nunquam obfuit illi
Adverſis firmare animum, neque contingit ullum
Ante bonum non eſſe malum; ſic numina nerunt
Aurea quæ priſci dixerunt ſæcula vates.
Tempore magne tuo *Cæſar* veniſſe videmus,
Tu pietate reples, quidquid minus eſſe poteſtur,
Theſauris alii, meritis tu comptior eſto,
Tu bonitate places, aliique tyrannide gaudent,
Solus ad omnigenos tranſis *Rex magne* triumphos,
Quem te namque vocem, niſi magnum in plebe Moyſen,
Qui populos tenebris per lumen ducis ademptis,
Qui morum nova templa ſtruis, qui munera Chriſti
Quæ conlata tibi cunctis communia præſtas.
Ille umbram, tu corpus habes, heremo ille remota,
Arte tabernaculum & ſerpentes vincxit aënos.
De ſilice hauſit aquam, ſumens de manna pruinis,
Tu vero in populis paradiſi ad amœna vocatis
Templa regis, fundata ſacris Rex magne lapillis,
Quorum penſa pater quondam tibi magnus adauxit
Aurea cui ludunt ſummis ſimulacra columnis
Cujus ad ingenium non confero dogma Platonis
Lacte fluis & melle ſimul, petræque ſequentis
Largiris latices, undis Pharaone necato.
Laudibus altithronum celebras per ſæcula patrem,
Digna loco cui ſemper erunt ſpectacula amœno.
Hinc magnum Salomonis opus, hinc templa ſupremis.
Structuris æquanda micant, ſpecularia ſubter
Dant inſigne nemus, viridique volantia prato,
Murmura rivorum, ludunt pecudesque feræque
Uri cum cervis, timidis cum caprea damis,
Si quoque deinde velis, ſaltabunt rite leones,
Urſus, aper, panthera, lupus, lynces, elephanti,
Rhinoceros, tigres venient, domitique dracones
Sortiti commune boumque oviumque virectum.
Omnia pacatis animalia finibus aſſunt,
Aëriæ ſummo quercus de vertice lætis
Commodulantur aves roſtris, & ſuave ſufurrant.
Aſt alia de parte nitens fulgore coruſco
Auratus diſcurrit eques, comitante pedeſtri
Agmine, tintinnum quidam, quidam organa pulſant

SÆC. IX. ANNO 840.

Dulce melos tantum vanas deludere mentes
Cœpit, ut una ſuis decedens ſenſibus ipſam
Femina perdiderit vocum dulcedine vitam.
Cedant magna tui ſuper eſt figmenta coloſſi
Roma velit *Cæſar magnus* migrabit ad arces,
Francorum quodcumque miſer conflaverit orbis.
En queis præcipue jactabat Græcia ſeſe,
Organa Rex magnus non inter maxima ponit.
Quæ tamen inceptos ſervent ſi intacta canores,
Deſes erit qui ſæpe ſuo quatit aëra plectro.
Ante tamen ſpreta jactabit pelle lacernam,
Et ferri rapta bacchatus male ſonoros
Comminuet truncos, & iniquas voce cicutas,
Nec fruſtra, quia nulla ſuo pro carmine dona
Emeruit, ſaltim ut fulvi pars extima nigros
Auri (a) conlatis meritis depingeret artus.
Interea magnis crepitant tabulata catervis,
Quæ clarum ſequitur pulcherrima turba Moyſen.
Obſtupui fateor gemmis auroque decorum,
Et vidi & mecum volvens, tum ſingula volvi,
An Salomona pium, an magnum Davida viderem,
Herodem non eſſe ſciens, nec talis honoris
Participem, faciat cœli Rex optimus illum.
Percepi tandem, poſtquam rigor oſſa reliquit,
Oſſa ſacri corrupta patris, ſplendore coruſco,
Hunc cui fulgorem divi conſortia verbi
Ediderant, qui in terrigenis mitiſſimus extat.

(a) *collatis.*

De libro Machabæorum priore.

De Machabæorum Libro primo.

MAchabæo minitante ſuis
Hoſtibus, armaque terribili,
Bellica conſociante manu,
Fulſit in aureolis, rapidus
Sol clypeis, (b) fulgente chao.
Obtinuit legio numerum
Iſraël exſuperans cunei
Quem validis inimica cohors
Inſtituit prius agminibus
Ut populum quateret Domini.
Res manet hæc imitanda piis
Quos furor exagitare feri
Dæmonis invidus, aut retrahit.
Quoſque pericula ſæva movent.
Martis adhuc terebrare minas.
Agmina dum tua jura velis
Quæ tibi nutrit alendo animus,
Sternere ſubſidio Domini
Caſtra volatilis exitii
Hoſtica providus arma nota.
Luminis accipe rite ducem
Et loca plana quiete pete
Campus amore juvet patulus
Ne maneas piger inſolitis
Nocte teraris ubi vitiis.
Juſtitiæ tibi Sol oritur.
In clypeiſque tuis rutilat
Quæ rata ſunt documenta patrum,
Quis tua vita tegenda tibi eſt
Ne ſupereris ab hoſte tuo.
Efficis hoc duce Machabæo
Qui vocitatur & ipſe Judas
Dum tua facta pio Domino

(b) Fugiente] Hanck. p. ms.

Pan-

Digitized by Google

Pandere non trepidas & opus
Semper agis tibi proficuum.
Reſpice magne parens hominum
Meque tuere, licet fragilem
Brachia ne mea forte queant
Prælia cottidiana dolo
Frangere, quæſo fave omnipotens.

De S. Gallo.

VEpribus offenſus requies ait hæc mea ſanctus,
Dum Levita ſtudens vellet ſuſtollere lapſum,
Mox cruce defixa ſanctum cecinere poëma
Auxilioque ſibi, quærunt ſolatia Chriſti
En urſi Gallo famulantur pane recepto
Dum ſimulat ſomnum Levita cubando per arvum,
Sancti ductorem piſces captare volentem
Feminea in ſpecie terrebant dæmonis iræ,
Henrico Regi ſit præſto gratia Chriſti,
Quæ fuget omne malum, jungat & omne bonum.

Carmen venerabilis Bedæ Presbyteri de Pſalmo CXXII.

LAudate altithronum pueri laudate Tonantem
Sit magnum Domini benedictum in ſæcula nomen.
Solis ab exortu Dominum laudate potentem,
Solis ad occaſum in hymnis perſiſtite laudum.
Excelſus gentes Dominus ſupereminet omnes,
Ejus & aſtriferos tranſcendet gloria cœlos,
Quis Domino eſt ſimilis ſedes cui perpes in altis,
Reſpicit aſt humiles cœlo terraque benignus?
Mærentes inopesque à rudere tollit, eosque
Primates inter populi, ſublimat opimos,
In ſterili habitare domo, miſeratur & amplo.
Lætari tribuit natorum germine matrem.

Non circumdantis timeo me milia plebis
Quem metuant fines terrarum funditus omnes,
*Gaudebunt in ea cum tibi (*a*) decantavero labra.

** verſ. corrupt.*
(*a*) dilatavero. Hanck. n. MS.

De H. Lothario Imperatore.

De Lothario.

AT latere è dextro ſancti ſpes optima regni
Procedit Joſuæ præſagi nominis hæres,
Cui nil defuerit morum, virtutis, honoris
Qui ſi ſoſpes erit, poſtquam te regna polorum
Suſtulerint, viſoque Dei lætabere vultu,
Principe ſub Chriſto, terris cæloque canetur
Perficietque bonus primordia talia finis.

De HLudovico Rege.

De Ludovico Rege.

INde tuos Jonathas læti dulciſſime vultus
Contemplamur, adeſt tibimet par gratia pacis
Par morum probitas, ſemper victoria compar,
Digna equidem referes nomen virtute paternum,
Quamquam cura minor, tamen eſt tibi gloria conſors
Nec doleas, quod gaza negat, concordia præſtat.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

De Pippino Rege.

De Pipino.

TErtia gemma ſuos umquam non perdat honores,
De cujus meritis quod non mihi viſus inuſſit
Haurio florigena lætæ dulcedine famæ.

De Judith Imperatrice, & Carolo Auguſtorum filio.

De Carolo Calvo.

OCcurrit trepidæ pelagi vaſtiſſima proræ
Inluvies, via quam ſuadet modo cœpta ſecandam,
Sed moles abſterret aquæ, atque volubilis obex.
Vidi equidem cum pulchra Rachel ſolamen avorum
Benjamin dextro produceret ordine, cujus
Larga ſalus ſanctam refovet per ſæcla ſenectam,
Quem pars quinta ſuper quam lætus percipit alter
Credo manet, namque ipſe ſuo ſplendebit honore
Ipſe tribumque genusque pia virtute creabit,
In quo mater ovans, quamvis quid paſſa doleret,
Gaudia totius prompſit felicia mundi.
Gratia quæ teneram veſtit miranda juventam,
Maturos jam format honeſto in pectore ſenſus,
Felix progenies, tali manſura nepote,
Nomine quem ſequitur, factis da Chriſte ſequatur,
Moribus, ingenio, vita, virtute, triumphis,
Pace, fide, pietate, animo, ſermonibus, auſu,
Dogmate, conſiliis, ſucceſſu, & prole fideli.
Et ſi perſpicitis non fruſtra nomine Judith,
At Judith virtute refert & religione,
Aſſyrius cui prædo caput ſubmiſit acerbum,
Illa gulam mortis, fidei mucrone trucidans,
Libertatis opem ſalvatis civibus auget.
Tympana rauciſona pulſavit pelle Maria,
Organa dulciſono percurrit pectine Judith.
O ſi Sappho loquax, vel nos inviſeret Holda,
Ludere jam pedibus, vel ferre futura valeres,
Quicquid enim tibimet ſexus ſubtraxit egeſtas,
Reddidit ingeniis, culta atque exercita vita,
In qua multa ſimul nobis miranda videmus,
Semine ſtat locuples, apparet dogmate dives,
Eſt ratione potens, eſt cum pietate pudica,
Dulcis amore, valens animo, ſermone facceta,
Læta cubans, ſit læta ſedens, ſit læta reſurgens,
Lætetúrque poli felix in ſede locata.

De Hilduuino (a) Archicappellano.

De Hilduino.

PRotinus in magno magnus procedit Aaron
Ordine mirifico, veſtis redimitus honore,
Punica tintinnis reſpondent mala ſonoris,
Mala fidem, tintinna ſonant documenta ſalutis,
Quîs utrisque pius, vario pater ordine fulget,
Et divina ſacro, celebrat celer orgia cultu.
Ante tibi contingit aquis, Thetis uda carere,
Idola quam tantus coquat execranda Sacerdos.
Idola quæ plebem ſtravêre ſecuribus almam,
Idola avarus habet, tu dicis Apoſtole Chriſti.
I Decus, I mundi melioribus utere *factis.
Vive Deo felix, felici fine potire.

* *f. fatis.*

De

(a) Fuit poſtea Abbas Sandyoniſianus. Scripſit vitam S. Dionyſii Areopagitæ tum carmine tum proſâ. Hincmari *nutritor* & *Sacri Palatii Clericorum Summus*, ut loquitur Hincmarus ipſe Ep. ad Carol. Anal. I. Ep. 60. illud enimerat Archicapellanorum munus ut Clericis Palatii præeſſent. B.

Digitized by Google

De Einharto Magno.

De Einhardo.

NEc minor eſt magni reverentia patris habenda;
Beſeleel fabrè primum qui percipit omne
Artificum præcautus opus, ſic denique ſummus,
Ipſe legens infirma Deus, ſic fortia temnit.
Magnorum quis enim majora receperat umquam
Quam radiare brevi nimium miramur homullo.

De Grimaldo (a) *Magiſtro.*

De Grimaldo.

QUamvis ſubter agas Regum tabularia vitam,
Non te prætereo, ſpecubuſne latebis Homere;
Novi namque Sicana tibi ſpelæa placere,
Solus ubi menſis Muſarum & amore fruaris,
Sæpe tamen magnis victoribus optima crudis (a)
Carmina, tempus erit rutilo te Sole carere.
Corporis at noſtri ſi ſingula membra loquaces
In linguas vario rerum vertuntur ab uſu,
Argutæ aut ſetis poſſint creviſſe cicutæ
Omnibus impar ero magnorum promere laudes;
Ut dignum eſt procerum melius miranda tacemus,
Quam tam magnum humili pondus ſermone levemus.
Cura mihi fuerat tales cognoſcere faſces.
Rimabarque ſagax tantarum munia rerum,
Dumque ſitim jam penè ſacro reſtrinximus hauſtu,
Et ſitis eſt ingens tam fervida cura (b) videndi,
Quæritur unde eſſem, & miſſu cujatis adeſſem;
Obſtupui & totam pavitans rem ex ordine pando,
Sufficiat vidiſſe ſemel, laudare perennis
Inſtat amor, divina manum clementia veſtram
Omnibus in populis faciat retinere trophæa,
Felicémque patrum famam cum prole togatam,
Et fieri in magno allectos per ſæcla ſenatu,
Utque timent veſtros lætis in ſaltibus arcus
Urſus, aper, timiduſque lepus, cervique fugaces,
Damma, lupus, immane boumque examen agreſtum.
Sic * Vulgar, ſarræque Cynos malus hoſpes Hyberis
Brutus Britto, Danus verſutus, & horridus Afer.
Subdat honorandis ſua colla exterrita dextris
Nunc tandem crevit felix reſpublica, cum ſat
Et reges ſapiunt, ſimul & regnant ſapientes.
Tetrice ſtulte vale, quia te ſuadente canebam,
Non mirum eſt vitiis noſtram ſordere camænam,
Nec mihi materiem, nec verba oſtendere noſti,
Hæc tibi ſi qua ferat ratio tum Muſa nitebis
Hic calamum placuit veſper jam figere ſurgit.

(a) cudis. Hanck. n. MS.

(b) Rura. idem.

* Bulgar.

Edidit hæc Strabus, parviſſima portio fratrum,
Augia quos veſtris inſula alit precibus.
Strabonem quamquam dicendum regula clamet,
Strabum me ipſe volo dicere, Strabus ero.
Quod factor vitiavit opus, ſi dicere fas eſt,
Hoc vitiato edam nomine, parce Deus.

Ad Judith Imperatricem.

OMnia qui ſolus rerum ſecreta tuetur,
Præmia qui fidei devotis mentibus offert,

Illius

(a) Fuit Imperatoris Capellanus, Wettini Frater, cui viſiones illius Abbatis dicavit Walafridus. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Illius arbitrio factum, nutúque fatebor
Ut qui corde humili vobis fidiſſimus eſſe,
Jam pridem ſtatui, tandem quo neſcio caſu,
Servitio attrahere veſtro, proliſque beatæ,
Quam veſtris regnique ſimul profectibus hujus,
Alma Dei pietas conceſſit ſurgere magni,
Vos veſtroſque Dei ſemper miſerata poteſtas
Protegat, exaltet, firmet, regat, armet, adornet
Auguſtæ hæc humilis mittit munuſcula Strabus
Pignora multorum domino tranſmiſſa ſequeſtro,
Pacis amatrix, lucis amica, quæ bona cuncta,
Mente tueris, hæc mea clemens, percipe ſcripta.

Ad eandem de quodam ſomnio.

Somnium.

TEmporis infauſta ſub poteſtate dolendi
Dum fraudis commenta pios populumque patremque
Opprimerent, ſanctamque fidem delere pararent
Præſcripta, exiliis, odio, vi, carcere, ferro,
Tunc, jacuêre boni nebula mœroris opaci,
Soláque per gremium regni nutantis ineptos
Perfida exeruit terrore tyrannidis auſus,
Dum mihi ſollicito, & recti pro parte gementi
Sæpius ingentes fluxêre in pectora curæ,
Nec requies præſaga mihi per ſomnia, donec
Haud dubia virtute Deus, priſci atra timoris
Nubila decutiens, nitidum ſperare ſerenum
Edocuit, tenebris dum nox includeret altis
Pallida, quod terram & longum quod inane vocamus.
Dum ſopor internis animalia feſſa medullis
Solvit, & angores longi curasque diei,
Munere divino, moderamine temperat æquo
Viſa libri ſeries coram pulcherrima longi
Ante meos vultus, metricis qui verſibus, omnem
Rite ſuperficiem, geſtabat in ordine plenam,
Dumque avidus rerum, cautus per ſingula lector
Irem, animadverti ſeriem de caſibus ipſam,
Et regni & Regis, textu reſonare pedeſtri,
Cæſaris hic nomen quadam ſub imagine verſum,
Próque ſacro ſemper Ludovici Equitatius illic
Nomine ſcriptus erat, neque me cognominis hujus,
Turbabat novitas, cum cauſa videlicet ipſa
Perſonam exprimeret, notis notiſſima geſtis
Namque legebatur, geminæ diſceſſio fraudis
Impietas, raptusque duplex, patientia victrix,
Rectoris, rerumque decus reparabile ſemper.
Cumque oculi, ſenſus, aures, atque intima cordis
Antra ſibi arderent relegendo ſive legendo
Frater ab aſpectu librum, miracula cujus
Præbuit eripiens, memori ſuperaddidit ore:
*Triſtior ex oculis † humeros quam tota decebat
Pectora, non longè paſſuri damna ruinæ.
Evigilans, pariterque volens retinere quod hauſi,
Vix verſus in fine duos, & nomen adauctum
Mente recordabar, reliquorum oblivia paſſus
Nominis auſpicio paucis ſpem protinus auxi
Veloces virtutis opes Equitatius ille
Portendebat, idemque ſequens aſſertio firmat
Triſtari nimium, tolerantem pondera dura
Non debere, citos facturum in læta recurſus.
Hæc ego cum videam factis impleta, quid ultra
Occulerem, placuit vobis efferre probanda
Quæ nobis longi nutribant gaudia voti.

* *videtur ſenſus imperf.* Can.
† Humor. Hanck. n. MS.

Au-

Digitized by Google

Auguſtæ, pauper decies dat munera quina
Strabo, petens veniam, ſignat quam calculus idem.

HLudovico Imperatori.

VIlia pro meritis ſunt hæc munuſcula veſtris
Sed tamen ex pleno quæ dat amore fides,
Quam vobis ſervare diu, totumque per ævum
Hanc animam veluti nitar ad uſque obitum.
Quid mihi quid poſſit conſiſtere clarius umquam,
Gloria quàm Domini continuata pii?
Hanc ſacer adventus Chriſti virtute potenti,
Auxit in affectum lætitiamque novam.
Parvulus ille quidem carnis de parte vocatus
Grandia nominibus ſex & opima tenet.
Fortis & ipſe Deus, mirabilis & pater ævi eſt
Alterius, pacis, conſiliique potens.
Ipſe pio vires divinaque munera Regi
Et clarum æterno tempore det columen.
Pacem conſilio faciat retinere ſalubri
Quem paci æternæ muneribusque parat.
Hic vos cum veſtris repetitis ſæpius annis
Hæc ad feſta Deus provehat incolumes.

Iudith Auguſtæ.

MUlta quidem veniunt meritis non debita noſtris
Quæ probitate ſua nos hilarare queant.
Pauca ſiniſterius torquent tamen obvia flatum
Queîs aliquot vobis me reticente patent.
Non horum extremum eſt, quod nullis juſſio memet
Veſtra ligat cauſis, * ni quod adeſſe datur.
Non faciem video, non haurio verba, ſed inter
Spem dubito atque metum, diſpliceam an placeam?
Conſcia corda tamen fidei, votique fidelis
Non deſperare me meliora docent.
Sufficiat præfixa fides, orabo quod ipſe
Hactenus orabam, quæque petenda reor.
Vita, præſidio, pace & ſolamine Chriſti,
Vos veſtrosque ſimul tempus in omne frui.
Proxima ſanctorum quod nos per feſta dierum
Plenius acturos credimus & volumus.

* *in margine Cod. annotatur, hic ponendum eſſe Hymnum Saphicum in Natalem Domini ſupra jam poſitum.*

* *in*

*De Oſſe * Dammulæ per quod arbuſcula crevit, ad Imperatorem HLudovicum.*

* *Damulæ*

ARboris eſt altrix quondam vagina, medullæ
Tibia germen habet, nempe bonum omen erit.
Quod cortex humore caret, quod durior ipſe eſt
Robore miramur, talis in oſſe vigor.
Nil Cæſar tibi magne vacat venabere Dammas*
Oſſibus ex quarum ſilva orietur, ave.

* *Damas,*

Ad Carolum Iuvenem.

De Carolo Calvo,

NAtus & egregiè, & cultu nutritus herili
Diſce quid auctori retribuas Domino.
Juſtitiæ virtus primis adoleſcat ab annis,
Tecumque hoc ſana mente ſeneſcat opus.
De pietate patris potius, quam ſtemmate regni
Degenerare ulla conditione time.
Si recolamus avos atavosque & magna priorum
Nomina, tum ſolùm proderit hæc ſeries.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Si ſacra nobilitas pulchro ſpectamine morum
Fulgeat excluſis inſcitiæ nebulis.
Gaudeat ergo ſequax famulorum turba tuorum
Quos tantæ reficit indolis auſpicium.
Nam nihil eſt quod adhuc felicibus avocet annis,
Omnia quæque geris, ſpem faciunt animis.
Forma decore nitens, animusque capacior ævo
Et quod præcipuum eſt, zelus amorque Dei.
Incipe quod tandem maturior expleat ætas
Quod primo imbiberint vaſa, diu ſapiunt.
Majeſtas tibi cuncta Dei det proſpera ſemper
Et vitæ æternæ dulcia dona ferat.

Hiltuuino ſeniori.

Hilduinus.

SI condire meos mellis dulcedine verſus
Sancte pater poſſem, vel decorare roſis.
Non hæc pompa tamen condigna nitoribus eſſet,
Quos morum & ſenſus cum probitate geris.
Et tanto me veſtra quidem clementia cultu
Suſcepit, quantum promeruiſſe velim.
Nil ſervivi, nil merui, tamen ecce repente
Immerito aſſumptus pauper, honore fruor.
Et fruar, ac veſtra jucunder pace per ævum
Et vita & meritis, atque ſalute ſacra.
Compenſare tibi nulla pro parte quod actum eſt
Sufficio, Dominus ſed retributor erit.
Cujus ob intuitum, nec nos, nec noſtra videris
Deſpicere, affectu ſed tolerare pio.
Sum quapropter, eroque ex toto corde fidelis
Vobis & veſtris tempus in omne ſatis.
Obſecro, poſco, precor, Domini protectio vosmet
Ut tegat, atque regat, firmet, inaltet, amet.

Heribaldus

Heribaldo (a) *Epiſcopo in perſona Karoli.*

(a) Fuit Epiſcopus Autiſſidiorenſis, ad quem ſcripſit Rabanus, cum quo recenſetur inter Stercoraniſtas. B.

NOn minimas grates, non parva rependere tantis
Præmia nos meritis velle Heribalde putes.
Quod tremebundus ad hoc noſtro non ſegnis honori
Litterulas pleno mittis amore litas.
Jam completa quidem teſtantis verba Prophetæ
Novimus, effectu ſed repetita novo.
Et venit ad Dominum laudatio plena timoris,
Aurum fert Aquilo, frigore ſæpe rigens.
Pectore quippe tuo, flammas ardere priores
Indicat igniculus, quem tua ſcripta gerunt.
Et quia ſcis noſtrum juſto moderamine morem
Parcere ſubjectis, & tolerare malos.
His tibi pro donis, reddentur munera plura
Quàm tibi perfidiæ lucra tuliſſet amor.
Si quam dulcis inis, tam dulcis in extima tendes
Mi dulcedo tua, dulcior uſque manet.
Diſce gradus ſtabilire tuos, ne pendula rurſus
Semita, ſaxoſum digrediatur iter
Fauſtus in antiquo jam diſce ſeneſcere nido
Donec vile tegat candida pluma caput.
Tum febres tuſſimque gravem, turpemque podagram
Perpetiens, laribus immoriere tuis.
Hæc optaſſe tibi ſignum eſt redamantis amici
Vel mitis domini, vel patientis heri.
Sis felix noſtrisque ſcias tua cordibus aptè
Seria permixtis complacuiſſe jocis.
Sæpius hocce gerens, animos perpende fideles,
Atque voluntatis mutua diſce meæ.

In-

Digitized by Google

Indigeas quotiens, toties per ſæcla valeto
Sed numquam noſtri immemor eſſe velis.

Ad Luitgerum Clericum.

Luitgerus.

DUlcibus officiis & amica mente colendo
Luitgero Strabus, paucula verba dedit.
Parva licet fuerit noſtræ dilectio partis,
Credo tamen memorem te ſatis eſſe mei.
Quidquid habes dextrum, gaudens volo, Porro ſiniſtrum
Si quid adeſt doleo, cordis in oppidulo.
Unicus ut matri, terris ut lumina Phœbi
Ut ros graminibus, piſcibus unda freti:
Aër uti oſcinibus, rivorum ut murmura pratis,
Sic tua puſiole, chara mihi facies.
Si fieri poſſit, fieri quod poſſe putamus,
Ingere te noſtris viſibus, oro, celer.
Nam quia te propius didici conſiſtere nobis
Non requieſco, niſi videro te citius.
Excedat numeros aſtrorum, roris, harenæ.
Gloria, vita, ſalus, atque valere tuum.

Item ad ipſum.

CAre venis ſubito, ſubito quoque care recedis
Audio non video, video tamen intus, & intus
Amplector fugientem & corpore non pietate.
Certus enim ut fueram, ſemper, eroque foveri
Corde tuo me, corde meo te. Nec mihi tempus
Suadeat ullum, aliud tibi, nec perſuadeat ullum
Viſere ſi poteris, ſat erit, ſi videro gratum,
Sin alias, reſcribe aliquid, tua triſtia novi
Atque dolens recolo, dolor eſt poſſeſſio mundi,
Quæque ſerena putas, magis hæc in nubila triſtes
Et tenebras fugiunt, volucri qui pendet in orbe
Nunc ſcandit, nunc deſcendit, rota ſic trahit (a) orbis

(a) Mallem orbem. Hanck. n. MS.

Ad HLudovicum Clericum.

Ludovicus Clericus.

CUi HLudovice tui donaſti munus amoris
Hæc tibi dat Strabo verba ſalutis, ave.
Veſtra licet vilem fecit promiſſio memet
Verſibus audere vos monuiſſe meis.
Nam quamvis magnos mundi teneatis honores,
Non vos credo tamen ſpernere nos minimos.
Divitias non dico hominum, dum ſpesque fidesque
Aruerint, ſolus tum ſuperabit amor.
Non veſtis, non ulla fero tibi dona metalli
Solo ſervire quæro in amore tibi.
Totus enim ſenſu, verbo, factisque ſtudebo
Promiſſum tibimet reddere amoris opus,
Eſto memor memoris, Dominoque favente valeto
Tot bona percipiens, quot meruiſſe ſat eſt.

*Ad Bodonem * Yppodiaconum.*

* *Hypodiaconum.*

Bodo.

HÆc tibi dat Strabo chariſſime puſio Bodo
Paucula parva licet verba legenda tuus.
Quem fervore pari dudum defiximus arvis,
Surculus, ad ſuperos prodeat ille Notos.
Pura per aſſiduos ſurgat dilectio motus,
Donec firma polos, aſtraque adire queat.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Sis memor in precibus, reddis dum vota Tonanti
Strabonis, memor eſt ſemper & ipſe tui.
Quod Domino ſectare placet, quod juſſit, amato.
Quod ſpondet, ſperes, quod prohibet, fugias.
Dilige virtutes, vitiis procul omnibus eſto.
Præmia certa bonis, pœna datur miſeris.
Ad meliora tuos ducat Deus omnia ſenſus
Et tibi perpetuo munera magna ferat.
Candide, care vale, chariſſime ſemper ubique
Puſio candidule, candide puſiole.

Ad Gotabertum Italicum.

Gotabertus Ticinenſis.

NOn magis eſt nato lætata Verona Catullo
Mantua nec tantum ipſa Marone ſuo,
Lætior aut * Helles magnum fundebat Homerum,
Corduba vel Senecas miſit & ipſa duos.
Quam te, ſi valeas, creſcet doctore Ticinum,
Fortunate puer, Tullius alter eris.
Sis quicumque vale, vel ſis quicumque futurus
Noſter eris, valeas poſcimus in Domino.

* *Hellas.*

Ad Thomam (a) Præceptorem Palatii.

Thomas Præceptor Palatii.

CUlmen Apoſtolici cœpiſti nominis hæres
Actibus & verbis, promeruiſſe tibi,
Qui bis ſena ſuo prælegit pectora dono
Novit Strabonem te retinere animo.
Gaudeo non tantum mundi quod proſpera rident,
Quantum quod cunctis pro bonitate places.
Hoc commune malis fieri quia ſæpe videmus
Illud habent ſoli, qui placuere Deo.
Non dat honor meritum, meritis ſed redditus ipſe,
Nec peritura ligant pectora plena Deo.
Ut ſale, rore, ducum facie; caro, gramina, bella,
Non ſine labe carent, ſic ego te alme pater,
In Domino ſine fine vale, noſtrique memento
Unius ſiquidem membra ſumus capitis.

Ad Chonradum Comitem.

Conradus Comes.

EX quo percipiens veſtræ præconia famæ
Et crebra & vera, hanc ratione bibi.
Obſcurus licet ingenio, natalibus atque,
Congaudere animo, laudibus his ſtudui.
Egimus hoc, agimus nunc ipſum, ſemper agemus,
Dum vitalis alet pectora noſtra calor.
Quicquid enim poſſum facto, prece, corde, fideque
Hoc totum veſtro mancipo ſervitio.
Et ſi non fuerit vacuum, præſentia quo me
Veſtra hilaret, mente vos tamen intueor.
Vilibus experiar dictis, liceat ne volenti
Hinc mihi plura ſacris credere dicta volis.
Nam data ſi fuerit tandem fiducia fandi
Vos penes haud apto tempore mutus ero.
Nobilitatis apex, hominum pater unus & una
Pauperibus proceres conditione ligans,
Virtutem, vitam, pacemque in ſæcula veſtram
Amplificet, firmet, multiplicet, foveat.

Ad

(a) Quis ſit Præceptor Palatii explicat alibi Walafridus, *Quemadmodum*, inquit, *ſunt in Palatiis Præceptores vel Comites Palatii qui Sæcularium cauſas ventilant.* Euerunt igitur *Præceptores* iidem ac Comites Palatii ventilandis cauſis civilibus demandati à Principe. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Ad Ruadbernum Laicum.

Ex quo fama tui celebrem mihi nominis auram.
Attulit, & (a) fides robur, rerumque tuarum
Cognovi ſeriem, magno te pronus amore
Amplectens, jugi mecum venerabar honore.
Et quia quæſitum merui cognoſcere tandem
Crevit amor, quanto propius pia notio crevit.
Quis numerabit enim, quantos perſæpe labores
Suſtuleris? quantisque tuam *Rodberne* periclis
Credideris vitam dominorum damna gemendo?
Dum fraus ſæva pium premeret ſibi noxia Regem
Reginamque humilem, Ligurum clauſiſſet in urbem.
In manibus poſuiſti animam, nec grande putabas
Exitium caſusque tui diſcrimina, ſi quem
Moliri poſſes juris pro parte vigorem.
Quando horum cauta mecum ſub mente recordor
Miror, & in lacrymas commoto pectore ſolvor,
Et quantum accipio, Domini ſolatia vires
Has tribuiſſe tibi, certo pro munere credo,
Heu quibus inſidiis, artiſſima ſepta viarum
Alpibus in mediis, ſollers cuſtodia cinxit?
Quanta per ingentes fluviorum anguſtia curſus
Terruit, & quotiens trepidum tenuere latebræ,
Pauperies preſſit, præſens metus, omnia dura,
Nullum tempus erat ſecuro munere plenum,
Nox obſcura diem, noctem lux ipſa timebat
Nulla domo campove quies, timor undique pulſans.
Sola fides rectique ſibi mens conſcia tantum
Suaſit opus, docuitque aliquam ſperare ſalutem.
Cætera ſed nimio terrore pericla furenti
Sævitiæ ceſſere hominum; qua ſæpe coactus
Commutaſti habitum famulique vice apta per artem
Servitia expleſti ſupplex, & mille gerebas
Ingeniis quod præcipua virtute nequires
Sed mens plena fide nullo defeſſa labore
Non ante aſſumptum, quia vim formidinis unus
Deſeruit, requiemve habuit, quam prima potentum
Corda per Heſperiam ſcriptis verboque coëgit
Sacrilegum genuiſſe nefas; his deinde peractum eſt
Conſiliis, ut feſſa diu & compreſſa malorum
Ponderibus Regina, feris educta tenebris
Non ſine honore foret; tandemque occultus, & arte
Uſus adumbrata, veniſti & dulcia coram
Suſcipiens mandata pio celer ipſe libensque
Cæſari, & adjunctis portaſti primus amicis.
Nec minus illud iter recidivo horrore moleſtum
Inſidiisque doliſque tibi fuit undique plenum
Cumanum quando arta lacum cuſtodia niſa eſt
Præcluſiſſe tibi; Domini ſed dextra ſecundos
Immittens ventos inimico à littore vexit.
Rurſus in aëriis, nivium vis alpibus altas
Fecit habere moras, requiei inamabile tempus,
Has quoque decutiens ſtudiis injuncta benignis
Nuntia, ſollicito retuliſti ex ordine Regi,
His tibi pro cauſis & tam felicibus inquam,
Auſibus ille redux Rex & Regina ſoluta
Et cuncti pariter plena pietate fideles,
Altius aſſcribent laudes & nomen honeſtum,
Inſuper omnipotens ſtatuit qui jura fidemque
Qui Dominos famulosque una radice creatos
Non æqua ditione facit, ſed amore & honore
Concordare ſibi, reddet tibi præmia vera

Ruadbernus vel Rodbernus

(a) l. fidei Hanck. n. MS.

Ejus fidelitas.

Haud

SÆC. IX. ANNO 840.

Haud dubiæ fidei, quæ non cum laude volantis
Temporis intereant, ſed in omnia ſæcla redundent,
Hæc ætate quidem invalida dum tempora nondum
Pube ſua teneris florerent tincta ſub annis
Æmula paupertas, dum grandia facta vetaret
In probitate ſua, temet potuiſſe volentem
Miramur, quæ poſſe dedit Deus ordine certo.
Ergo quis in reliquum de te dubitare ſinetur
Quantum pro Dominis, quantum pro jure ſideque
Si locus affuerit melior, majorque facultas
Deſudare velis? qui prima incommoda ſorti
Suſtinuiſti animo, rebus non victus amaris,
Spemque metumque inter dubio diſcrimine pendens
Ante oculos duro verſabas pondere mortem.
Ergo age, fer Domino grates, & munera laudum
Juſtitiamque ſimul dominorum attende merentum,
Triſtia deſerere, & rurſus in læta redire,
Nam quid erat mæſto tam deſperabile regno,
Quam ſua depoſitis iterato poſſe venire
Sceptra, ſtatumque illos adipiſci poſſe priorem?
Sed Deus occulti judex, atque arbiter æquus,
Hos illosque ſua juvit virtute fideles,
Lætare, exulta mecum. Nam gaudeo tecum,
Hoc quia compleri & completum partem videmus,
Ipſe quod optavi, ſaltimque audire cupivi,
Quodque per ingentem quæſiſti rite laborem.
Felix participem qui ſe cognoſcit honeſti
Et conſortem operis, quantum ſibi conſcius ille
Perfidiæ confuſa globis per pectora tabet;
Tantum, vel potius multo magis, omnia ſecum
Lætitiæ fomenta habeant, qui fida reſervant
Corda ſuis Dominis, caſusque invicta per omnes.
Jam videor nimium fortaſſe loquacibus uſus.
Exametris, dum magna meos extendit amores
Materies, breviterque pudet dixiſſe, quod alto
Sit dignum ingenio, dignumque poëmate longo.
Dat decies denos vilis tibi denique verſus
Strabo, rogans ſolito ut tecum mediteris amore
Julla Dei, valeasque ſimul per ſæcula cuncta.

Ad Adalheidam.

Adalheida.

SI quod mille ſonat relationum
Aſſertoribus eſtque veritatis
Ubertate ratum, tacere nitar,
Fortaſſe invidiæ notam ſubibo.
Non hoc ergo meæ placere menti
Contingat, potius velim benigne
Audire, & ſine fraude publicare.
Quidquid nam bene de bonis refertur,
De veſtra fateor probitate, tantus
Nosmet rumor alit, rapitque mentes,
Ut ſi diſſimilem favere laudi
Contra, quod gero, conſcientiam ſit.
Miramur conſcientiæ decorem
Quo vos præcipue nitere notum eſt,
Miramur meritum, probosque mores,
Quis vos non dubium eſt placere cunctis.
Qui vos laudat, honore ſe coronat,
Qui vos laudat; amat, colitque verum,
Qui vos laudat; habebitur benignus,
Qui vos laudat; agit quod eſt agendum.
Non iſthæc adulantis ore promo,

Nec

Digitized by Google

Nec desidero complacere falsis,
Sed veris potius viam loquendi
Verbis institui parare rectam.
Nam si comperero * lucere nobis
Et si cunctipotens hoc annuendo
Clementer dederit, legetis exin,
Nostri pectoris indices figuras,
Nunc & semper, & hic & in futuro,
Salvete in Domino, valete, avete,
Vos sanctus pater, & patris beata
Proles, spiritus & juvet per ævum.

* *f. licere.*

Fabula admonitoria ad quendam.

COgito quid faciam nuper mihi contigit uno
Jam cecidisse loco, canibus lacerabar ibidem.
Calcibus hic populi cœno demersus in imo,
Si mihi consilium dederis, vitabo per ævum
Hanc calcare viam, probra quæ mihi tanta ministrat
Nam vereor ne forte freti me subruat æstus,
Cujus ab incursu vix in tellure receptus
Effugi patulas furibundi gurgitis iras.

Similitudo impossibilium.

ALbentes capiat corvos, cignosque nigrantes,
Limaces quoque multiloquos, mutasque cicadas,
Cornutos adquirat equos, mutilosque juvencos,
Pisces nare vetet, constanter avesque volare,
Fontes stare citos faciat, tum currere montes,
Ferri cogat aquas sursum, flammasque deorsum,
Limus ad humorem, cera ut durescat ad ignem,
Ossaque sanguinibus tumeant, nervique medullis,
Lumbrici saliant, reptentque in pulvere cervi,
Gallinæ fundant hædos, atque ova capellæ.

Epitaphium Werdonis.

Werdonis Abbatis Epitaphium.

POstquam primo homini sævæ sententia mortis
Juste ulciscentis venit ab ore Dei.
Fama licet quosdam lato celebraverit orbe
Nominis atque auram ferret ad usque polos:
Justitia censente tamen, moribunda statutum est
Membra sepulturis posse capi brevibus,
Hæc magni tam pauca viri tenet area corpus
Cujus in ætheria spiritus arce manet.
Hujus namque loci fuerat Patronus & Abba
Nomine *Werdo* Dei plenus amore sui.
Egregius sensu, nitidi sermonis abundans,
Dogmata commendans moribus eximiis.
Sedulitate placens, cunctis affabilis, atque
Devota Dominum relligione colens.
Hunc rexisse gregem pie per quinquennia septem
Scitur, & omnigenis accumulasse bonis.
Martius apriles ter deno sole Kalendas
Dum visit, *Werdo* mortem obit, astra subit.
Hujus pro requie titulum quicumque recenses,
Pectore de placido funde preces Domino.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Rura Monaſterium.

In Eccleſia Monaſterii, quod Rura vocatur.

HOc templum Stephani celebratur honore dicatum
Cum Jacobo noſtri fratre ſimul Domini.
Quorum ſub precibus, Chriſti pietate receptis
Summi adipiſcamur munera larga boni.
Hildigrim ſtruxit, Hadabaldus Epiſcopus archi
Sanctificavit, honor certus utrumque manet.

Super unum altare ejusdem Eccleſiæ.

ISTam Dantbertus retinet Martinus & aram,
Quorum nos precibus Chriſte tuere piis.

Super aliud.

HIc matri Domini, ſociaris ſancte Gregori
Cum qua pro nobis, poſcito ſceptra Dei.

Aliud Epigramma.

HAnc ſancti ſub honore Petri renovavit & auxit,
Abbas Grimaldus lucis amore domum.
Hic ex corde petens divino munere ſumet
Quod cupit, & votis congrua dona ſuis.

Aliud.

HOc quoque virgo Dei genitrix veneranda ſacellum
Grimaldus humilis, compſit honore tuo.
Ipſi mercedem, cunctisque precantibus iſtic,
Quod pie præſumunt, dedere poſce Deum.

Aliud.

VErſibus atque metris par eſt donare poëtam
Ut mercatori carius eſt quod amat.
Bellica ſordenti ſi portes arma colono
Deſpicit, & munus grande ligonis habet.
Miles item fortis, capiat ſi vomeris uſquam
Dona, magis lituos deligit atque ſparum.
Sic quod quiſque colit, quærit magis. Hinc tibi paucos,
Credere verſiculos, alme pater volui.
Quantum delectet tua me dilectio, ne dum
Emanare queam, vix ſcio & ipſe ſatis.
Diſciplina tibi nativum & triſtior uſus
Abraſit (a) Scottum ſubſtituitque probum.
Eſto jocum reputas quod dixi, ſed mihi Chronmal
More abiens veſtro, tradidit iſta loqui.
En Fortunati oratus tibi mitto libellos
Menſoremque orbis, perlege, ſcribe, reduc.
Sum tuus, eſto meus, quod uterque habet alterius ſit,
Sic ego tu ſim alter, tuque mihi alter ego.
Per naſum conjuro tuum, mi care valeto,
Et Dominum pro me, quæſo precare libens.

De

(a) [1]*Willelmus Malmesburienſis* Monachus, de Geſtis Regum Anglorum libro ſecundo in *Alfredo* 2. ſic habet: *Hoc tempore creditur fuiſſe Johannes Scotus, vir perſpicacis ingenii & multæ facundiæ, qui dudum concrepantibus undique Bellorum fragoribus in Francia ad Carolum Calvum tranſierat.* Quæ vide. *Scriverius not. MS. in Caniſ.* At ab eo tempore, quo ſcripſit hæc *Scriverius*, multo notior factus eſt ille *Johannes Scotus*, de quo plura habes apud *Cave*, *Pinium* ut & in noſtra Hiſtoria Eccleſiaſticâ, quæ hic referre piget. B.

Digitized by Google

De Ymno trium Puerorum.

Omnipotentem
Et benedicant
Aſtra polorum
Solque ſororque

Sic quóque Lymphæ
Ros pluviæque

Ignis & æſtas,
Frigus & ardor,

Nix glaciesque,
Lux tenebræque

Arida montes,
Flumina fontes,

Omnía viva,
Quæ vehit aër,

Cuncta hominum gens
Semper adorent
Omne per ævum.
Cuncta, chorique
Lumina cœli
Omnipotentem.
Quæque ſupernæ
Spiritus omnis
Omnipotentem.
Cauma geluque
Atque pruinæ
Omnipotentem.
Noxque diesque,
Fulgura nubes
Omnipotentem.
Germina colles,
Pontus & undæ
Omnipotentem.
Quæ vehit æquor
Terraque nutrit,
Omnipotentem.
Iſraël ipſe
Omnipotentem.

Verſus in quodam Mantili.

PInxit imaginibus rerum ſtudioſa coruſcis
Hanc itt.. pallam arte manuque ſagax.
Si tam multa unam fabrè finxêre figuram
Quam pulchrè binos colligit unus amor.
Orbe voluta ſuo nitidæ petulantia carnis
Vento flante perit, ſtat tamen aptus amor.

Ad Werdrichum Monachum.

NUlla fides tecum, retinent mendacia totum,
Vulpibus aſſimilis eſſe videris enim.

Verſus in baculo.

SI mihi pes lapſet, relevans vice tu pedis aſta.

Verſus in flagello.

POſtquam nulla meis creverunt germina ramis
Ferre minas Cereri, fructumque refundere cœpi.

In capulo cultelli.

PEr ferrum efficio, per me quod non facit ullus,
Sic tibi ſit ferrum utile, me retine.

Item in alio.

QUid natura mihi ſimulata, quid indat imago,
Dic prudens uno nomine ſi ſapiens.

In Manicis.

ECce ſumus geminæ ſocia paritate ſorores
Sic tamen una vice vitet ut alterius.
Dic cate quid faciat, quod nil perfecerat umquam?
Vel quem dent liquido, muta labella ſonum.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

In tabula.

PAndo quod ignoro, nec contradico petenti.

In Cereo

HUjus Christe manus factrices dirige cerei.

In Convivio.

SAl, panis, porrum, pisces, vinum, cibus assunt,
Delicias regum nolo videre modo.

Ad Episcopum Ferend.

APpareat ecce novum regali stemmate donum.
Urbs, persona, locus, regio, tribus, Insula, mundus,
Undique congestis numero sine lanceque lucris.
Conciliare tuum, voto certante favorem.
India mittit ebur, croceos dat Tmolus odores,
Aurum turbidulus solito plus egerit Hermus,
Te propter geminis fraudatur opima Canopus
Pontus, & ostriferi fauces vacuantur Abydi,
Engaddi lacrimam fundit tibi cortice lætam,
Docta minus sibi visa Tyros incusat hebentes
Muricis, haud dignos se judice fassa rubores,
Epirus palmas simul, atque Mosella novellas
Ceu pennatorum certant tibi gignere equorum,
* ΑΡΓΙΡΙΟΥ albentes depromit Suevia montes.
* Crisea te vivente diu fore sæcula spondens,
Hæc inter gemmam nec tuta valle repertam
Gemmam lucidulam, raram, caram, pretiosam
Transmittit proprius prompto tibi pectore * dulus.
Ooliab sculpsit, qua Beseleelque notavit,
Voce quidem græca gemmam testante probatam,
Quippe Agathes, egathos, bonus est lapis, ipse fateris,
Bactrica non ebeni radiat sic forma nigelli,
Nec sic augustum decorant * Ametistina collum.
Vel Jaspis fulvo cum clausus fulgurat auro.
Istic si Davidis resideret vertice Regis,
Omnigenas proprio superasset lumine flammas.
Denique si vatis Moysi sub pectore fratris,
Cogeret undenas sibi jus concedere gemmas,
Hæc tibi si gratus fuerit, licet ore nigratus,
Suevia fors ullum si profert amne lapillum,
Lacteolum, niveum, parium, seu scilicet album,
Hunc tibi larga tui præbebit dextera servi,
Nec parcum dices dum fert Alemannia cautes
Nec tibi Saxonia satius dant saxea dona,
Sed vice tu nostra obsequio lapis acriter insta,
Dum veniens præsto valeam supplere quod opto.

* ἀργυρὸς argenti
* χρύσεα, aurea
* δοῦλος Servus
* amethystina.

Ad alium Episcopum.

EHeu mœrentem renuit dictatio mentem,
Aufugiens tristis confusa cubilia cordis.
Cuncticreans genitor, mihimet succurre misello,
Filius atque pius, qui sæcula cuncta gubernas,
Spiritus alme veni, confer tu verba precanti,
Sancta Dei genitrix nostri miseresce rogamus.
Asmata digna viro sunt nunc dicenda sereno,

No-

Digitized by Google

Nomine . . . . . perſpicuo Domino.
Germine virtutum polles, & dogmate fulges,
Doctiloquosque ſophos arte tua ſuperas.
Vos laudant omnes, quos Francia gignit amœna,
Norica regna ſimul, vos decorare ſtudent.
Suevia fida parens, jam comptis exilit odis
Gaudia magna canens, & ſuper aſtra ſonans.
Exultant juvenes lætantes ac ſeniores
Pontificem egregium, Suevia quem genuit.
Regis honor populis ſolatia larga miniſtrans,
Cunctis es mitis, dapſilis & miſeris.
Si mihi centenas linguas natura pararet,
Oribus & totidem mille ſoni fierent.
Carmina laude tui non poſſem dicere digna
Nec ſonitus vocis prendere cuncta valet.
Nobilitas generis cognoſcitur omnibus horis.
Progenies clara vos generavit ovans,
Corpore ſat pulcher, mentis virtutibus altus,
Omnibus in rebus comptus es atque bonus.
Tu clarus conſtas, tu lucidus optimus * Archos
Nobilis in verbis, nobilior meritis.
Tu Phœbum ſuperas, errantia ſidera ſeptem,
Heſperus ac pulcher te ſuperare nequit.
Moribus ornatus fidei, firmiſſimus auctor,
Tu ſpecioſus enim totus ad uſque pedes.
Tu refoves inopes, quoque das bonus optima quæque.
Accipiasque ſimul gaudia perpetua.
Nunc precor ut valeas felix per climata * Coſmi
Ac memor eſſe mei, ne dubites famuli.

* *Princeps.*

* *Mundi.*

Aliud Epigramma.

SI decus argenti pretium mihi, ſeu foret auri,
Aut etiam pulchros habuiſſem forte lapillos,
Hæc tibi tanta pater tribuiſſem dona libenter.
Hæc quia non habeo, quæ poſſum largior ultro.

Aliud.

UT gaudere ſolet feſſus jam nauta labore
Deſiderata diu littora nota videns.
Haud aliter ſcriptor optato fine libelli
Exultat viſo, laſſus & ipſe quidem.

Ad Amicam.

CUm ſplendor Lunæ fulgeſcat ab æthere puræ
Tu ſta ſub divo, cernens ſpeculamine miro,
Qualiter ex Luna ſplendeſcat lampade pura.
Et ſplendore ſuo charos, amplectitur uno,
Corpore diviſos, ſed mentis amore ligatos,
Si facies faciem ſpectare nequivit amantem,
Hoc ſaltem nobis lumen ſit pignus amoris.
Hos tibi verſiculos fidus tranſmiſit amicus,
Si de parte tua fidei ſtat fixa catena,
Nunc precor ut valeas felix per ſæcula cuncta.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 840.

VERSUS
STRABI WALAFRIDI,

Quos post annum ætatis XV. edidit de rebus diversis.

Ebbo Rhemensis.

Ad Hebonem Archiepiscopum Remensem in persona Tattonis.

HAc licet indigna liceat vos voce monere
Pontificum sublime caput, sanctissime Præsul,
Viribus ut totis cœlestia jura struatis.
Pars quia magna boni vobis facientibus omni
Apparere potest mundo, quia se locus ultro
Obtulit, ut vobis obtemperet aulicus ultro,
Et Dominus speciale dedit pro tempore lumen
Ingenii, quo summa domum sapientia fixit,
Nec minor hoc retinet totum veneranda voluntas.
Omnibus his cum vos magnus daret arbiter omnis
Justitiæ, propriis locupletes crescere donis,
Non erit indignum tota si mente beatæ
Ecclesiæ piæ membra sua in compage medullis
Confortata suis, foveatis dogmate sacro,
Et primum vigeant oculi, pro luce diurna
Qua totum instruitur, recta ad vestigia corpus;
Vos sal, vos lumen, Domini vocat unica proles,
Solvere sacra vetans factis præcepta siniſtris,
Vobis solvendi vobis dedit atque ligandi
Cuncta potestatem cœlo terraque manentem
Conservis alimenta jubens in tempore poni,
Vos igitur si vita decens ornaverit aptè
Subjectos exempla trahent ad compita vitæ,
Et non subjectos series pulcherrima morum
Illiciet priscæ vitare erramina vitæ
Et cervice humili, faciet juga ferre Tonantis,
Primum namque decet, totoque & corde studendum est,
Ut pia Catholicis firmetur regula factis,
Post aliena sacris temptentur corda loquelis.
Cogere quid prodest ad ovilia morbida, sanos
Quos cupis esse greges, primum vitia omnia sacris
Pellantur stabulis, sic turba novella vocetur.
Nonne eadem quoque cura fuit Doctoribus almis,
Ut sine labe suæ graderentur ad omnia vitæ,
Blasphemis ne forte locum vis sancta dedisset,
Paulus præco Dei, sese cupit omnibus esse
Omnia, ut ex multis caperet felicia lucra,
Scandala non demus Judæo & gentibus, inquit,
Ecclesiæve Dei, quæ rugas aufugit omnes,
Et capiti per membra sua se sedulo nectit.
Quanto namque caput fuerat pro corpore toto
Olfactu, auditu, gustu, speculamine, tactu,
Tanto vos potior legum strictura coërcet,
Hocque magis summæ debetis imaginis arcem,
Intrepido lustrare gradu; non hæc tamen istis,
Quod vobis aliquam virtutem deesse putemus
Prosequimur, sed magnus amor dicenda ministrat,
Nam cupimus vestra, ad sanctum molimina finem
Ducier, at summum tractandi digna patenter
Novimus esse locum, ni desit sola voluntas,
Jamque etiam nostrum vosmet cognoscere votum
Non dubitamus, erit Christi perfectio donum.

Trina

Digitized by Google

Trina Dei vobis per ſæcula cuncta poteſtas,
Æternæ tribuat vitæ, ſine fine coronam
Ut vos cum Domino, vobiſcum & læta ſequentum
Turba, metat ſtabiles magna cum pace maniplos.

Ad Degan (a) Chorepiſcopum Trevirenſem, in perſona Tattonis.

Theganus.

HIs tibi verſiculis Doctor ſanctiſſime Degan
Tatto humilis mittit verba ſalutis ovans.
Artor in ambiguis vario moderamine rebus,
Utrum pauca loquar, an potius ſileam.
Scribere cogit enim, dilectio mutua memet,
Sed vereor ne non dem tibi digna pater.
Tullius inferno quamvis repedaverit imo
Exerat aut magnus ora faceta Plato.
Livius aut Titus ſecum ferat ipſe Catonem.
Vel linguam teretem Sapho loquax terebret.
Non potuerunt umquam laudum miranda tuarum.
Dignè proferri, ſunt quia multa ſatis.
Miramur meritò ſapientis munera mentis,
Doctrinam, mores, carmina, dicta, animum.
Nec minus exterius miramur ſancta ſtaturæ
Incrementa tuæ, membra, manus faciem.
Nos parvos humiles, murem ſibi forma ſubegit,
Vosque gigantem eſſe gloria molis habet.
His ſed ſepoſitis tota virtute precamur
Ne laceres verſus, Præſul amate datos.
Sed potius ſcriptis recinentia ſcripta miniſtres,
Quîs nos correptos admoneas petimus.
Quin etiam dabimus puerorum pauca legenda
Hinc joca noſtrorum, ut vitioſa ſeces.
Verum de reliquo ſi quid mandare velitis,
Mente ſumus parti, ſic tua juſſa ſequi.
Quæſumus obnixè, nos ne fraudetis amatis
Veſtræ doctrinæ mellifluis modulis.
Sic equidem vobis, verbis audebimus ipſi
Dona ſalutis item mittere ſuppliciter.
Et faciat lætum regna poli capere.
Nunc valeas, vigeas meritis per ſæcula pollens,
Sisque memor noſtri, nosque tui in precibus.

Idem ad eundem.

SUſcipe parva tui Præſul ſanctiſſime Degan
Munera Strabonis quæ tibi mittit ovans.
Sis memor in precibus, reddis dum vota Tonanti
Strabonis, memor eſt ſemper & ipſe tui.
Carmina Pygmei mittam, ſimul atque gigantis
Dum vacuum fuerit, ſemper ubique vale.
Amen.

Ænigma.

ESt monitor quidam, plures qui commonet ipſe
Non tamen ulla canit ſine dicta monente viciſſim,
Quæ dum cauma coquit, penitus tacet atque refutat
Carmina, ſed medio melius de frigore clangit.

Dro-

(a) Fuit ille vir celebris Theganus alias dictus, qui Ludovici Pii geſta ſcripſit dum in vivis eſſet Imperator. Defiit Anno 837. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Drogo Metenſis.

Drogoni Epiſcopo Mettenſi.

JUdicii decreta Dei dum Paulus acutō
Scrutatus ſenſu, tanti non poſſet honoris
Non dico effari, ſed nec contingere molem
Attonitus miriſque ſtupens affectibus. O quam
Sunt, inquit, divina homini penetralia longe
Occultis abſtruſa viis, quæ corpore clauſi
Per ſpeculum rariſque vident ex parte figuris.
Quis dinoſcet enim, quæ ſit ſapientia mundi?
Quæ via? quæ rerum latebroſa ſcientia? quodve
Judicium quo cuncta Deus regit, ordinat, ut ſint?
Quo vaſa interitus flagris & pace ſinuntur
Tendere calle ſuo, per quod pietatis aguntur
Vaſa per adverſos ſucceſſus perque ſecundos
Lucis amare viam, quo factum ſancte fatebor
Proviſumque pater, primis ut caſus ab annis
Sæpius aſperior quateret, nec frangeret umquam.
Quem lætis cenſura Dei laudanda diebus
Perpetuæque bonis voluit ſervare ſalutis,
Ne ſi ſecuris riderent otia rebus,
Libertas gravius generaret lenta periclum,
Gignit enim diuturna quies fomenta laborum,
Juge exercitium pacem parit, addit honorem.
Qui vaga diluvio ſervavit ſemina mundi,
Et genus humanum parva de ſtirpe refecit,
Qui Joſeph regnare dedit poſt carceris umbras,
Quique domum Iſrael duris Dux ipſe catenis
Exuit, & pariter promiſſa ad rura vocavit
Poſt latebras, odiique dolos, & prælia. David,
Qui dedit imperium, natique immania geſta
Vertit in auctorem, rurſuſque in regna recepit,
Cui pax ipſe fuit, vatem qui fauce leonum
Ignibus & pueros mediis ſubduxit, & alto
Fornacis gremio, rorem pro caumate ſparſit,
Qui Chriſtum poſt flagra, crucem, maledicta, ſepulchrum,
Surgere & ad dextram fecit reſidere paternam,
Qui furvæ tenebras, & cæca ſilentia noctis,
Mutat luce nova clari per lumina Solis,
Qui nebulas pluviumque diem redeunte ſereno
Purificat, terriſque ſuum poſt frigora brumæ
Ver reparans pomis, foliis, & floribus arva,
Quæ fuerant pridem canis turbata pruinis,
Inſtruit & pelagi ferventia murmura ſedat,
Ipſe per immenſum pietatis munus amicæ
Vos mutare dedit, fuerant quæ triſtia lætis,
Ut quia de Domini didiciſtis fidere donis,
Caſuris hærere bonis, non deinde velitis.
Nempe beatus erit Domino qui ſperat in ipſo,
Eſt maledictus item qui carnis brachia credit
Sufficere, & Domini demens ſolatia temnit.
In Domino confiſus enim, velut inclyta Sion,
Non metuet pulſata malis per ſæcla moveri.
Nam qui verba Dei ſtudioſis auribus haurit,
Et complere ſtudet devotis agnita factis,
Hunc æterna viro ſimilem ſapientia dicit,
Qui manſura domus fulcit fundamina, ſacræ
Mole petræ, quæ Chriſtus adeſt, ubi templa bonorum,
Sunt figenda operum, ſubito ſi venerit unda
Fraudis, & errorum, aut preſſuræ flumina fortis
Ventus & à Scythico ducens Aquilone fragorem
Sibilat * inlecebras antiqua fraude latentes,

* *illecebras.*

Vel

Digitized by Google

SÆC. IX ANNO 840.

Vel forte ingenti, ſi tempeſtate fatigat,
Stat ſtructor, ſtat ſtructa domus, quia firma beatæ
Fundamenta petræ, ſuper impoſuiſſe probatur,
Hac de mole petræ, vero ſtat nomine Petrus,
In quo percepit ſolvendi ſive ligandi
Ordo poteſtatem, merito qui nomine veſtro
Dicitur, hunc quando factis & dogmate recto
Voſmet habere liquet; quem quo mage quiſque meretur,
Hoc & habere magis bene creditur; ergo tenenti
Non dat honor meritum, meritis ſed deditur ipſe.
Hæc ſunt præcipue quibus inſignita refulget
Virtutis perſona tuæ, ſapientia radix,
Ordo, affabilitas, bonitas, patientia, virtus,
Vita, gradus, doctrina, locus, moderatio, victus,
Zelus amorque Dei, fidei inſuperabile robur,
Religio, officium, cenſura, modeſtia, geſtus.
Hiſce Dei virtus voſmet per tempora multa
Creſcere concedat, proque his æterna rependat
Præmia, quæ ſervis tribuenda fidelibus auctor
Inſinuat, vitæ Dominus, via, vita, redemptor,
Nominis alta mei ſi non oblivio memet
Preſſerit, haud unquam veſtri memor eſſe vetabor,
Et quæ præcinui votis optare benignis
Paſtorum eximio peccator Strabo, pigerque
Quindecies & bis quinos fert munere verſus.

*Ad * Muatuuinum (a) Epiſcopum.*

* *Modoinus.*

SI qua viam faceret noſtris fiducia votis
Optabam dudum ſcribere ſæpe tibi.
Suſcipe nunc tandem Præſul cariſſime nobis
Quæ ſimplex humili fert ratione animus.
Non aſpernari tantum mea parva magiſtrum
Crediderim, lati quem colit orbis amor.
Ditis heri locuples capit aurea vaſa ſupellex,
Argenti ſpecies adnumerans varias.
Hæc eadem non ficta luto, non lignea ſpernit
Vaſcula, ſed propriis mancipat officiis.
Qui dat * erithreo ſummas de littore gemmas,
Finibus Europæ ſuccina quærit hians,
Oceani ſolitus balenas vellere fundo
Vulgares (b) tineas ad ſua lina vocat.
Aurificis ſtudium, pretioſa monilia fingens
Interdum gracilem corpore cudit acum.
Balſama, narciſſum mundi per climata quærens
Camporum violas, & coriandra legit.
Tu quoque ſummorum paſtus virtute ciborum
Dignare exigui muneris eſſe dapes.
Ac veluti poſt mella, gravis cape pocula mirræ
Quæ ſit ſæva licet, pluribus auxilio eſt.
Gloria quæ veſtris inolevit magna camœnis
Ne laceret noſtros cernuus oro trochos:
Carmina maturæ cupio pretioſa ſenectæ,
Dicta juventutis, qui lego multotiens.
Quamvis multa canas ſecli celebranda cat rvis
Nos apud es mutus, fama quibus minor eſt.
Ne pater alme ſinas cunctis quod ſponte miniſtras
Expertem memet muneris eſſe diu.
Sperarem veſtræ nunc jam ſolatia Muſæ,
Ni mala per regnum tanta voluta forent.

* *Erythreo.*

Nunc

(a) De Modoino ſuperius, ubi de Theodulfi Aurelianenſis carminibus. B.

(b) Tincas, ſic Auſon. Quis non & virides vulgi ſolatia Tincas Novit.&c. Hanck. n. MS.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Nunc doctor, miles; Præsul, bellator habetur,
Pessundant propria quique aliena gerunt.
Eheu quam clarè Satanæ servitur honori,
Et pax pacis abest, orbe repulsa procul,
O proreta pio studium dispone labori
Ne fluctus mergat qui furit in brevibus.
Sit Dominus tecum, semper tua gratia mecum,
In Domino vates, ô Modoine vale.

Idem ad quendam.

SI tibi frumenti superarit copia, sive
Condonare queas nobis, seu vendere quidquam
Extat opus, quia pascendi mihi denique quidam
Sunt, prodesse quibus nolenter sive volenter
Debeo, care vale, Sodes Dominum ipse saluta
Prona voce tuum, scribam si suaseris exin,
Scribitur ut vilis properanter epistola, sic has
Crede mihi nugas, sine cera hac pelle notavi.

Agoberdus.

Ad Agobardum Episcopum Lugdunensem.

DUm vix ter senos habuissem temporis annos,
Ad vos nomen iit, ô pater alme meum.
Perveniisse scio, quando rescripta recepi,
Quæ magni nobis instar amoris erant.
Si meministis enim, quia nam meminisse potestis,
Gaudeo, & ut memores sitis ubique rogo.
Ipse amor ardet adhuc animis, viget ipsa voluntas
Visendi temet, atque tuo ore frui,
Æthiopum si regna *calens, si rura Sabæa
Liquit regina, ut Salomona petat.
Cur nos non potius quibus altera regna parantur,
In solo auctoris semper amore sumus?
Nam fateor si certa mihi nunc optio detur,
Ut capiam mundi dona vel ingenii.
Otia liberius verum secura sciendi
Aurea quam secla, sed peritura, sequar.
At de flore novo, qui vos penes ortus, odorem
Prodit ubique sui, hæc loca rumor alit.
Flora venit quondam, dum singula quæque Deorum
Sunt affata, jugis prata thymumque gerens.
Huic floro melius sententia Christicolarum
Attribuit, quidquid dogmate & ore viret.
Nam hic florus florem sequitur de germine Jesse.
Et tradit quod amans attulit ille homini.
Quæ tam segnis erit donis ingrata supernis
Quæ se hoc non sponte nectare pascat apes?
Floreat haud flaccens hic flos, & florea fragrans
Spiramenta ferat semper ubique Deo.
Donec in astriferas porrecta cacumina sedes
Erigat, & fructum jam sine fine habeat.
Cedant ambrosiæ, rosa, lilia, spica, crocusque,
Suavia cuncta simul, hujus amor placeat.
Hoc fruar, hoc utar, fovear, delecter, abundem,
Auditu & visu hujus, alar, docear.
Det quandoque Deus, nos mutua dona vicissim
Impertiri, aliquid pars utriusque metet.
Munere divino precor ô sine fine valeto,
Mittentes vestræ dulcia scripta vicis.

*f. colens

Ad

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Ad Maurum Hrabanum Abbatem Fuldenſem, Magiſtrum ſuum.

SUſcipe ſervorum pater optime verba tuorum
Annuat ut veſtris Omnipotens precibus.
Fac ſupplere moras torpentem pectore Strabum
Plurima ne dominis probra legat propriis.
Suſcipe * putrîcolum clementi corde libellum
Emendata tuo viſcera ut ore ferat.
Vix reparata tuis concedere dogmata ſervis
Dignare, ut norint quam bene amore cales.
Creſce valens, augere vigens, firmare beatè
In Domino ſemper, inclyte quæſo pater.

Rabanus Maurus.

* *f. patricolam.*

Ad eundem pro calciamentis.

HRabano patri per verba precantia Strabus,
Ante aliquot menſes ſpondebat epiſtola nobis;
Huc autumnali venturos tempore miſſos
Uſibus ut noſtris ferrent, quæ noſtra popoſcit
Paupertas, ſed ſpes miſerum me vana fefellit,
Quo ſic ſuſpenſum improviſa perurget egeſtas,
Sed licet innumeri pulſent mea pectora queſtus
Plus tamen impugnat, quod nudipedalia cogar
Ecce pati, ni veſtra prius ſolatia noſtros
Reſpiciant caſus, verbis ut pauca monenti
Occurrat, quæ fit cunctis largiſſima mater
Veſtra manus, valeas per ſæcula cuncta precamur.

Ad eundem pro ſervitore dando.

QUæ ſumus exigui temet pater optime ſervi,
Sit noſtri ut clemens veſtra memor bonitas.
Ædis enim noſtra eſt nobis anguſta duobus,
Si terni eſſemus, lata ſatis fieret
Unde expectamus veſtri promiſſa favoris,
Tu nos ut clemens teque juvet Dominus, Amen.

De quinque partibus Rhetoricæ.

Rhetorica.

PArs eſt Rhetoricæ ſolers inventio prima,
Dicendi conſtat bene conditus ordo ſecunda.
Tertia condignis ſequitur pars * anguſta duobus,
Quarta rogat memorem, collecta tenere magiſtrum,
Explet & ornatum dicentis formula quintum.

* *locus corrupt.*

Ad Wenibertum Abbatem.

SUſcipe ſancte pater pauper quæ munera Strabus
Mittit, & ex animo miſſa revolve libens,
Nam quod apud gnaros, gaza pretioſius omni eſt,
Hoc tibi porrigere viſcera noſtra volunt.
Non aurum, non ulla malis obnoxia curis
Munera, quæ incautos ſternere ſæpe ſolent.
Xenia ſed mundas tantum paſcentia mentes,
Quæ tibi quando fero centuplicata gero.
Hæc igitur ſi dicta pias dimittis in aures
Plura dabo, vitam ſi Deus addiderit.
Vive, vale, reſcribe, doce, Weniberte benigne;
Eſto memor memoris, & memor eſto tui.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Ad Sigimarum modo Abbatem.

Sigimarus Abbas.

SAncte pater dignare brevem percurrere chartam,
Quam Strabus tenui edidit ingenio.
Sunt mihi namque patres celeberrima jura tenentes,
Talia curantes non recitare metra.
En ideo ignotis commendo probanda labellis,
Ut ſaltim inveniam qui pia verba ferat.
Reſpice quem torto ſpectare videbis ocello.
Iſte puer mittit hæc tibi verba pater.
Æternam cupiens tibi namque manere ſalutem,
Sis memor ut famuli mutua dando tui.

Ad Magiſtrum Tattonem.

LItterulas lacrimæ noſtras comitantur amaræ,
Optantes faciem ecce videre tuam.
Tu videas vitæ cæleſti in ſede datorem
Mercediſque feras præmia multa bonæ.

Carnis Petulantia.

De carnis petulantia.

QUiſquis tramite pendulo
Declivique * Spheram loco
Plana ponit in area,
Ni prenſum teneat manu
Statim cernit ad infima
Curſu nare volubili.
Qui plumam levibus manu
Aut credit folium notis
Dum ventis quatitur polus;
Ni prenſet manibus, fugam
Molitur vaga concitam
Res, & fertur in aëra.
Cum puppim fluvio levem,
Et ſævis dare fluctibus
Cogit dura neceſſitas
Ni conto pigra robora,
Et remis ſubigat celer,
Te ſecum rapit alveus.
Ignis per ſtipulas volans,
Aut ſummas fruticum comas,
Quas vis Solis obuſlerat,
Ni fons fortior occupet,
Statim materiem vagam
Conſumit ſimul, & perit.
Agreſtem caveis feram
Captam, profuit aut avem
Sub cuſtode tenerier,
Ni ſic aſſiduus domes,
Pergit luſtra per avia
Morem quærere priſtinum.
Annis forte recentibus,
Si pullum patre nobili
Campis credideris ſatum,
Ni frenis bene preſſeris
Confiſus petulantia
Te deponit, & avolat.
Novi flumina promptius
Primis currere callibus,
Quæ ſi forte coëgeris,
Notos linquere tramites,

* *Spharam corrup. primam, more illius ſeculi.*

Ni

Digitized by Google

Ni confepferis undique,
Rumpunt fœdera protinus.
Hæc carnem ſtolidiſſime
Noſtram reſpiciant homo,
Conſuetam male vivere,
Puppis, pluma, focus, ſphera,
Pullus, flumen, avis, fera, pro ſphæra;
Hæc attende ſagaciter.
Quam nî ſollicitus malis
Exarmaveris inſitis,
Et conatibus intimis,
Ad veram retrahas viam,
Nigros tendit ad inferos,
Et tu perpetuo gemis.
O qui munere perditas
Sanaſti vitiis tuo
Terras, per genitum tuum,
Fac ne dæmonis horrida
Vis mentes ſibi vindicet,
Quas baptiſmate laveras.

Ad Lipharium Monachum.

STrabus ab interno tibi mittit amore ſalutem,
In Domino ut valeas Doctor amande tuo.
Sis memor & Strabi reſcribens mutua pacis
Munera, ſi dicta vixero plura dabo.
Portitor accelerat, ſenſus in pectore tardant.
Senſus ſi melior venerit, inſtat amor.

Ad Altgerum Monachum Elahwang. Altgerus.

STrabus opem Domini veteri optat adeſſe ſagittæ;
Ipſa nimis valeat Strabus ut ipſe rogat.
Plango tuos fateor fautor dilecte receſſus,
Oraque largifluis, irrigo nunc lacrimis.
Sum memor auxilii, mihi quod conferre ſolebas,
Et munus recolo pacis amoris opus.
Oſcula dulciſono libate precamur ab ore
Litterulis ego quas pollice & ore dedi.
Jam ſecura tua reſidere ſagitta pharetra
Cerneris, & placidis paſcier ecce bonis.
Nec de mente cadat, fueris quis, quiſque modò ſis,
Perfecta in recto ſunt documenta opere.
Marcuvardum Cotanen dignum precor omnia *Bertum*
Dona ſalutis ego Strabus habere diu.
Jam valeant cuncti fratres, valeat bonus Abba,
Servulus hoc veſter, oro puſillus enim.
Tu memor eſto mei ſanctis ſermonibus Altger,
Strabus ubique tui eſt memor in Domino.

In perſona cujuſdam Monachi ad Abbatem ſuum.

SUſcipe clementer paucos pater optime verſus,
Suſcipe vota precum, conſpice mœſtum animum.
Qui geris ecce vicem Chriſti pietate magiſtra,
Te credo eſſe pium de pietate Dei.
Numquam me ſimilis ſtravit, tetigitque procella,
Cujus ad incurſum tam cito deficerem.
Quam me veſtra quatit fictis ſuſpicio rebus,
Qua miſer ut timeo, nec fuga nantis erit.
Si tamen ad ventum licuiſſet flectere remum,
Securo eximerem pectore me pelago.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Idque rogo ſummè rogitans per numina ſummi
Jam me mundari, vel patere eſſe reum.
Mitius expelli ferrem de ſorte meorum,
Iram quam veſtram hoc meruiſſe modo.
Da veniam dictis, ſolito potioribus iſtis,
Ecce neceſſe mihi ſic pater alme fuit.

Goteſſcalcho Monacho, qui & Fulgentius.

VElox Calliope viam frequenta,
Qua (a) Fulgentius invenitur, illum
Poſt cunabula longius meantem
Quæſiſti, dubiam ſecuta famam,
Interdum vaga perſtrepat illum
Romana poſitum ferens in urbe,
Devoto extera cogitare corde,
Gratis exiliis adire rura.
Tandem quære ſuo loco reductum,
Et dic ſemper ave, valeque multum,
Cui quondam dederas honore nomen
Ductum, dirigit hic tibi ſalutem.

Dulcia cum noſtros ſancti natalis amores
Jam propius tractis complerent gaudia votis,
Addita ſunt faſti fulgentia dona ſecundi,
Quod tua ſuſpenſis ingeſſit epiſtola nobis,
Ut requies laſſo, ſitienti ut dulcis aquæ fons.
Lac maternum agnis, pluvia ut ſqualentibus arvis;
Carcere conſtrictis ut lucis vena diurnæ:
Sic optata palatinas mihi metra tuapte
Scripta manu, nebulas vero pepulere nitore,
Sed quia lucifluo ſuccedunt ſæpe ſereno
Nubila, non aliter turbant mea gaudia * Chauri,
Dum tua ſcripta ſonant, benè me te poſſe carere,
Ad faciem quantum, cum ſit mihi teſtis in imo
Pectore, ſpes ardens à te me plurima velle
Lucrari, luciſque tuæ conſortia ferre.
Te quoque ſit certum multis teſtantibus, & me
Atque alios exemplorum verbique lucerna
Inſtruere, & ſapidis infundere poſſe ſalivis.
Eſt aliud majore mihi mœrore gemendum,
Quod cum vita tibi potior ſit lege Lycurgi
Solus in accepto recubes non prodigus auro,
Commiſſumque premant ſudaria nexa talentum,
At qui in pauperie paſſa eſt quam noſtra juventus,
Non talem te care habui, minus atque benignum
Expertus non ſum, fuerat quam cura petentum,
Cur modo * diutius mordax teſtetur in amplis
Fama tuam miror celare peculia dextram,
Quæ pater uſuris clemens augenda reliquit,
Sol radios nec Luna ſuos cæco invidet orbi.
Imber in arva cadit ſubjecta, fluuntque volentes
More ſuo fluvii, partum trahit aëra mundus,
Gramina fert tellus, foliis & fructibus arbor
Sponte reveſtitur, lac manat ab ubere matrum,
Ipſe Deus ſine dat cunctis diſcrimine lucem,
Et pluvias, operiſque ſui jubet ire ſequaces.
Quis mihi perſuaſit ſacra munera corde tenaci,
Obſtruere, auctori niſi qui contraria ſentit?
Quin potius monuit ſancti quod pagina Pauli,
Servemus, bona, quæ ſubſunt, operemur ad omnes,

Sed

* Cauri.

(a) Sequitur morem illius Sæculi, quo nomina Regum & Virorum doctorum mutabantur. Fulgentius dicebatur Goteſcalcus, eò quod cum illo de gratia & Prædeſtinatione ſentiret. B.

Digitized by Google

Sed magis in ſanctos, quos vita domeſtica nutrit.
Ergo pater fraterque meæ pars unica mentis,
Noluerim mea dicta putes lacerare volentis
Sed tua nolentis reticere pericula, ſi quid
Mens mea ſcit, poteritque fidem ſervare fideli;
Non tibi talis ero, qualem meminere Philippum
Fraude in amicitiæ per priſca volumina faſti,
Sis mihi quam merui longe rogo major amicus.
Quantus ſum tibi, tantus ero, reſcribe per iſtum
Pacis amatorem noſtræ, fidumque ſequeſtrum,
Proque rogante ora, ne turbine raptus iniquo
Non meminiſſe tui queat, hinc in ſæcla valeto.

De quodam ſomnio ad Erluinum.

Erluinus.

NOx erat & magni alternis per climata cœli
Ignibus auxerunt aſtra remota jubar,
Pollachar infuſum * Lœtheo munere ſomnum
Emotis curis, noctis amabat opes.
Cum ſubito tenebras fama eſt Jovis armiger altas
Decutiens, oculis viſus adeſſe viri.
Perge ait, & terræ nebulas tranſcende prementes
Ducam etenim, quo te præmia magna manent,
Lætus ad hæc grates cernenti cuncta quod ægram
Quæſitu longo vult ſatiare animam.
Ales ad alta volat, timidumque per aëra portat,
Donec terrorem purior æthra dedit.
Dædalus ille novus, partim ſuadente timore
Partim præproperum, quod terit horret iter.
Sordibus hisne, inquit, quîs turgent membra gravatum
Lucida ſtelligeri me feret aula poli?
Quin patere excurrat diſtenti egeſtio ventris,
Terra ſuum ſervet pondus, abibo levis.
Unguirapus ventura ſciens caudam ore teneto,
Dixit, & expurga fætida quæque celer.
Tum verò ut longum mundus duraret in ævum,
Ilia pro totis niſibus evacuat.
Hic aquila, abſurdum eſt, divinis ſedibus, inquit,
Inſerere, aſpergat qui loca celſa lue.
Ergo redi & ſtrati ſordes intende relapſus
Nec rurſus ſperes ſordibus aſtra ſequi.
Evigilans quidquid ſupero ſibi viſus ab axe
Fundere, per lecturam repperit ire ſuum.
Pro pudor atque nefas, viſis deceptus iniquis.
. . . . . .

* *Lethæi.*

Videntur hic aliquot pagellæ ex Cod. MS. excisæ, nescio cujus fraude. Can.

Carmen de Michaële Archangelo incipit.

Michaël Archangelus.

AD te confugio Michaël, tua numina poſco,
Eximium lumen mundi, qui vota precantum
Suscipis, & placido perducis ad aſtra volatu,
Præſidium cœleſte ferens mortalibus ægris.
Principio veniam tribuas peccata remittens
Actibus aut verbis, aut ſolo noxia ſenſu,
Mox animum corpuſque tuo medicamine cures,
Vulnera reſtringens penitus varioſque dolores
Atque in pace domum foveas, mentemque per ævum
Lætifices, cedant meliori triſtia fotu.
Tu generis, tu conjugii fiducia noſtri.
. . . . . .
. . . . . .
Torqueat inde ruens nullus mea pectora caſus,
Avertas morbos, proprium aut conſume periclum;

Im-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Impendens arcere velis, viresque potentum
Disjicias, rabido qui me livore fatigant,
Non humilis pergam, nec vero inglorius ævum,
Sed liqueat, quantum pro me tua dextera possit,
Quæ quondam victumque dedit, famamque togato,
Ipse gubernator rerum, mihi providus assis,
Impavidumque tegas, fortunatisque fovendum
*Conciliis, majore gradu contingat honorum
Illustrem justis †operibus, sensuque beatum
Efficias, ne dura fames, aut turpis egestas
Dedecus immergat, natis quos ipse dedisti,
Perpetuum dones ‡ cibum, firmamque salutem,
Sim gratus, carusque meo semperque probandus
Martiano, quem tu incolumem summo renitentem
Fastigio, gravibus tutum defende periclis,
Nunc ego nunc tristem cernam * relinquere cogar.

*f. consiliis.
†f. operis.
‡ Carmen hoc non videtur Strabi, aut à Strabo nomine alterius scriptum est.
*f. re linquere disjunctim.

De sancta Maria Virgine.

Maria Virgo.

HAnc aulam Domini servat tutela Mariæ,
Cui veneranda rudis sacrantur culmina templi,
Et nova consurgunt sacris vexilla triumphis,
Hac celebratur honor sacræ genitricis in aula,
Quæ verum genuit lumen de lumine patris,
Quem clamant Titan almo spiramine vates,
Fœmina præpollens, & sacra puerpera virgo
Audi clementer populorum vota precantum,
Marcida qui riguis humectant imbribus ora,
Ac genibus tundunt curvato poplite terram,
Dum veniam fuso lacrimarum fonte merentur,
Et crebris precibus delent peccamina vitæ,
Hæc inquam virgo cœlesti pignore fœta,
Edidit ex alvo salvantem sæcula regem,
Imperium mundi, solus qui jure gubernat,
Ut dudum Angelico discit virguncula fatu,
Cum pater altithronus Gabriel misisset ab astris.
Hic fuit egregius quem promit carmine vates,
Qui Solymis quondam divis regnabat in arvis
Hortus conclusus, florenti vertice vernans,
Fons quoque signatus, cœlesti gurgite pollens,
Nec non & turtur tremulus, cui præscius insit
Angelus, en sobolem generabis virgo perennem,
Atque puerperium paritura puerpera gignis,
Filius altithroni faustus vocitetur in ævum,
Spiritus è cœlo veniet sanctissimus in te.
Virtus ecce tuo confert umbracula cordi,
Patris obumbrabit te virgo celsa potestas,
Quo dictu matris turgescunt viscera fœtu,
Qui genitus mundum miseranda labe resolvit,
Atque crucifixus polluta piacula tersit.

De Sancto Petro Principe Apostolorum.

S. Petrus.

HAnc Petrus absidam Sanctorum forte coronat,
Claviger ætherius, qui portam pandit in æthra,
Janitor æternæ recludens * gemina vitæ,
Omnibus hic geminum digestit dogma per orbem,
Quod binis constat descriptum ritè libellis,
Pectore qui patulo Christi præcepta capessunt.
Ut prius æquoreas captabat rete catervas,
Linea squamigeris extendens vincula turmis,
Sic hominum cuneos mundi de gurgite raptos

Ducit

Digitized by Google

Ducit ad æternum cœleſti remige regnum,
Ut tibi Salvator vera cum voce ſpopondit,
Quando piſcantem panda de puppe vocavit,
Qui ponti pedibus calcavit cærula Glauci,
Sed mare mergentem tumidis non ſorbuit undis,
Dextera dum Chriſti turgentia marmora preſſit,
Cujus præſtabat defunctis umbra medelam,
Tum ſani rurſus redeunt ad lumina vitæ,
Quamvis jam nigræ luſtraſſent limina mortis.
Hic quoque poplitibus nec non & crure gemello
Claudum reſtaurat, fretus virtute Tonantis,
Et citò ſanatis præcepit pergere plantis,
Quem prius ad templum geſtabant forte propinqui.
Hic etiam binos multavit morte malignos,
Qui pretium fundi celarant fraude nefandum,
Inſuper & magicum falſi phantaſma Simonis,
Funditus evacuans, tetras detruſit in umbras,
Romanum vulgus ſolvens errore vetuſto,
Qui præcelſa rudis ſcandit faſtigia turris,
Atque coronatus lauri de fronde volavit,
Sed mox ætherias dimittens furcifer auras,
Cernuus ad terras confractis oſſibus ambro
Corruit, & Petro ceſſit victoria bello,
Qui cruce confixus gaudens tormenta luebat,
Horrida crudelis paſſurus vulnera ferri,
Quem Deus æternis ornatum jure triumphis
Arbiter omnipotens ad cœli culmina vexit.

De ſancto Paulo Apoſtolo.

S. Paulus.

SAulus qui ſanctas multavit carcere turbas
Credulus efficitur mutato nomine Paulus,
Plurima frugiferis diſpergens ſemina verbis,
De quo ſacra ſeges mundi ſuccreſcit in orbe,
Quem Deus infidum cœli clamavit ab arce,
Quid me perſequeris dura cum calce refragans?
Ergo diem ac noctem ponti ſub gurgite merſus,
Magna ſupernarum meruit ſpectacula rerum,
Tertia cœlorum raptus faſtigia ſcandit,
Atque poli proceres vidit cum mente maniplas,
Quem Pythoniſſa procax clamavit voce proterva,
Spiritus abſceſſit Paulo purgante puellam,
In vacuaſque procul fugiens evanuit auras,
* Effœbum puerum luſtrantem tartara mortis
Suſcitat, in proprias anima penetrante medullas,
† Non magnum meritò geminis fraudavit ocellis,
Cerneret ut numquam ſplendentem lumine Phœbum.
Cruribus atque ſuris claudum reſtaurat egenum,
Quem fortuna prius greſſu privavit amœna.
Sicque patrem Publi, quem febris torſit anhela,
Torridus ut pellat brumoſis frigora nimbis.
Vipera dira manum læthali dente momordit,
Sed Paulus gelidum non ſenſit vulnere virus.
Lædere nec ſanctum valuit crudele venenum,
Denique ſquamoſa contectum pelle chelydrum
Protinus in flammas torrendum tradidit atras.
Poſtquam complevit labentis tempora vitæ,
Martyrium rubro quæſivit ſanguine ſacrum,
Purpureusque cruor venarum fonte cucurrit,
Oſſa tegat tellus quamvis modo mole ſepulchri,
Aſt tamen hinc proceres conſcendit ſpiritus arces.
Cœtibus Angelicis nimboſa per æthera ducit.

* *Ephebum*

† *voce magum.* Sic erat in margine.

SÆC. IX. ANNO 840.

De ſancto Andrea.

HIc ſimul Andreas templi tutabitur aram
Petri Germanus, qui quondam funere * loeti
Horrida perpeſſus ſancta cum carne pependit.
Quem Deus Oceani luſtrante fruſtra phaſelo
Cœlitus adſcivit, gradiens per littora ponti,
Protinus Andreas compunctus voce Tonantis,
Credidit æternum ſalvantem ſæcula regem,
Pendula capturæ contemnens retia ſpretæ,
Et dicto citius Chriſti præcepta faceſſit,
Quis numerare valet populoſis oppida turmis,
Illius eloquio, quæ fana profana fricabant? (a)
Credula pandentes regi præcordia Chriſto,
Nempe vicem Domino ſolvebat calce cruenta
Dum crucis in patulo ſuſpenſus ſtipite Martyr,
Ultima mortalis clauſit ſpiracula vitæ,
Purpureas ſumens Chriſto regnante coronas.

S.Andreas.

* *Latbo.*

(a) F. dicabant. Hanck. n. MS.

S. Jacobus.

De ſancto Jacobo fratre Joannis.

HIc quoque Jacobus cretus genitore vetuſto
Delubrum ſancto defendit tegmine celſum
Qui clamante pio ponti de margine Chriſto
Linquebat proprium panda cum puppe parentem,
Primitus Hiſpanas convertit dogmate gentes,
Barbara divinis convertens agmina dictis,
Qui priſcos dudum ritus, & lurida fana
Dæmonis horrendi decepta fraude colebant.
Plurima hic Præſul patravit ſigna ſtupenda,
Quæ nunc in chartis ſcribuntur rite quadratis.
Hunc trux Herodes regni Tetrarcha Tyrannus,
Percuſſum † machera crudeli morte necavit,
Quem pater excelſus qui ſanctos jure triumphat,
Vexit in ætherias meritis fulgentibus arces.

† *machara.*

S. Joannes.

De ſancto Joanne Apoſtolo & Evangeliſta.

NEc minus interea glomeretur virgo Joannes,
Quem germana ſimul junxit concordia Chriſto,
Dum pandam vetulo liquit cum patre carinam,
Retibus æquoreas claudentem marmore prædas,
Qui poſt algoſis verrebat cærula remis,
Piſcibus inſidias nectens ſub gurgite ponti,
Sed clamante Deo luctantes littore lymphas,
Retiferamque ratem caro cum fratre reliquit,
Et Dominum ſequitur cœli qui regnat in arce,
Hic fuit egregius Chriſti regnantis alumnus,
Omnibus anterior magno dilectus amore,
Quem Rex extorrem, Romæ qui regna regebat,
Truſit in exilium cymba per cærula vectum,
Exſul, qua poſitus rerum ſpectacula plura,
Crevit in extaſi cœleſti munere fretus,
Quæ modo membranis per mundum ſcripta leguntur,
Pauſat in * Effeſo præfatus corpore Præſul,
Præmia ſumpturus cum clangit claſſica † ſalpin,
Ultima dum priſcis labuntur tempora ſæclis.

* *Epheſo.*

† σάλπινξ.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

S. Thomas.

De Thoma qui dicitur Didymus.

Hic Thomas Didymus nomen ſortitus Archivum
Servat ſacratum ſarta teſtudine templi.
Vulnera qui tangens crudeli cuſpide geſta
Credidit extemplo ſalvantem ſæcla monarcham,
Quamvis ante foret ſociis *is credulus almis,
Atque fidem dubio geſtaret corde ſiniſtram,
Dum chaos inferni ſurgens de morte redemptor
Linqueret abſtruſum vaſta comitante caterva,
Sed mox ambiguum convertit rubra cicatrix
Diſcipulo palpante trucis vulnuſcula ferri,
Dum foribus clauſis, trepidans qua turba latebat,
Pacifer intravit Chriſtus Salvator in aulam,
Hunc igitur ſoboles miſit veneranda Tonantis
Eoas gentes almis convertere biblis.
Plurima magnificis patrantem ſigna triumphis.
India tum ſacris coluit ſimulacra nefandis,
Doctrinis veterum ſtolidis inſtructa parentum;
Sed confeſſa fidem Thoma lucrante ſalutem,
Credidit in Chriſtum cœli qui ſceptra gubernat,
Denique tranſacto præſentis tempore vitæ
Protinus ætherium Thomas luſtravit Olympum,
Quem fani flamen veteris cultorque ſacelli
Sanguine rorantem rigido tranſverberat enſe
Præmia ſumpturum cum tellus ſponte dehiſcet
Omnia de priſcis & ſurgent corpora tumbis.

* incredulus.

De Jacobo filio Alphæi.

S. Jacobus.

Nec non Jacobus Chriſti matertera cretus
Et conſobrini felici nomine fretus,
Hanc ædem Domini de ſummo ſervat Olympo,
Quem plebs Judæa, ſævo bachante tumultu,
Pulſum de pinna fullonis fuſte necavit,
Quod Chriſtum populis ſcandens faſtigia templi,
Continuaretur crebro ſermone Sacerdos,
In cujus genibus pellis calloſa refertur,
Dum vicibus crebris oraret voce Tonantem,
Poplitibus flexis tundens pavimenta ſacelli,
Lanea villoſi ſprevit velamina pepli,
Linea brumoſis ſumens mantilia flabris,
Sic quoque fragrantem contemnens corpore nardum
Thermarum penitus, neglexit pectore pompas,
Non cirros capitis ferrata forfice dempſit,
*Nec aliter malas veſtes lanugine raſit,
Cujus virtutum tanta præconia conſtant,
Ut vindicta necis, quam dira morte luebat,
Interitus fieret Solymæ, populique ruina,
Dum Titus Cæſar denſa comitante caterva,
Urbem ferriferis vallaret millibus amplam,
Cum genitore ſimul Romanis arcibus orto,
Donec dira fames conſumpſit ſtrage catervas
Mœnibus obſtructas, & muri carcere ſeptas,
Tempore quo tenerum mactavit femina natum;
Inſuper aſſandum verubus transfixit acutis,
Quem coctum laribus crudelis mater edebat,
Humanæ penitus naturæ jura reſolvens,
Horreſco referens ‡ Ephœbi funus acerbum.
Sic vindicta crucis multavit clade nefandos,
Sic quoque Jacobi multavit paſſio ſontes,
Undecies centena ſimul cecidiſſe leguntur

* Non.

‡ Ephebi.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Milia, per miseram moribundis civibus urbem,
Insuper & centum venduntur millia passim,
Quos rigidus ferri neglectus mucro reliquit
Et famis exigua perierunt funera stirpe.

S. Philippus.

Item de Philippo Apostolo Christi.

Hic quoque commemorat metrorum comma Philippum;
Quem pius æthrali ditavit gratia Christus,
Barbara qui docuit doctrinis agmina sacris,
Credere per Scythiam salvantem sæcula Christum,
Qui dudum tetra torpebant mortis in umbra.
Auctorem lucis tenebroso corde negantes
Atque creaturæ famulantes ordine verso,
Donec Apostolicam hauserunt ore loquelam,
Limpida perpetui cernentes lumina Phœbi,
Omnes certatim merguntur gurgite sacro,
Flagitium sceleris purgantes fonte lavacri,
Inde Asiam properat sanctis convertere biblis,
Idola quæ dudum decepta fraude colebat,
Credula sed potius pandit præcordia Christus,
Splendida discipuli dum fantis verba capessit,
Sic felix Asiæ convertit dogmate regnum,
In qua post abitum fatali forte quiescit,
Cujus hoc templum sacrata tuebitur arca.

Bartholomæus.

De Bartholomæo Apostolo.

Ultima terrarum præpollens India constat
Quam tres in partes librorum scripta sequestrant;
Idola quæ coluit paganis dedita sacris,
Sed Bartholomeus destruxit lurida fana,
Effigies veterum confringens jure Deorum
Hebræa quem clamat peregrinis lingua loquelis,
Proles suspendentis aquas in nubibus atris,
Humida nimbosis dum stillant æthera guttis,
Quem signat procerum cælestis dogma profundi,
Ut quondam cecinit psalmorum carmine vates
Ecce latex forat, tenebrosis nubibus aëris.
Post hæc Martyrii mercatur serta cruenta,
Et sequitur Dominum pictus in stigmate Christi,
Cujus hoc templum veneranda tuebitur * ara.

* *f. arca.*

Matthæus Evangel.

De Matthæo Apostolo & Evangelista.

Matthæus egregium describens dogma salutis,
Hebræa per simplum digessit dicta libellum,
Plurima mirificis narrans miracula † scedis,
Quæ modo per mundum divulgant scripta triquadrum
Quem Fison fluvius, Paradysi fonte redundans
Tropica portendit pandens mysteria rerum,
Fontis designat salvator jure figuram,
De quo quadrifluis decurrunt flumina rivis,
Quatuor ut quondam nascentis origine ‡ sæclis,
Limpida per latum fluxerunt flumina mundum,
Quæ rubros flores & prata virentia glebis,
Gurgitibus puris, & glauco rore rigabant,
Sic doctrina Dei fluxit de fonte quaterno,
Arida divinis irrorans corda scatebris,
Hanc scriptor verax expressit Mattheus olim,
Quemque Propheta Dei sacro spiramine plenus,
Humana specie vidit signarier olim,

† *schedis.*

‡ *sæcli.*

Quod

Digitized by Google

Quod Chriſti patres & avos numeraret avorum
E quîs ſalvator noſtræ cunabula * ſarcis,
Sumpſerat in mundo ſcelerata piacula clemens.

SÆC. IX. ANNO 840.

* carnis.

De Simone Zelote Apoſtolo.

Simon Zelotes.

SImon Zelotes, nec non Chananeus idem
Inter Apoſtolicos Petri cognomine fretus;
Cœtus qui docuit gentiles dogma ſupernum,
Ut celſum peterent cœleſti tramite regnum,
Cujus in hac aula ſacra ſervabitur ara,
Cum polus & tellus ac ponti fluſtra fatiſcant,
Donec ſupremis ſcintillent ſæcla favillis,
Et mundi moles montes colleſque liqueſcant,
Atque ceraturæ cerarum fluxus ad inſtar
Machina ſuccumbat flamma crepitante per orbem.

De Juda Apoſtolo, qui & Lebbeus, cui nomen eſt Tattheus.

Judas Ap.

SUpremus numerum concludat Tatheus almum
Cui cognomen erat præclarum Libbeus olim;
Quem duxiſſe ferunt Chriſti cum grammate ſcedam
Abagaro quondam, qui regni ſceptra regebat,
Poſtquam tartareum damnavit morte tyrannum,
Et tetris erebi gaudens emerſit ab antris.
Exin ſidereum Chriſtus conſcendit Olympum,
Dicitur hic etiam vulgato nomine Judas,
Cujus præſenti laudes celebrantur in aula,
Qui nobis binum facundo famine biblum
Edidit, antiquas promulgans ore loquelas,
Quas Enoch priſco deſcripſit tempore vates,
Ante rapax mundum quam pontus flecteret undis;
Dicens, ecce venit Dominus cum millibus almis,
Ponere judicium cunctis habitantibus orbem,
Quos nubes appellat aqua ſtillante carentes
Frigida quas rapidis diſpergunt flamina ventis,
Nec non arboribus ſterili de ſtipite natis
Comparat autumni, quem fructum tempore perdunt;
Sicque ſpumiferis undarum fluctibus æquat.
Errabunda vocans cœlorum ſidera fontes,
Quis ſervata reſtat tenebroſis pœna procellis,
Nymphiferas gentes, & ponti barbara regna,
Judas ad Dominum doctrinis flexerat almis
Cujus in Armenia ſopitum morte cadaver,
Exreſurrecturus fatali fine quieſcit,
Sed tamen ætherias luſtrat nunc Spiritus arces.

Hic Fortunatus XII. Apoſtolos pro peccatis ſuis orat.

IAmjam bis ſena digeſſi nomina patrum,
E quibus altithrono converſus credidit orbis;
Hos precibus verna crebris & pectore pulſo
Ut mihi clementer noxarum pondera laxent,
Et veniam dantes commiſſa piacula ſolvant,
Quatenus in requiem divino munere fretus,
Ultimus ingrediar Chriſto regnante per æthra.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Matthias Apoſt.

Item de Matthia Apoſtolo, quem Deus elegit ſorte pro Juda.

HOc ſacer obſervat delubrum Matthias almum,
Unus qui fertur de ſeptuaginta fuiſſe
Diſcipulis Domini, ſacrum qui dogma docebat.
Quem Deus electum ſignavit ſorte ſuperna
Dum Judas Scarioth ſtropha deceptus iniqua
Culmen Apoſtolici celſum perdebat honoris,
Atque fibras olidas tetro cum viſcere fudit,
Dum crepuit medius laqueo ſuſpenſus ab alto,
Qui Dominum lucis redimentem ſanguine ſæcla
Vendidit, ut cupidus fulvum numiſma capeſſat,
Matthias idcirco ſpreto latrone nefando,
In Domino fretus numerum ſupplevit eundem
Junctis Apoſtolicis gratatur jure triumphis.

Incipit Pſalmus.

QUam bonum ecce ſimul fratres concorditer omnes
Eſt habitare pios, capitis ceu vertice quondam,
Limpida fomenti fundunt velamina pepli,
Udaque roriflui veluti cacumina collis,
Hermon & Syon, humeſcunt roſcida rura,
Illic perpetuo pollebunt munera patris,
Vitaque fine tenus durat per ſæcula ſoſpes.

Oratio Dominica.

OMnipotens auctor cœli regnator in aula.
Sanctificetur honore tuum laudabile nomen,
Longe repulſo hoſte qui nos livore fatigat,
In terriſque fiat noſtris tua clara voluntas,
Sic veneranda poli qualis in culmine conſtat,
Summe pater, nobis panem concede diurnum
Donec noſtra fides meritum ſuccreſcat in almum.
Plura quæ facimus nobis delicta remitte,
Ut veniam dantes laxemus debita fratrum,
Naturam noſtram mala non tentatio frangat,
Non ſuperet, laqueos ne inducas hoſtis iniqui,
Ergo mali magnis tu nos defende periclis.
Ut mereamur inire tui alta ad præmia regni.
Iſta quidem lector qui ſim cognoſce loquela.

Aliud.

HArtperto ſuperi ſepto diademate regni
Virtutum vitam gradibus qui ſcandis honeſtam,
Servitio Domini nunquam marceſcis in omni
Pectore ſub fido devotus nuntiat, N.
Omnia quæ fieri poſſunt famulaminis ulli,
Cum precibus fidis ſimul omnia tota ſalutis,
Reſponſum veſtri jamjam veniſſe cupivi,
Tale quod ex vobis referat ſolamina nobis.
Vos ego vos verè dubito qui velle replere,
Auribus ut veſtri dixere notamina noſtri,
Vel melius fari, vel prorſus poſco negari,
Cordis ut ambigui cito poſſint vincula ſolvi.
Sicut gaudet avis lætantur garrula ramis,
Corpore ſic veſtro gratulabor ſoſpite viſo,
Hæc rogo verus amor, jungat non dividat error.

ΔΙΣΤΙ-

Digitized by Google

ΔΙΣΤΙΧΟΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝ ΤΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

PAtri dilecto virtutum flore ſereno
*Mathytes fidus optat ubique decus.
Si mihi millenis fluerent modulamina bombis
Non poſſent tanti digna ſonare tibi.
Quem tamen ut potero devoto pectore laudo,
Laudandum merito vociferante ſono.
Te cum ſymphoniis modulentur lymmata ternis.
Armoniæque decus conſonet omne tibi.
Teſſara cum modulis conflentur in organa trinis
Nunc tibi dyplaſium, nunc diapente ſonet.
Te per grandiſonas laudet moderator hydraulas
Colchica formetur ex adamante tibi.
Laudent concordes ſueto te more ſorores,
Eſt quorum numerus bis quater atque ſemel.
Quæ teſtante mytho volitantes alite multo
Auricomo comites intonuere polis.
Uſibus una meis tantum reſtabat in arvis,
Quam vexit cygnus tardus ad iſtud opus.
Quæ mecum luteas interverſando paludes
Edocet in laude evigilare tua.
Denique veridicus varios felixque miſellus,
Amnes aſtrivagi prodiderat numeri.
Quorum jam reliquis quadam de parte remotis
Extima nos duri, afficit unda vadi.
Gurgite quo geminis tantum circumdata cygnis
Noſtra Thalia ſedet, frigoribuſque riget.
Denique candidulas nigro ſub gurgite pennas
Obſordere dolet, cum dolor alter abeſt.
His uſura foret cum flumen lactis adeſſet
Hinc alios comites poſtulat hicce ſibi.
Cornicem alpinam ſi quis tranſmittat ad illam
Strimoniamve gruem, munera grata dabit.
Illi cum crotalis, tinnitibus atque lyrarum
†Treicium ſuperans, clangeret ipſa vacans.
Artibus omnigenis rutilans ô nomine dulcis
Hoc opere ut tibimet obſecro care vacet.
Nomen namque tuum recolit plus omnibus unum
Perdia quod memorat, nocteque connumerat.
Attamen indubitans iſtæc ut tu mihi credas.
Aſpice quæ ſcripſit ipſa magiſtra tibi.

* *matheta.* discipulus.

* *Threicium.*

Verſus Thaliæ ad eundem.

COmpar amande vale, noſtri decus inclyte ſalve,
Quem nobis aptum facit experientia rerum,
Artibus in noſtris qui non æquandus haberis.
Namque tuum nomen mihi ſemper amabile lumen,
Noctes atque dies mecum verſabitur omnes
Quod ſtringens numeris cœleſtis ad inſtar honoris,
Compono certis manifeſtans cognita rythmis,
Cujus frons quinis, decieſque recognita quinis,
Dat lateri triadem decadem ter denique ſigna.
Denique bis binis ipſo de nomine ſumptis
Litterulis quadrum ſigno per climata mundum
Mox totidem reliquis ductis exinde elementis
Quattuor in mundum ſpargentes dogmata latum,
Signantur proceres, Chriſti documenta notantes,
At tu ſi cautus hæc bina quadrangula cernis,
Bis centum numeros adjectis quinque notabis,

Quos

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Quos per ſeptenos ſollers ſi dividis orbes:
Sunt duo quæ reſtant geminam ſignantia pacem,
Eptas, nam totidem deſignat dona ſuperna,
Sed ſi pentagonum cernis per grammata primum
Quodam cum phthongo reſonat ceu nuntius alti,
Ternæ litterulæ reſtant de nominis arce,
Quas fidei ſanctæ ternarius offerat ipſe,
Aſpice nunc clarum frater nomenque ſerenum,
Gaudens cum Domino felix, noſtrique memento.

FINIS Carminum STRABI,

quæ erant in Manuſcripto Codice S. Galli.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

HORTULUS
EJUSDEM
WALAFRIDI STRABI

AD LECTOREM
CANISIUS.

ETSI Hortulus iſte Strabi jam olim fuit evulgatus, hic tamen denuo publicare libuit, ut Poëmata Strabi, quoad fieri poteſt, tandem unum in corpus colligantur. Utinam S. Galli vitam ab eodem carmine ſcriptam addere licuiſſet! Sed, ut initio profeſſi ſumus, abſterruit nos codex vitioſiſſime exaratus, ex quo te non magis expedias, quam ex turbatis vento foliis Sibyllæ. Ut autem noveris quis ſit iſte Grimaldus, cui Hortulum hunc Strabus conſecrat, placet adſcribere, quæ de illo notavit R. P. Jodocus Metzlerus Monaſterii S. Galli profeſſus. Ait ergo: Grimaldum Archicapellanum ſuum, Clericum Grimaldus *ſæcularem, Ludovicus Auſtraſiæ Rex in locum Engelberti defuncti Abbatis ſubſtituit anno Domini* 841. *ut habet M. S. Chronicon, vel, ut alii,* 842. *Hic Abbas admodum bene Monaſterio præfuit: non tam in temporalium, quam regularium, divinarumque rerum cura, &c. Excitavit Grimaldus Oratorium S. Othmari, & eò corpus illius de Eccleſia S. Galli per Salomonem Epiſcopum Conſtantienſem tranſtulit Anno Domini* 867. *die VIII. Kalend. Octob. Indict.* 1. *Ab hoc Abbate in Monaſterium receptus eſt S. Notkerus parvulus; ſub eodemque empti ſunt & ſcripti multi optimi libri magnis ſumptibus. Erant item interior Monachorum, & exterior ſæcularium in Monaſterio celeberrimæ Scholæ, in quibus & Principum & Nobilium filii accurate inſtituebantur. Obiit Anno* 872. *cum præfuiſſet annis* 31. *Et ſepultus eſt, ut colligo ex ſequenti Epitaphio in Templo S. Othmari, aliud enim condidiſſe non legitur. Epitaphium hoc eſt:*

Hic manet interius divinæ legis amator
Grimuualdus humilis, templum hoc qui condere juſſit.

Sæc. IX. Anno 840.

HORTULUS
WALAFRIDI STRABI
AD
GRIMALDUM
COENOBII S. GALLI ABBATEM.

Præfatio.

PLurima tranquillæ cum ſint inſignia vitæ,
Non minimum eſt, ſi quis Peſtanæ deditus arti,
Noverit obſcœni curas tractare Priapi.
Ruris enim quæcunque datur poſſeſſio, ſeu ſit
Putris, harenoſo qua torpet glarea tractu:
Seu pingui molita graves uligine fœtus,
Collibus erectis alte ſita, ſive jacenti
Planicie facilis clivo, ſeu vallibus horrens,
Non negat ingenuos olerum progignere fructus:
Si moda non tua cura gravi compreſſa veterno,
Multiplices olitoris opes contemnere ſtultis
Auſibus aſſueſcit, calloſaſque ære diurno
Detrectat fuſcare manus, & ſtercora plenis
Vitat in arenti diſponere pulvere quallis.
Hæc non ſola mihi patefecit opinio famæ
Vulgaris, quæſita libris nec lectio priſcis,
Sed labor & ſtudium, quibus ocia longa dierum
Poſtpoſui, expertum rebus docuere probatis.

Culturæ initium. II.

BRuma ſenectutis vernacula totius anni
Venter, & ampliflui conſumptrix ſæva laboris:
Veris ubi adventu terrarum pulſa ſub imas
Dilituit (a) latebras, veſtigiaque horrida avaræ
Ver hyemis, reduci rerum delere pararet
(b) Stemmate, & antiquo languentia rura nitori
Reddere, ver orbis primum caput & decus anni.
Purior aura diem cum jam reſerare ſerenum
Inciperet, zephyroque herbæ floreſque ſequuti
Tenuia porrigerent radicis acumina, cæco
Tecta diu gremio, canaſque exoſa pruinas.
Cum ſylvæ foliis, montes quoque gramine pingui,
Prataque conſpicuis vernarent læta virectis.
Atriolum, quod pro foribus mihi parva patenti
Area veſtibulo Solis convertit ad ortum,
Urticæ implerunt, campique per æquora parvi
Illita ferventi creverunt tela veneno.
Quid facerem? tam ſpiſſus erat radicibus infra
Ordo catenatis, virides ut texere lentis
Viminibus crates ſtabuli ſolet arte magiſter:
Ungula cornipedum ſi (quando humore nocetur

(a) f. delituit. Hanck. n. MS.
(b) id eſt, corona. id.

Col-

Digitized by Google

Collecto) putres imitatur marcida fungos.
Ergo moras rumpens Saturni dente, latentes
Aggredior glebas: torpentiaque arva, revulsis
Sponte renascentum complexibus urticarum
Erigo, & (a) umbriculis habitata cubilia talpis
Diruo, lumbricos revocans in luminis oras.
Inde Noti coquitur flabris Solisque calore
Areola, & lignis ne diffluat obsita quadris
Altius à plano modicum resupina levatur,
Tota minutatim rastris contunditur uncis,
Et pinguis fermenta fimi superinstinuatur.
Seminibus quædam tentamus oluscula, quædam
Stirpibus antiquis priscæ revocare juventæ.
Denique vernali interdum conspergitur imbre
Parva seges, tenuesque fovet præblanda vicissim
Luna comas, rursus si quando sicca negabant
Tempora roris opem, culturæ impulsus amore
(Quippe siti metuens graciles torpescere fibras)
Flumina pura cadis inferre capacibus acri
Curavi studio, & propriis infundere palmis
Guttatim, ne (b) forte velocior impetus undas
Ingereret nimias, & semina jacta moveret.
Nec mora germinibus vestitur tota tenellis
Areola, & quanquam illius pars ista sub alto
Arescat tecto, pluviarum & muneris expers
Squalleat aërei: pars illa perennibus umbris
(c) Diffugiat solem: pars hæc quia celsior, ignei
Syderis accessum lateris neget obice duri:
Non tamen ulla sibi fuerant quæ credita pridem
Spe sine crementi pigro sub cespite clausit.
Quin potius quæ sicca ferè, translata subactis
Suscepit scrobibus, redivivo plena virore
Restituit, reparans numeroso semina fructu.
Nunc opus ingeniis, docili nunc pectore & ore,
Nomina quo possim viresque attingere tantæ
Messis, ut ingenti res parvæ ornentur honore.

SÆC. IX. ANNO 840.

(a) umbricolis. Hanck. n. MS.

(b) ne fors. Hanck. n. MS.

(c) defugiat, aut refugiat. id.

Salvia. III.

ELelifagus prima præfulget honore locorum,
Dulcis odore, gravis virtute, atque utilis hausti.
Pluribus hæc hominum morbis prodesse reperta,
Perpetuo viridi meruit gaudere juventa.
Sed tolerat civile malum: nam sæva parentem
Progenies florum, fuerit ni dempta, perurit,
Et facit antiquos defungier invida ramos.

Ruta. IV.

HOc nemus umbriferum pingit viridissima rutæ
Sylvula cæruleæ, foliis quæ prædita parvis
Umbellas jaculata breves, spiramina venti,
Et radios Phœbi, caules transmittit ad imos,
Attactuque graves leni dispergit odores.
Hæc cum multiplici vigeat virtute medelæ,
Dicitur occultis adprime obstare venenis,
Toxicaque invasis incommoda pellere fibris.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Abrotonum. V.

NEc minus abrotoni promptum eſt mirarier alte
Pubentis frutices & quas inſpicat ariſtas
Ramorum ubertas, tenues imitata capillos.
Hujus odoratum lento cum vimine crinem
Pæoniis carptum prodeſt miſcere medelis.
Febribus obſtat enim, telum fugat, adjuvat artus
Quos incerta premit furtivæ injuria guttæ.
Præterea tot habet vires, quot fila comarum.

Cucurbita. VI.

HAud ſecus altipetax, ſemente (*a*) cucurbita vili
Aſſurgens, parmis foliorum ſuſcitat umbras
Ingentes, crebriſque jacit retinacula ramis.
Ac velut ulmum hedera implicuit cum frontibus altam
Ruris abuſque ſinu toti ſua brachia circum
Laxa dedit ligno, ſummumque ſecuta cacumen
Corticis occuluit viridi tutamine rugas:
Aut arbuſtivum vitis genus, arbore cum ſe
Explicuit quavis, ramorumque alta corymbis
Veſtiit, & propria ſurſum ſe ſponte levavit.
Viſitur ergo rubens aliena in ſede racemus
Dependêre, premit tabulata virentia Bacchus,
Pampinus & frondes diſcernit latior altas.
Sic mea ſic fragili de ſtirpe cucurbita ſurgens
Diligit appoſitas ſua ſuſtentacula furcas,
Atque amplexa ſuas uncis tenet unguibus alnos.
Ne vero inſano divelli turbine poſſit,
Quot generat nodos, tot jam retinacula trudit.
Et quoniam duplicem producunt ſingula funem,
Undique fulturam dextra lævaque prehendunt.
Et velut infuſum nentes cum penſa puellæ
Mollia trajiciunt, ſpiriſque ingentibus omnem
Filorum ſeriem pulchros metantur in orbes,
Sic vaga tortilibus ſtringunt amenta cathenis
Scalarum, teretes involvuntque illico virgas,
Viribus & diſcunt alienis, tecta cavarum
Ardua porticuum volucri ſuperare (*b*) natatu.
Jam quis poma queat ramis pendentia paſſim
Mirari digne? quæ non minus undique certis
Sunt formata viis, quam ſi tornatile lignum
Inſpicias medio raſum, quod mymphure conſtat.
Illa quidem gracili primum demiſſa flagello
Oblongo, tenuique ferunt ingentia collo
Corpora tum vaſtum laxatur in ilia pondus,
Totum venter habet, totum alvus, & intus aluntur
Multa cavernoſo ſejunctim carcere grana,
Quæ tibi conſimilem poſſunt promittere meſſem.
Ipſis quin etiam teneri ſub tempore fructus
Ante humor quam clauſa latens per viſcera ſero
Autumni adventu rareſcat, & arida circum
Reſtiterit cutis, inter opes tranſire ciborum
Sæpe videmus, & ardenti ſartagine pinguem
Combibere arvinam, & placidum ſegmenta ſaporem
Ebria multoties menſis præſtare ſecundis.
Si vero æſtivi ſinitur ſpiramina Solis
Cum genitrice pati, & matura falce recidi.
Idem fœtus in aſſiduos formarier uſus
Vaſorum poterit, vaſto dum viſcera ventre
Egerimus, facili radentes ilia torno.

(*a*) ingenioſum eſt illud caput de cucurbita, nec a melioribus autoribus melius concinnatum videtur. Barthius.

(*b*) Meatu, Hanck.

No-

Digitized by Google

Nonnunquam hac ingens ſextarius abditur alvo, Sæc. IX. Anno 840.
Clauditur aut potior menſuræ portio plenæ
Amphora, quæ piceo linitur dum glutine, ſervat
Incorrupta diu generoſi dona Lyei.

Pepones. VII.

HOc ſimul in ſpatio, campo quo figitur imis
Hæc tam læta ſeges, vili quam carmine pinxi,
Viſitur alterius vitis genus acre, per æquor
Serpere pulvureum, & fructus nutrire rotundos
Pomorum. hæc ſpecies terræ ſuper arida vulgo
Tecta jacens, crementa capit pulcherrima, donec
Solibus æſtivis flavos intincta colores
Meſſoris calathos matura fruge replerit.
Tum videas aliis oblongo ſtemmate ventrem
Demiſſum, nucis aut ovi verſatilis inſtar:
Vel qualis manibus quondam ſuſpenſa ſupinis
Lucet, agens circum (a) lomenti bulla ſalivam
Ante recens maceratur aquis quàm ſpuma refuſis,
Dum lenteſcit adhuc digitis luctantibus, & ſe
Alternis vicibus, ſtudioque fricantibus uno
Inter utramque manum, parvo fit parvus hiatu
Exitus: huc ſtricto lenis meat ore Noti vis.
Diſtenditque cavum vitrea ſub imagine pondus,
Et centrum medio confingit labile fundo.
Undique conveniat cameri quo inflexio tecti.
Ergo calybs hujus penetrat dum viſcera pomi,
Elicit humoris largos cum ſemine rivos
Multiplici: tum deinde cavum per plurima tergus
Fruſta manu ſpargens hortorum lætus opimas
Delicias conviva capit, candorque ſaporque
Oblectant fauces: nec duros illa molares
Eſca ſtupere facit, facili ſed manſa voratu
Vi naturali frigus per viſcera nutrit.

(a) id eſt Segmenti Barthius.

Abſynthium. VIII.

PRoximus abſynthi frutices locus erigit acris.
Herbarum matrem ſimulantes vimine lento.
In foliis color eſt alius, ramisque odor alter
Puberibus, longeque ſaporis amarior hauſtus.
Ferventem domuiſſe ſitim, depellere febres
Hoc ſolet auxilium clara virtute probatum.
Si tibi præterea caput acri forte dolore
Pulſetur ſubito, vel ſi vertigo fatiget,
Hujus opem rimare, coquens frondentis amaram
Abſynthi ſylvam, tum jura lebete capaci
Effunde, & capitis perfunde cacumina ſummi.
Quo poſtquam ablueris graciles humore capillos,
Devinctas frondes, ſuperimpoſuiſſe memento.
Tum mollis fotos conſtringat faſcia crines,
Et poſt non multas elapſi temporis horas
Hoc inter reliquas ejus mirabere vires.

Marrubium. IX.

QUid referam juxta poſiti, nimiumque potentis
Marrubii non vile genus, licet acrius ora
Mordeat, & longe guſtum disjungat odore.
Dulce enim olet, non dulce ſapit, ſed pectoris ægros
Comprimit angores, triſti dum ſumitur hauſtu,
Præcipue talis caleat ſi potus ab igni,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Et cænam cyathis cogatur claudere crebris,
Si quando infenſæ quæſita venena novercæ
Potibus immiſcent, dapibusve aconita doloſis
Triſtia confundunt, extemplo ſumpta ſalubris
Potio marrubii, ſuſpecta pericula preſſat.

Fœniculum. X.

NEc marathri taceatur honor, quod ſtipite forti
Tollitur, & late ramorum brachia tendit,
Dulce ſatis guſtu, dulcem ſatis addit odorem.
Hoc oculis quos umbra premit prodeſſe loquuntur.
Hujus item ſemen, fœtæ cum lacte capellæ
Abſumptum, ventris fertur mollire tumorem,
Cunctantiſque moras diſſolvere protinus alvi.
Præterea radix marathri commixta liquori
Lenæo, tuſſim percepta repellit anhelam.

Gladiola. XI.

TE neque tranſierim Latiæ cui libera linguæ
Nomine digladii nomen facundia finxit.
Tu mihi purpurei progignis floris honorem,
Prima æſtate gerens violæ jucunda nigellæ
Munera, vel qualis menſa ſub Apollinis alta
Inveſtis pueri pro morte recens Hyacinthus
Exiit, & regis ſignavit vertice nomen.
Radicis ramenta tuæ ſiccata fluenti
Diluimus contuſa mero, ſævumque dolorem
Veſicæ premimus tali, non ſecius, arte.
Pignore ſullo tuo, lini candentia texta
Efficit ut (a) rigeant, dulceſque imitentur odores.

(a) vigeant. Barth.

Libiſticum. XII.

INter odoratam memorare lybiſtica ſylvam
Fortia, ſuadet amor parvi diffuſior horti.
Hoc germen ſucco quamvis & odore, gemellis
Orbibus officere, & tenebras inferre putetur,
Semina ſæpe tamen quæſitis addere curis
Parva ſolent, famamque aliena laude mereri.

Cærefolium. XIII.

QUæ tot bellorum, tot famoſiſſima rerum
Magnarum monumenta ſacro pia conficis ore,
Exiles Erato non dedignare meorum
Divitias olerum verſu perſtringere mecum.
Infirmis diviſa licet Macedonia ramis
Spargitur, & crebris ignobile ſemen ariſtis
Sufficit, illa tamen toto reparabilis anno
Pauperiem largo ſolatur munere plebis
(b) Indignæ, nec non reſtringere ſanguinis undas
Corpore diffuſas, facili ſolet obvia guſtu.
Illa quoque infeſto venter dum forte dolore
Turbatur, fomenta ſuper non irrita ducit,
Puleium ſibimet frondesque papaveris addens.

(b) indiguæ Barth.

Lilium. XIV.

LIlia quo verſu candentia, carmine quove
Jejunæ macies ſatis efferat arida muſæ?

Quo-

Digitized by Google

Quorum candor habet nivei ſimulachra nitoris.
Dulcis odor, ſylvas imitatur flore Sabeas.
Non parius candore lapis, non nardus odore
Lilia noſtra premit: nec non ſi perfidus anguis
Ingenitis collecta dolis ſerit ore venena
Peſtifero, cæcum per vulnus ad intima mortem
Corde feram mittens, piſtillo lilia præſtat
Commacerare gravi, ſuccosque haurire falerno:
Si quod contuſum eſt ſummo liventis in ore
Ponatur punctim, tum jam dinoſcere vires
Magnificas hujuſce datur medicaminis ultro.
Hæc & jam laxis prodeſt contuſio membris.

Papaver. XV.

ET cereale quidem nugarum in parte papaver
Hac memorare placet, quod raptæ mœſta puellæ
Mater ut immenſis optata oblivia mentem
Exuerent curis, fertur Latona voraſſe.
Hoc ſimul auxilio carbunculus, ater ab imo
Pectore qui ructus nimium convolvit amaros
Oris aduſque fores, reprimi perſæpe videtur.
Hujus ad alta caput, granorum ſemine fœtum
Protento fragilique ſolet ſe tollere collo,
Inque modum mali, regio cui Punica nomen
Indidit, unius patulo ſub pellis amictu
Grana celebrandæ virtutis plurima claudit.
Deque ſono mandentis habet formabile nomen.

Sclarea. XVI.

HIc umbroſa novos inter Sclarea virores,
Stipite (a) prævalido aſſurgens, ramoſque comasq;
Altius extollit: quæ quamvis rarius ulli
Quæſita auxilio, medicorum penè putetur
Effugiſſe manus, dulci tamen indita caldæ
Et vires & odorati fermenta ſaporis
Præſtat, eam juxta hortenſis non extima coſti
Sylva latet, ſtomachique moras ventremque ſalubri
Provocat auxilio, radicis munere coctæ.

(a) Sclarea noſtra non aſſurgit ſtipite. Scriverius not. MS.

Mentha. XVII.

NEc mihi defuerit vulgaris copia menthæ
Multa per & genera & ſpecies diverſa coloreſque
Et vires: hujus quoddam genus utile vocem
Rauciſonam claro rurſus redhibere canori
Poſſe putant, ejus ſuccos ſi fauce vorarit
Jejuna, quem crebra premens raucedo fatigat,
Eſt aliud præpingue genus hujuſce frutecti,
Quod jam non parvi diffundat germinis umbras,
Celſa ebuli ſed more petens, à ſtipite forti
Undique majores foliorum porrigat alas,
Quis odor alter ineſt, pauloque immitior hauſtus,
Sed ſi qui vires, ſpecies, & nomina menthæ
Ad plenum memorare poteſt, ſciat ille neceſſe eſt
Aut quod Erythreo volitent in gurgite piſces,
Lemnius aut altum quot in aëra Mulciber ire
Scintillas vaſtis videat fornacibus Ætnæ.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

Puleium. XVIII.

NOn patitur cunctas anguſtia carminis hujus
Pulei virtutes celeri comprendere verſu.
Hoc apud Indorum tanti conſtare peritos
Fertur, apud Gallos quanti valet Indica nigri
Congeries piperis. quis jam dubitare ſinetur
Hac herba plures leniri poſſe labores?
Quam pretiis inhianter emit ditiſſima tantis
Gens, hebenoque auroque fluens, & mira volenti
Quæque ferens mundo. ô magni laudanda tonantis
Virtus & ratio, nullis quæ munera terris
Larga ſuæ non pandit opis. quæ rara ſub iſto
Axe videre ſoles, aliis in partibus horum
Copia tanta jacet, quantam viliſſima tecum
Efficiunt: rurſus quædam quæ ſpreta videntur
Forte tibi, magno mercantur ditia regna,
Altera ut alterius potiatur fœnore tellus,
Orbis & in toto per partes una domus ſit.
Pulejum quàm decoctum curabit amice
Et potu & fotu ſtomachum (mihi crede) morantem.
Dum canimus quæ certa gravi ratione tenemus,
Quædam audita, & jam vero miſcere cothurno
Fas uſuſque ſinit: ramum conjungito pulei
Auriculæ, ne forte caput turbaverit æſtus
Solis in aërio ſi te perflarit aperto.
Quod niſi me currens deponere vela Thalia
Cogeret, ac tandem portus intrare moneret.
Hinc tibi multiplices poteram decerpere flores.

Apium. XIX.

QUamvis in noſtris apium vileſceret hortis,
Et ſolito id multi prodeſſe ſapore notarent,
Plura tamen propriis medicamina viribus, acri
Exhibet auxilio, cujus ſi trita capeſſas
Semina, torquentes urinæ frangere tricas
Dicitur, ipſum etiam tenero cum germine manſum
Concoquit errantes ſtomachi penetralibus eſcas.
Corporis hunc regem turbans ſi nauſea vexet,
Mox apium lympha triſtique bibatur aceto,
Paſſio tum celeri cedet devicta medelæ.

Bettonica. XX.

MOntibus & ſylvis, pratis & vallibus imis
Bettonicæ pretioſa licet collectio cunctis
Penè locis ſuperet paſſim, tamen hanc quoque noſter
Hortus habet, cultaque docet manſueſcere terra.
Hæc tantum meruit generali nomine laudis,
Ut ſi quid mea Muſa velit ſuperaddere, tandem
Mole operis devicta ſui, jam ſentiat, illa
Utilitate minus quicquid deprompſerit eſſe.
Hanc viridem ſi forte tuos coneris in uſus
Carpere, ſiccatamve hyemi deponere pigræ,
Turbida ſive tuas oblectant pocula fauces,
Seu potius longo tibi defecata labore
Dona placent, hujus virtus mirabilis herbæ
Omnia ſufficiet, quam quoſdam pendere tanti
Novimus, ut contra, totum ſi injuria corpus
Impetit interius, muniri viribus ejus

Seſe

Digitized by Google

Seſe poſſe rati, ſoleant haurire diebus
Continuis hoc acre genus medicaminis almi.
Præterea caput infeſto ſi vulnere fractum
Tabuerit, tum crebra terens imponito ſacræ
Tegmina bettonicæ, ſtatim mirabere vires
Illius, in ſolidum fuerit dum clauſa cicatrix.

Agrimonia. XXI.

HIc quoque Sarcocolam, campos quæ plurima paſſim
Veſtit, & effœtis ſylvarum inventa ſub umbris
Naſcitur, ordinibus facile eſt diſcernere pulchris.
Hæc præter varium latæ virtutis honorem,
Trita domat ventris prædirum & pota dolorem.
Si quæ forte calybs infenſus vulnera membris
Indiderit noſtris, hujus tentare jubemur
Auxilium, partique imponere tonſa patenti
Germina, maturum nacturi hac arte vigorem,
Si tamen addatur mordens cataplaſmati acetum.

Ambroſia. XXII.

HAud procul Ambroſiam vulgo quam dicere mos eſt
Erigitur, laudata quidem, ſed an iſta ſit illa
Cujus in antiquis creberrima mentio libris
Fit, dubium eſt multis. Medici tamen arte ſuapte
Hanc utcunq; colunt, tantumque hæc ſanguinis hauſta
Abſumit, quantum potus ingeſſerit alvo.

Nepeta. XXIII.

HErbarum in numero, quas hortulus ille recenti
Semper prole creat, nepetæ non ſegnior exit
Surculus, urticam foliis ſimulantibus, alto
Vertice pergratum late largitus odorem.
Hæc variis olim morborum accommoda curis,
Non extrema alias inter decernitur herbas.
Hujus enim ſuccus, roſeo commixtus olivo,
Efficit unguentum, læſæ quod vulnera carnis
Atque cicatricum deformia ſigna novarum
Poſſe abolere ajunt, priſco reparare nitori,
Et revocare pilos plagæ quos forte recentis
Peſtis hiulca tulit, ſanie taboque peroſos.

Raphanus. XXIV.

HInc raphanum radice potens, ſatoque comarum
Tegmine ſublatum, extremus facit ordo videri.
Cujus amara ſatis, quatienti viſcera tuſſim,
Manſa premit radix: triti quoque ſeminis hauſtus
Ejuſdem vitio peſtis perſæpe medetur.

Roſa. XXV.

JAm niſi me feſſum via longior indupediret,
Scrupeus atque novi tereretur carminis ordo,
Debueram viburna roſæ pretioſa metallo
Pactoli & niveis Arabum circundare gemmis.
Hæc, quia non Tyrio Germania tingitur oſtro,
Lata nec ardenti ſe Gallia murice jactat,
Lutea purpureis reparat crementa quotannis,
Ubertum floris, tantum qui protinus omnes
Herbarum viciſſe comas, virtute & odore

SÆC. IX. ANNO 840.

Dicitur, ut merito florum flos esse feratur.
Inficit hic oleum proprio de nomine dictum,
Quod quàm sæpè fiat mortalibus utile curis,
Nec meminisse potest hominum, nec dicere quisquam.
Huic famosa suos opponunt lilia flores,
Longius horum & jam spirans odor imbuit auras.
Sed si quis nivei candentia germina fructus
Triverit, aspersi mirabitur illicet omnem
Nectaris ille fidem celeri periisse meatu.
Hoc quia virginitas fama subnixa beata
Flore nitet, quam si nullus labor exagitarit
Sordis, & illiciti non fregerit ardor amoris,
Flagrat odore suo. Porrò si gloria pessum
Integritatis eat, fateor, mutabit odorem.
Hæc duo namque probabilium genera inclyta florum
Ecclesiæ summas signant per sæcula palmas
Sanguine martyrii carpunt quæ dona rosarum,
Liliaque in fidei gestant candore nitentis.
O mater virgo, fœcundo germine mater,
Virga fide intactâ, sponsi de nomine sponsa,
Sponsa, columba, domus, regina, fidelis amica,
Bello carpe rosas, læta arripe lilia pace,
Flos tibi sceptrigero venit generamine Jesse,
Unicus antiquæ reparator stirpis & auctor.
Lilia qui verbis vitaque dicavit amœna,
Morte rosas tingens, pacemque & prælia membris
Liquit in orbe suis, virtutem amplexus utramque,
Præmiaque ambobus fervans æterna triumphis.

Dicatio Opusculi.

HÆc tibi servitii munuscula vilia parvi
Strabo tuus, Grimalde pater doctissime, servus
Pectore devoto, nullius ponderis offert.
Ut cum conseptu viridis consederis horti
Super opacatas frondenti germine malos,
Persicus imparibus crines ubi dividit umbris,
Dum tibi cana legunt tenera lanugine poma
Ludentes pueri, schola lætabunda tuorum,
Atque volis ingentia mala capacibus indunt;
Grandia conantes includere corpora palmis:
Quo moneare habeas nostri pater alme laboris
Dum relegis quæ dedo volens, interque legendum
Ut vitiosa seces deposco, placentia firmes.
Te Deus æterna faciat virtute virentem,
Immarcescibilis palmam contingere vitæ,
Hoc pater, hoc natus, hoc spiritus annuat almus.

FINIS.

Digitized by Google

WALAFREDI
ABBATIS
SERMO
SEU
TRACTATUS
DE
SUBVERSIONE
HIERUSALEM;

In Cap. XIX. Evangelii S. Lucæ.

EX

Membranis celeberrimi Monaſterii S. Galli primùm in lucem erutus à

CANISIO.

Digitized by Google

CANISIUS
AD
LECTOREM.

CODex calamo exaratus Auctorem istum Walafredum *Abbatem vocat: quem non dubito fuisse Walafridum celebrem illum Scriptorem, de quo Trithemius in libro de illustribus Viris Germaniæ, & in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, nam & in indice ejusdem Codicis, ubi sigillatim percensetur, quæ monumenta in ea contineantur, diserte scriptum est:* Walafridi Abbatis. *Cujus exstant aliquot insignia monumenta, exstabuntque, ut spero, & nostra, & aliorum ope & opera, propediem plura.*

DE

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

DE SUBVERSIONE HIERUSALEM

WALAFREDI ABBATIS.

QUantum Dominus Omnipotens de profectu hominum gaudeat, quantumve de illorum ruina condoleat, ex multis locis Scripturæ ſacræ, præcipuè tamen ex præſenti lectione cognoſcere poſſumus. Denique cum Judæi vellent Dei Filium interficere, & de ejus interitu tractarent, ipſe ut pius pater eorum perditionem deflebat. Nam cum Dominus Judæos ſe quærentes interficere deflet, patulò oſtendit, quantum de profectu humani generis gaudeat, qui tunc de futura longè poſt nece Judæorum dolebat. Narrat ſuperiùs Evangelii textus, quomodo Dei Filius miſerit diſcipulos pro pullo aſinæ, cui inſidens Hieruſalem venerit, quando cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudentes laudare Dominum voce magna, ſuper omnibus quas viderant virtutibus dicentes: *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis.* Et quidam Phariſæorum dixerunt ad illum: *Magiſter, increpa diſcipulos tuos.* Quibus ipſe ait: *Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.* Juxta hæc verba ſubjungit Lucas Evangeliſta: *Et ut appropinquavit Jeſus Hieruſalem, videns civitatem flevit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognoviſſes, & tu,* condolebat Dominus interitum perfidæ civitatis, quem neſciebat ipſa ſibi eſſe venturum. Non exiſtimandum eſt, quod fleverit Dominus pulchra mœnia civitatis, aut ædificia murorum, aut altitudines turrium, ſed per metaphoram habitatores deflet civitatis. Eſt autem metaphora tropus, ut Græcorum, ac Latinorum docet peritia, per quem Scriptura plerumque loqui videtur; ſcilicet per * inhabitantem ad habitantem, per irrationalem ad rationalem, per inanimalem ad animalem. Omittamus cætera, dicendo de præſentibus; Per † inhabitantem ad habitantem, ſicut hoc in loco; & ſicut alibi Dominus dicit: *Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.* Sicut enim ibi, ita & hîc, non ſuper Hieruſalem flevit, ſed ſuper habitatores ejuſdem civitatis, quibus à flente Domino dicitur: *Quia ſi cognoviſſes & tu,* ſubauditur, *fleres. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* In die enim ſua perverſa civitas, ea, quæ ad pacem ſibi erant, habebat; quia extollebatur in honoribus, gloriabatur in facultatibus, lætabatur in divitiis, in abundantia rerum, in fæcunditate prolis, & in ſanitate corporum. Et quia, quæ ad pacem præſentem pertinebant, habebat, futuram rixam non prævidebat. Unde & rectè ſubditur; *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis:* Præſens quippe gaudium futuram tribulationem afferebat. De qua tribulatione rectè ſubinfertur; *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eò quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.*

Christus lachrimatur ſuper Jeruſalem.

Luc. 19.

Ibidem.

Ibidem.

Metaphora quid.

* inhabitatum.

† inhabitatum.

Matth. 23.

Luc. 19.

Ibidem.

Ibidem.

Qualiter autem hæc verba juxta litteram impleta ſint, in ſubverſione ejuſdem civitatis, & populi Judaïci, Joſephus Hiſtoriographus pleniter narrat, qui inter cætera quoque commemorat, qualiter venerunt duo Principes Romanorum, Veſpaſianus, & Titus, pater & filius cum manu bellica ad ſubverſionem ejuſdem civitatis, quadra-

Hieroſolymitana obſidio tempore Paſchalis.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840.

gesimo secundo anno post Domini resurrectionem atque ejus glorioſiſſimam aſcenſionem. Et rectè, ac merito, ut qui Patrem Deum, & Filium denegaverant, à patre & filio necarentur. Expectavit enim Dominus populum Judæorum, poſt paſſionem ſuam quadraginta, & duobus annis ad pœnitentiam, ſed magna ex parte noluerunt converti, & proinde tam duros incurrerunt hoſtes. Nam cum populus Romanorum omnem circa regionem igne combureret, & omnis populus cum mulieribus, & parvulis, quaſi vir unus civitatem ingrederetur in die ſolenni Paſchæ ad celebrandum Paſcha, repente urbs obſidione circundata eſt, ita ut nullus ingredi, vel egredi poſſet. Quod nutu Dei actum eſt, ut qui in ſolenni die Paſchæ Filium Dei cruci crudeliter affixerant, in eadem die ab hoſtibus oppreſſi affligerentur: in tantum, ut ita dira fames interius viſcera eorum torqueret, excepto, quod gladius eos exterius affligebat, ut nonnulli nec ab ipſis calceamentis ſe abſtinerent, ſicut idem Joſephus dicit. Alii reliquias fœni veteris, & purgamenta frumenti, & paleas ruminabant: nonnulli verò indumenta portarum detrahentes, dentibus ea conficienda, trahebant. In hac neceſſitate, & omnis pudor & verecundia ab eis receſſerat, quia totum ſibi valida fames vendicaverat. Nam & mulieres à virorum manibus & pueri à parentibus, & quod infelicius eſt, ipſæ matres à filiorum dentibus cibum incommeſtum abſtrahebant, mulieres ſparſis crinibus trahebantur, ut cibos abſconditos detegerent, erga caniciem ſenum nulla reverentia, nulla erga parvulos miſeratio ſervabatur. Super hæc omnia prædones inter eos ſurrexerant, qui gravius eos interius affligebant, quam ab hoſtibus exterius affligerentur. Nam ſi cujuſlibet fores clauſas vidiſſent, indicium erat, quod intus poſiti ederent, & continuo confractis foribus cibum de ipſorum manibus abſtrahebant. Menſam igitur juxta morem nullus ponere audebat, ſed propria quaſi furtiva edebant; Frumentum in civitate deerat, & ſi quis pro colligendis herbis egredi voluiſſet, ſtatim ab eis, qui intus erant, detinebatur, quaſi cum Romano exercitu pacem facere vellet. Jacebant igitur corpora Juvenum per plateas civitatis, magis fame, quam ætate defecta. Nullus juxta morem ſepeliebatur, quia nec multitudo morientium, nec virium debilitas hoc ſinebat. Nonnulli corpora carorum ſuorum ſepelire curantes, ſuper ipſorum tumulos ſpiritum emittebant. Cumque tabo magnus, & intolerabilis fœtor eſſet in civitate, cœperunt corpora mortuorum extra muros projicere; in tantum ut corpora ipſis muris coæquari viderentur.

Judæi fame pereunt.

Titus miſeretur Judæorum.

Quadam autem die Titus civitatem cum foris gyraret, (nam Veſpaſianus pater jam, propter imperium Romam perrexerat) videntque omnes vallos civitatis, cadaveribus mortuorum plenos, & morientium corpora penè ipſis muris coæquari, teſtem Deum invocabat, hoc opus ſuum non eſſe; elevansque oculos in cœlum, cum ingenti gemitu fertur dixiſſe: O cives Romani, non cunctabor referre, quod ſentio; arbitror, quod ſi ab hac peſtilentiſſima urbe exercitus Romanorum pauliſper abſcederet, habitatores ejus aut hiatu terræ abſorberentur, aut ignibus Sodomitanis exurerentur, aut aquis diluvii necarentur. Hæc dicens, cum fortaſſis in craſtino repauſaturus eſſet exercitum, illico milites armat, cuſtodias ponit, & cœpit iterum civitatem poſſidere. Merito ergo atroci fame torquebantur, qui panem vitæ necaverant.

Mater devorat filium.

Narrat etiam idem Joſephus facinus inauditum in ea perpetratum, videlicet, quod eſſet quædam mulier nomine Maria filia Eleazar, prædives valde, nobilique genere exorta, quæ cum cætera multitudine ad civitatem convenerat, cujus ſubſtantia, quam circa in regione habebat, cum ab hoſtibus eſſet vaſtata, & igni combuſta, nec non & ea quæ in civitate ſecum detulerat, conſumpta, in hac neceſſitate, vel tribulatione contra ipſam ſe fertur armaſſe naturam. Denique erat ei ſub uberibus parvulus filius quem ante oculos ſtatuens talia fertur dixiſſe: tangam enim ſenſum, quamvis verba ipſa dimittam. O infelix mater, & ô infelicior fili, in fame, & bello, & vaſtatione prædonum cui te reſervabo? Nam etſi vita ſperari poſſit, jugo ſervitutis urgemur. O care nate, eſto cibus matri tuæ! & eſto prædonum furor! ſeculis fabula, & recordatio peſſimæ famis. Hæc dicens, ſtatim filium jugulat, & partem illius igni torret, partemque alteram in poſterum ſibi reſervat, cumque ad odorem exuſtæ carnis juxta morem prædones adeſſent, mortem miſeræ minari cœperunt, niſi cibos, quos abſconderat, detegeret. Tum illa truculento vultu, & ipſis prædonibus truculentior, optimam, inquit, partem reſervavi vobis, & tunc cætera membra infantis detexit, dicens, meus, inquit, partus eſt, & meus filius eſt, & facinus meum eſt. Edite: nam & ego prior comedi, quem genui: nolite matre eſſe religioſiores, neque fœminis molliores. Quod ſi vos pietas vincit, & execramini meos cibos, ego quæ talibus paſta ſum, his iterum paſcar. Tum obſtupefacti prædones, & tantum facinus abhorrentes nunciaverunt urbi, & hoc unusquiſque ante oculos ſtatuens tanquam proprium nefas deflebat, & cum magno ejulatu, & fletu, & clamore ſtatim porta civitatis

Digitized by Google

atis a perta est, & ingressus Titus cum omni Romanorum exercitu; alios gladio peremit, alios igne exussit, & juvenes quos corpulentiores reperit, in captivitatem destinavit. Colligens autem Historiographus numerum eorum, qui fame, & ferro interempti sunt, invenit undecies centena millia: illorum vero qui in captivitatem dispersi fuerunt, nonaginta millia: latronum vero illorum, qui postquam civitas capta est, diversis modis mortui sunt, incertus est numerus: civitas autem ita à fundamentis destructa est, ut non relinqueretur in ea lapis super lapidem. SÆC. IX. ANNO 840.

Hæc ex Josepho commemoravimus, ut veridicam Domini sententiam fuisse approbemus, quia dixit: *Quia venient dies, & circumdabunt te inimici tui vallo,* Luc. 19. *& circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Inde etiam alio in loco dicit Dominus ad discipulis: *Amen dico vobis, non relinquetur in ea lapis super lapidem, qui non* Matth. 24. *destruatur.* Et alibi: *Cum videritis Hierusalem ab hostibus circumdari, scitote quia* Luc. 21. *prope est desolatio ejus.* Monstratur locus usque in hodiernum diem, quia in eodem loco, ubi tunc sita erat, lapis super lapidem non remansit. Sed postea foris portam civitatis, ubi Dominus crucifixus fuit, ab Helio Hadriano reædificata est, & nunc Helia vocatur. Tanta autem vilitas fuit in emptione mancipiorum Judaïcorum, ut dantes unum argenteum, triginta sibi emerent Judæos. Et dignum sic fuit, ut qui vili pretio Dominum emerant, vili mercimonio venderentur.

Tunc etiam adimpletum est vaticinium Ezechielis Prophetæ, quod ei à Domino dictum fuerat; *Et tu fili hominis, sume tibi gladium acutum radentem pi-* Ezech. 5. *los, & ducas eum per caput tuum, & barbam, & facias inde quatuor partes: unam partem disperge in ventum: alteram projice in ignem, tertiam incide ferro, & reliquias liga in summitate pallii tui.* Quod totum tunc adimpletum est, quando alia pars populi gladio interempta est; alia igne combusta, atque alia in captivitatem destinata, quæ captivitas usque hodie in miseros Judæos per totum mundum perdurat. Per ipsam namque partem, quam Propheta in ignem projecit, intelligere debemus eos, qui de populo Judæorum igne perierunt, sive combustam etiam ab imis civitatem. Per eam partem, quam incidit ferro, ostendit eos, qui interfecti sunt gladio. Per partem, quam dispersit in ventum, demonstrat eos, qui dispersi sunt in captivitatem, per diversa spacia orbis. Per gladium, quem evaginare jussit post ista, generalis percussio Domini intelligitur in eodem populo. Per reliquias quas in summitate pallii ligare jussit, significat eos, qui de eadem gente in fine seculi crediturí sunt. Quare vero tam dura eis acciderint, subinfertur, *eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Tunc quippe eos visitavit, quando inter eos incarnari voluit, quam visitationem optabat Psalmista dicens: *Visita nos Domine in Salutari tuo.* De qua etiam & Zacharias: *Visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ:* Et, *Visitavit nos oriens ex alto.* Sed hoc tempus visitationis perfida civitas non cognovit, quia Christo in carne apparente, populus Judæorum in eum credere contempsit. Unde & ad duritiam cordis eorum, aves cœli in testimonio deducuntur, cum dicitur: *Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur, & hirundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui: Israhel autem me non cognovit, & populus meus me non intellexit.* Visitatio Domini. Luc. 19. Psal. 105. Luc. 1. Ibidem. Hierem. 8.

Nec solum per semetipsum eos Dominus visitare dignatus est, sed etiam post suam ascensionem per quadraginta & duos annos variis signis & prodigiis ac portentis non solum eos visitavit, sed etiam terruit. Etenim sicut idem Josephus narrat, quadam die admota in sacrificio vitula enixa est agnam. Sera etiam Templi, quæ tanti ponderis erat, ut vix à viginti viris moveri posset, per semetipsam est reserata. Media autem nocte ita lux in Templo clara refulsit, ut à nonnullis media dies putaretur esse. Quod ignari cernentes, æstimabant prospera sibi esse ventura, sed sapientes minime latuit, interitum civitatis significari. Strepitus quoque & voces auditæ sunt in Templo dicentium: *Transeamus ab his sedibus:* Currus quoque & equites ignei visi sunt in aëre deferri: interitum miseræ civitatis minantes: Ante duos etiam annos obsessionis eorum, stella gladio per omnia similis in cœlo per totum annum apparuit super civitatem. Sed & ante unum annum subversionis eorum, quidam vir nomine Jesus, plebejus, & rusticus, in die solenni Paschæ inter medios populos cœpit clamare, & dicere: *Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor plagis cœli, vox super sponsos, & sponsas, vox super Hierusalem, & Templum.* Cumque à populis nimium cæderetur, uullatenus taeebat, & cum inter flagella spiritum emitteret, ajebat: *Væ, væ Hierosolymis.* Prodigia redditionem Hierosolimitanam præcedentia.

Cum-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 840. Cumque tot, ac tantis miraculis, & signis non solum visitati, sed etiam territi fuissent, non est mollitum cor eorum ad pœnitentiam, sed in suis malitiis, & peccatis perseveraverunt.

Neque dignum erat, ut sine ultione remanerent, qui tantis sceleribus fuerant auctores, quorum ultio in actibus Helisæi Prophetæ præfigurata est, quando descendens de Galgalis pueri insultabant ei dicentes: *Ascende calve, ascende calve.* At ille maledixit eis in nomine Domini, & egressi duo ursi de saltu devoraverunt ex eis quadraginta & duos pueros. Per Helisæum intelligimus Dominum Christum, qui ductus à Judæis in locum qui dicitur Calvariæ locus, ad crucifigendum; Sicut Helisæus est à pueris irrisus, ita & Dei Filius à Judæis est delusus, quando flectentes genua dicebant: *Ave Rex Judæorum.* Et item. *Si filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei.* Et percutientes eum dicebant: *Prophetiza nobis Christe, qui est, qui te percussit.* Per quadraginta & duos pueros, quadraginta & duo anni figurantur, quibus eos Dominus ad pœnitentiam expectavit, sed illis pœnitere nolentibus egressi duo ursi de saltu, id est, duo magni Principes Romanorum, de sylvis gentilium adventantes, Vespasianus scil. & Titus, & interfecerunt eos.

4 *Reg.* 2. *Matth.* 27. *Ibidem.* *Matth.* 26.

Et ingressus in Templum cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes, dicens illis: Scriptum est, domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Ædificavit Rex Salomon domum Domini ut esset domus orationis, sed à Sacerdotibus, qui debuerant esse observatores legis, & fabricatores, spelunca latronum facta fuerat, eò quod ibi mercimonia præpararentur. Dictum fuerat filiis Israël, ut ter in anno se congregarent ad festa celebranda in Hierusalem. Itemque lex præcipiebat, non apparebit in conspectu meo vacuus. Venientes ergo de longinquis regionibus, non valentes secum deferre dona, quæ offerrent, cogebant eos ministri Templi, ut emerent ab eis. Dante populo dona fraudabant Sacerdotes, & non sicut præceptum erat, Domino immolabant, sed ad hoc sibi reservabant, ut aliis iterum venderent, & ex hoc pretium muneris sibi multiplicarent. Unde juxta alios Evangelistas oves & boves, turtures, & columbæ in Templo vendebantur, Et ne aliquam excusationem emendi haberent, nummularii in Templo residebant. Domum vero orationis speluncam latronum fecerant, quia quod malè emptum erat, iterum malè vendebant. Et ad hoc in Templo residebant, ut si qui munera offerrent, eos magnis laudibus Sacerdotes extollerent, si vero non essent, qui munera offerrent, flagellis percuterent.

Luc. 19. *Isai.* 56. 3 *Reg.* 8. *Exod.* 23. *Ibidem.* *Matth.* 21. *Marci.* 11.

De animâ intelligendæ Christi lachrymæ.

Itaque ut qui hæc minus intelligerent, * mulceamus, hæc historialiter perstrinximus, nuuc vero brevi sermone repetendum immorabitur. Quod diximus pertinere ad materialis Templi destructionem, potest quoque & ad unamquamque peccatricem animam referri. Flevit tunc piissimus Dominus per semetipsum perditam civitatem; flet quotidie per Doctores sanctos in Ecclesia animas pereuntium. Illi nempe à Doctoribus flendi sunt in Ecclesia, qui semetipsos flere nesciunt, qui ignorant, cur plangantur, qui lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Taliter Apostolus Paulus vice Christi lapsum discipulorum flebat, dicens: *Lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt.* Et item: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.*

* *fort. doceamus.*

2 *Cor.* 12. *Gal.* 4.

Quod ergo à Domino flenti perituræ civitati dictum est, percunti etiam animæ convenit. Ait enim Dominus perituræ civitati; *Quia si cognovisses, & tu*, subaudi, fleres, si peccatrix anima, tribulationem, & angustiam quæ ei in futuro crescunt, agnosceret, ubi vermes sunt, qui non moriuntur, & ignis, qui non extinguetur; magis eligerent cum electis in hoc sæculo ad tempus lugere, quam cum reprobis gaudere. *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Suam diem peccatrix anima habet, cum transitorio, & citò finiendo gaudet in sæculo, cum inflatur honoribus, extollitur in divitiis, gloriatur in facultatibus, sed quæ in die sua habet, quod scandalum in die aliena patiatur, non prævidet, neque futuram tribulationem prospicit. Unde recte subditur: *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*; Excæcat quippe oculos cordis, privatus amor, & sicut pulvis oculos corporeos excæcat, ne clare videre possint; ita amor hujus sæculi, & præsentes divitiæ oculum mentis excæcant, ne futurum Judicium providere possint. De cujus tribulatione recte subjungitur: *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo.* Quia venient dies in te, id est, tempora mortis, dies tribulationis, dies angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, quando incipiet infelix anima cum semetipsa rixari, & quasi dicere: Quare in malis operibus memetipsam dilatavi? quare ex præteritis peccatis pœnitentiam non egi? cur in bonis operibus meipsam non exercui? Et tunc incipiet pœnitere, cum nullus fructus pœnitentiæ remanebit, sed sola districtio vindictæ. *Et circumdabunt te,*

Luc. 19. *Isa.* 66. *Luc.* 19. *Ibidem.* *Ibidem.* *Ibidem.*

Digitized by Google

te, & coangustabunt te undique. Infelici animæ non sunt pejores inimici, quam immundi Spiritus. De quibus se cupiebat eripi Psalmista, cum diceret: *Eripe me de inimicis meis Deus meus.* Et item. *Eripe me de operantibus iniquitatem.* Ergo inimici miseræ animæ vallo eam circumdant, quando immundi Spiritus circa diem mortis omnia peccata ei replicant, valdeque eam coangustant, quando ipsi qui primi ei fuerant persuasores ad crimina, fient exactores ad tormenta. SÆC. IX. ANNO 840. *Psal.* 58.

Et ad terram prosternent te. Ad terram quippe infelix anima prosternitur, quando virtutes, quas se habere putabat, amittit, sive etiam caro, quæ de terra sumpta est, ad terram revertitur. Sicut scriptum est: *Terra es, & in terram ibis. Et filios tuos, qui in te sunt.* Filii quoque in Scripturis sanctis, vel filiæ, opera significant; aliquando bona, aliquando mala. Bona, sicut ait Psalmista, *Et videas filias filiorum tuorum pacem super Israël.* Mala autem, sicut in hoc loco, cum dicitur: *Et filios tuos, qui in te sunt.* Ad terram quippe filii peccatricis animæ prosternuntur, quia non solum de malo opere, verum etiam & de ipsa cogitatione; & non solum de mendacio, & perjurio, atque murmuratione, sed etiam & de ipso otioso sermone reddituri sumus rationem, Domino dicente: *De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die judicii. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.* Sicut enim civitatis in ædificio lapis super lapidem ponitur, ut crescat constructio: ita quoque cogitatio pessima super malam cogitationem ponitur, & malis operibus mala consuetudo jungitur, ut quoddam ædificium Diabolicum construatur. In destructione civitatis lapis super lapidem non relinquitur, quia in die Judicii non solum mala opera, sed etiam iniqua cogitatio cessabit, & periet. Sicut Psalmista: *in illa die*, inquit: *peribunt omnes cogitationes eorum.* Et ideò necesse est, ut dum in hoc sæculo sumus, & nobis vacat, non solum à malis abstineamus, sed etiam bonum in omnibus operari studeamus. Ante omnia diem mortis ante oculos ponamus, quia facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Unde Salomon nos hortatur dicens: *In omnibus operibus tuis, memorare novissima tua.* Et item: *In die bonorum, ne immemor sis malorum; & in die malorum, ne immemor sis bonorum.* *Ibidem.* *Luc.* 19. *Gen.* 3. *Luc.* 19. *Psal.* 127. *Luc.* 19. *Matth.* 12. *Luc.* 19. *Psal.* 145. *Eccl.* 7. *Eccl.* 11.

Pius Dominus, qui nos patienter expectat, acriter in die judicii judicabit, si conversi non fuerimus. Unde & nos admonet in Evangelio: *Currite dum lucem habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant.* Et item: *Esto consentiens adversario tuo, citò, dum es in via cum eo, ne fortè te tradat adversarius judici, & judex te tradat ministro, & in carcerem mittaris: Amen dico tibi, non exies inde donec reddas novissimum quadrantem.* Et Paulus Apostolus: *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Et item: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis.* Et Salomon: *Quodcunque potest manus tua facere instanter operare.* *Joan.* 12. *Matth.* 5. *Gal.* 6. 2 *Cor.* 6. *Eccles.* 9.

Eò, quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Multis namque modis in præsenti vita peccatricem animam Deus visitat. Visitavit prius per adventum Filii sui, & per ejus miracula, quotidie visitat prædicationibus Doctorum, visitat per prospera, & adversa, visitat per flagella, visitat per persecutionem, sed anima perversa non cognoscit, quò clausis oculis ad ignem vadit. Non enim in prosperitate se humiliat, nec in adversitate se recognoscit. *Luc.* 19.

Omiseram supra, quia Hierusalem terrestris quatuor modis intelligenda est; Historialiter primò; civitas, quæ in monte Moria sita est, ædificata à Sem Noë filio, & vocata Salem: Secundò possessa à Jebusæo, ex qua sortita est vocabulum Jebus. Tertia à Solomone, & inde vocata est Hierosolyma, ex Jebusæo & Salomone, quasi Jebusolyma: postea destructa à Romanis, reædificata est ab Helio Adriano, à quo nunc Helia vocatur. Ecce ad litteram.

Allegoricè autem Hierusalem interpretatur *Visio pacis*, quæ significat sanctam Ecclesiam. Nam superna Hierusalem non potest continere, nisi pacificos in fide Christi.

Per Anagogem verò animam significat sanctam, quæ Dominum per contemplationem mentis semper meretur videre.

Et ingressus in Templum, cœpit ejicere vendentes, & ementes in illo, dicens: Scriptum est, domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quod tunc Dominus per semetipsum egit corporaliter, quotidie agit in Ecclesia spiritualiter. Templum Dei spiritualiter Ecclesia est, quia domus orationis rectè dici potest, ubi Ecclesia quotidie Deo mundas preces offerre non cessat, dicens cum Psalmista: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* In quo Templo videlicet Ecclesia, vendentes, & ementes sunt, qui honorem Ecclesiasticum non propter lucrum animarum, sed propter lucrum terrenum requirunt, vel propter favores hominum. Unde benè juxta alios Evangelistas, oves, & boves, turtures, & columbæ in Templo vendebantur. Bovis quippe nomine in scripturis sacris, aliquando prædicatores designantur: sicut ait Dominus ad Moysen: *Non arabis in bove simul, & asino,* *Ibidem.* *Isai.* 56. *Psal.* 140. *Matth.* 21. *Marc.* 11. *Deut.* 22.

SÆC. IX. ANNO 840.

asino, hoc est, noli conjungere in prædicatione, sive doctrina, prudentem cum stulto. Per ovem innocentia designatur, vel simplicitas. Ovis quippe simplicissimum est animal. Qui ergo sanctitatem, aut innocentiam Dei aliis ostendit, ut laudem ab hominibus requirat, ovem venalem in Templo portat. De quibus Dominus in Evangelio dicit: *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Et item: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Per columbam vero Spiritus sanctus designatur. Unde & idem Spiritus sanctus in specie columbæ super Dominum baptizatum apparuit. Qui ergo gratiam Spiritus sancti per impositionem manuum, quæ gratis dare debuerant Domino dicente: *Gratis, accepistis, gratis date,* non propter Deum, sed propter munera, vel lucrum terrenum aliis tribuunt, quasi columbas in Templo vendunt. De quibus scriptum est: *Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* Et item: *non accipies in judicio personam pauperis, quia munera excæcant oculos sapientum, & verba rectorum subvertunt.* Tales Dominus è Templo ejicit, qui quamvis in præsenti sæculo Ecclesiæ conjuncti corpore videantur: tamen in die judicii ab Ecclesia separabuntur, quando dicet illis: *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo, & Angelis ejus.*

Matth. 23. *Matth.* 6. *Matth.* 3. *Matth.* 10. *Job.* 15. *Exod.* 23. *Matth.* 25.

Et erat quotidie docens in templo.

Luc. 19.

Dominus quotidiè docet in Templo per sanctos Prædicatores, quotiens sanctum Evangelium legitur. Apostolus recitatur, Doctores prædicant. Semper Dominus in Ecclesia docet, sicut ipse ait: *Sine me nihil potestis facere.* Hoc ideò ait, ut nullus in die Judicii aliquam possit excusationem habere peccati. Cum enim Doctor in Ecclesia verbum Dei annunciat, Christus in Templo docet, & qui Prædicatoris verbum contemnit, Christum audire renuit ipso dicente: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Hanc destructionem civitatis ad destructionem animæ nostræ expaveſcamus. Precemur itaque Dominum, ut qui Hierusalem terrenam destrui permisit, & postea Hierusalem cœlestem permanere dispositi, destruat peccata corporis, & animæ nostræ, quatenus nos introducat in cubiculis sponsæ suæ, ut cum eo videamus indeficienter bona quæ sunt in Hierusalem.

Joan. 15. *Luc.* 10.

F I N I S.

POE-

Digitized by Google

POENITENTIALE
RHABANI
ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

Ex MS. COD.
CELEBERRIMI MONASTERII
WEINGARTENSIS.

Primò editum

A

PETRO STEVARTIO LEODIO,
SS. THEOLOGIÆ IN ACADEMIA
INGOLSTADIENSI
PROFESSORE.

Digitized by Google

STEWARTIUS AD LECTOREM.

EDidit *Antonius Augustinus, dignitate & eruditione longè clarissimus,* Pœnitentiale *Rhabani: sed longè diversum ab hoc nostro: nam nostrum est ad Heribaldum Episcopum; illud vero ad Othgarium Archiepiscopum: neque unus & idem est Heribaldus & Othgarius, sed ut nominibus, ita & personis distincti. Ex Indice etiam capitum diversitas longè maxima apparet, ut fatebitur, quisquis capita hujus nostri Opusculi contulerit cum capitibus illius, quod Antonius Augustinus publicavit. Extabant in eodem Manuscripto codice alia nonnulla documenta ad institutionem Clericorum & Pœnitentiam agentium comparata, quæ* (a) *Rhabano adjunximus, ut in lucem exeant, fructumque à Collectore olim speratum & exspectatum adferant. Vale.*

(a) Non ad calcem Rabani, sed secundum seriem sæculorum quibus composita fuere illa Opuscula edidimus. B.

JA-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

JACOBI BASNAGII DE RABANO EJUSQUE SCRIPTIS OBSERVATIO.

I. FUit *Rabanus* illustri prosapia natus, ut ipse testatur in Epitaphio *Tutini* fratris sui, I. Nativitas & vita Rabani.

Hic jacet insignis vir nomine Tutin humatus
Complens communem, sorte vocante diem,
Alta clarorum, qui natus stirpe parentum
More omni proceres aquiparavit avos
Ingenio, probitate, fide, verbique decore
Inter Regales vixit honore viros.

Sub *Alcuino* potissimum studiis incubuit, ipsique nomen *Mauri* Priori adjecit, secundum hujus sæculi morem. Dum vehementissima Fuldis agitarentur dissidia, loca sancta peragravit. Post reditum Fuldensis Abbas creatus est anno 822. Sed viginti post annos petulantia Monachorum expulsus ultra Rhenum in Regnum Lotharii se contulit, post quem Monachi plures, ut eum revocarent missi sunt; sed ipso renuente Abbatem sibi constituerunt *Attonem.* *Rhabanus autem post dies paucos* ad monasterium veniens, cum concordia Abbatis & Monachorum, *Montanus* factus est; hoc est, ut explicat *Mabillon*, reclusus in cellâ quæ in monte Sancti Petri sita est duodecim stadiis à Monasterio, donec factus est Episcopus Moguntinus anno 847. & obiit an. 856. Fatetur *Mabillonius*, vir eruditissimus, scripsisse Rabanum subobscure *Eucharistiam secessui esse obnoxiam, & negare in eo Sacramento contineri idem Christi corpus quod natum est de Maria Virgine.* & tanto *crimine*, ut ajunt, *Rabanum* vindicare conatur vir doctissimus. Sed de his ubi de Pœnitentiali hic edito disseremus.

Acta vet. Fuldens. apud Browerum. Mab. Acta Sanct. 3. Sæc. pars 2. Præfat. subos.

II. Pœnitentiale suum ediderat *Rabanus* Abbas anno 841. Hæc autem Epistola, quæ *Pœnitentialis* Libri titulum præfert, non potuit esse scripta ante annum 854. 1. tunc Sedem Moguntinam tenebat *Rabanus.* *Ego,* II. De Pœnitentiali Rabani.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 854. c.XXXIV. c.XXXIII.

inquit ipse, *dum in Episcopatu Moguntinensis Ecclesiæ indignus constitutus sum, inveni eum* &c. 11. Ad *Egilonem* Abbatem scripserat adversus eos, qui de Sacramento Eucharistiæ non ritè sentiebant, antequam hanc Epistolam mandaret *Heribaldo*. *Egilo* non fuit Abbas, nisi anno 853. Non potuit igitur concinnari illa collectio canonum ante annum 854. Unde concludas hanc Canonum collectionem a Pœnitentiali Rabani omninò differre. Tertium argumentum habes ex *Stewartio:* Nam *Heribaldus* ab *Otgario*, ad quem Pœnitentiale suum direxit *Rabanus*, debet distingui. Non igitur hoc opusculum Pœnitentiale potuit appellari, ut titulus præfert, sed Epistola ad *Heribaldum*. Is fuit Antisiodorensis Episcopus, ad quem *Walafridus Strabo:*

Non minimas grates non parva rependere tantis
Præmia nos meritis velle Heribalde putes.

Rabanus ab eo de variis Quæstionibus interrogatus, leges à Deo Patribusque, adversus Homicidas, Mœchos & Adulteros sancitas ad eum transmisit.

III. De Stercoranismo Rabani.

III. Movit ea Epistola controversiam circa *Rabanum* ipsum, inde enim arripuerunt ansam *Herigerus* cæterique eum inter *Stercoranistas* recensendi. Hos autem vocant, qui panem Eucharisticum, ut cætera alimenta, in secessum emitti cogitabant. Quæ sententia tribuitur *Heribaldo* tum etiam *Rabano*. Hos vindicare conatur *Mabillonius*, 1. quod *Heribaldus* dubitans quæstionem proposuerit. 2. Quod non agatur propriè de emissione Eucharistiæ in secessum, sed complexa sit propositio: „ An Eucharistia eandem recipiat formam quam habuerat ante consecrationem? Ad quæ *Rabanus* reponit inutilem esse quæstionem, idque probat duplici ratione: Altera est, quod Christus suo illo effato: *Omne quod intrat in os, vadit in ventrem, & in secessum emittitur*, nullatenus dixerit id quod in secessum vadit, denuò redire in pristinam naturam. Altera, quod nulla sit unius ex altero consecutio, nec unquam quisquam id fieri asseruerit. Deinde cum ad Quæstionem particularem de Eucharistia descendit, *Rabanus* ait magnum esse discrimen Eucharistiæ à cæteris cibis, hos non nisi ad corporis incolumitatem, illam ad animæ maximè sanctificationem instituram; non esse proinde humili modo de ea sentiendum. Hæc *Mabillonius*, qui Responsionem illam non contortam, sed *Rabani* dictis consentaneam existimat, 3. adjicit: *Rabanum* si crediderit panem Eucharisticum in secessum abire, illud de symbolis, non de corpore Christi, intellexisse; negat enim illud, quod secessui obnoxium putat redire in naturam pristinam quam habuerat antequam in altare consecraretur. Atqui ante consecrationem non fuit corpus Christi, sed panis: non ergo de corpore Christi, sed de symbolis agebat *Rabanus*. Idque clarius elucescit in eo, quod *Rabanus* distinxerit Sacramentum à re Sacramenti: *Aliud est Sacramentum, aliud est virtus Sacramenti: Sacramentum enim ore percipitur, virtute Sacramenti interior homo sanatur: Sacramentum in alimentum corporis redigitur; virtute Sacramenti æterna vita adipiscitur*. Hic autem virtutis nomine non intelligit effectum Sacramenti, sed rem ipsam sub symbolis contentam, id est, corpus & sanguinem Domini.

IV.

Digitized by Google

IV. Sunt alii, quibus minus tuta videatur *Mabillonii* ſententia; quique veteres adverſus *Rabanum* de Stercoraniſmo inſurgentes, recentioribus, quorum intereſt ſummoperè, ut *Rabanus* à tali crimine liberatur, negantibus præferant. SÆC. IX. ANNO 854.

IV. Herigerus accuſat Rabanum Stercoraniſini. v. nu. CXXXIII.

Primò ipſe *Herigerus*, qui *Rabani* epiſtolam legerat, *Heribaldo, qui turpiter propoſuit, & Rabano Maguntino, qui turpius aſſumpſit, turpiſſimè vero concluſit*, â longo tempore fuit adverſarius, eosque de Stercoraniſmo culpavit, nec modò ſymbola, ſed totum Sacramentum in ſeceſſum emitti probantibus contradixit, ut ipſe fatetur *Mabillonius*. Denique ipſos a *Paſchaſio Radberto* diverſa plane opinantes adverſus eum ſcripſiſſe confitetur: quæ quantam lucem huic afferant controverſiæ nemo non videt. Non fuit enim veriſimile *Herigerum* latuiſſe controverſiæ ſtatum, quam ipſe magno conatu adverſos tantos viros enucleandam ſuſceperat; at ille *Heribaldum* & *Rabanum turpiſſimi Stercoraniſmi* reos evidenter facit: nec ille tantummodo, ſed *Guillelmus Malmesburienſis*, & *Thomas Waldenſis* hanc ſententiam calculo ſuo roboraverunt. Quinimo legebantur hæc verba in Codice *Stewartii*, quæ *Baluſius* expunxit: *Iſta ſententia contraria eſt ſententiis Clementis Papæ, & aliorum multorum patrum, qui dicunt corpus Domini non cum cæteris communibus cibis per aqualiculos in ſeceſſum mitti. Iſta ſententia*, quam *Clementis & Patrum multorum autoritate impugnabat* ſcholiaſtes, fuit ipſa *Rabani* mens. Unde concludas 1. quotquot fuerunt, qui *Rabanum* prius legerunt, illius Stercoraniſmum in hac epiſtola evidenter agnoviſſe; quî fieri poteſt igitur ut *Mabillonium* fugiant? 11. Omnes *Rabani* adverſarii non de ſymbolis, ſed de ipſo corpore Chriſti, quod in ſeceſſum emitteretur, adverſus eum pugnarunt.

V. Nec tamen inconſultus abeat ipſe *Rabanus*! Interrogaverat *Rabanum Heribaldus: Utrum Euchariſtia, poſtquam conſumitur & in ſeceſſum emittitur, more aliorum ciborum, redeat in naturam priſtinam, quam habuerat antequam in altari conſecraretur?* Hæc eſt propoſita quæſtio, quæ complexa mihi videtur, ut & Mabillonio; ſed inde ſequitur nequidem dubitaſſe *Heribaldum, an Euchariſtia in ſeceſſum abiret?* illud enim tanquam tutum firmumque & totius quæſtionis fundamentum poſuit. Quærebat ſcilicet: An Euchariſtia in ſeceſſum miſſa renovaretur & priſtinam recuperaret formam? Hæreticus igitur *Heribaldus*, ſi *Stercoraniſmus* fuerit Hæreſis, utpote qui nec inſcius nec dubius hoc aſſeruerit. Quid ad hæc *Rabanus*? complexam propoſitionem diſtinguit, & 1. Euchariſtiam in ſeceſſum emitti, quæ totius interrogationis velut fundamentum ſubjiciebatur ab *Heribaldo*, non negavit, ſed autoritate ſua vel potius Chriſti dicentis: *Omne quod intrat in os abit in ventrem*, firmavit. 2. Naturam Euchariſtiæ deſcripſit, vel potius accuratè definivit: *Sacramentum ſcilicet corporis & ſanguinis, id eſt ex rebus viſibilibus & corporalibus confectum, quod inviſibilem tam corporis, quam animæ efficit ſanctificationem & ſalutem.* In eo enim Sacramento recipitur quid *corporale*, & quid *viſibile*, & interna gratia, corpus & animam ſalvans, inde effluit. Tertiò denique negat Heribaldo Euchariſtiam, quæ ſtomacho digeritur, & in ſeceſſum velut ſtercus, ſic enim Codex MS. *Antonii Faurii*, emittitur, in priſtinum ſtatum redire, idque unico verbo confutat, quia nemo id unquam aſſeruerat.

V. Sententia Rabani explicatur.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

erat. Hæc est sincera nativaque *Rabani* responsio ipsius verbis concepta, quæ si conferatur cum *Mabillonii* Commentario, facilè discrimen elucescit.

VI. Argumenta Mabillonii refutata.

VI. Asserit vir eruditus esse complexam quæstionem, illudque potissimùm quæsivisse Heribaldum: An Eucharistia in secessum emisa *pristinam recuperaret formam?* utrumque confiteor; suppositit tamen *Heribaldus* tanquam rem indubitatam, in secessum *mitti tanquam stercus Eucharistiam*: quod sufficit. Addit deinde *Rabanum* probare inutilitatem quæstionis Heribaldianæ, eò quod Christus, qui dixit *omne quod intrat in os abire in ventrem & secessum*, nunquam dixerit alimenta recuperare pristinam formam, & *quod nulla sit ex altero consecutio.* Revolvantur ipsa *Rabani* verba: An unquam argumentum desumpsit ex eo, quod Christus nullibi dixerit alimenta in secessum missa nunquam pristinam recuperare formam? nec quid tale reperies in ejus argumentatione, nulla enim de alimentis naturalibus erat quæstio. An adjecit, multum differre Eucharistiam a cæteris alimentis, *nec esse consecutionem unius ex altero?* Hæc omnia ficta sunt a *Mabillonio*, nec ipse mentem suam aperire ausus est, ne cupiens vitare *Charybdim* incideret in *Scyllam.* Quid enim sibi volunt hæc verba, quæ *Rabano* tribuuntur ipsi incognita: *non est consecutio unius ex altero.* An eò, quod alimenta in secessum missa non recuperant pristinam formam, sequitur non idem evenire Eucharistiæ? Sequebatur ergo Eucharistiam alimentis naturalibus oppositam, recuperare formam quam habuerat antequam in altari consecraretur; quod asseruit nemo. Non oppositit *Rabanus* Eucharistiam cæteris alimentis, nec veritus est ne de illis nimis humiliter cogitaretur. Hæc omnia a *Rabano* aliena commentarii loco suppositit vir eruditus. *Rabanus* contra 1. omnia subjicit legi alimentis communi & a natura priusquam a Christo sancitæ, ut in secessum abeant, nec Eucharistiam a cæteris cibis ea ratione distinxit. 2. Ut id facilius pateat, asserit esse confectam ex *corporali visibilique materiâ*, quæ secessui apta; in eo solum Eucharistiæ discrimen constituens, quod animam & corpus salvet, quæ omnium Sacramentorum communis est operatio. 3. Videbatur *Heribaldus* saltem aliquam Eucharistiæ conferre dignitatem, dubitans an ea in secessum expulsa pristinam panis recuperaret formam. At illud dubium removet *Rabanus*, quod nunquam ulli nisi *Heribaldo* in mentem venisse asserit: Distinguit igitur Eucharistiam *Rabanus* a cæteris alimentis, non quidem ratione secessus, nec materiæ, quæ utrisque *visibilis & corporalis est*, & *in secessum velut stercus emittitur*; sed ab illa interiori efficacia, qua salutem operatur.

VII. An Rabanus accidentia tantum indicaverit.

VII. An vero corpus vel panis accidentia, quæ symbola vocat *Mabillonius*, in secessum expulerit *Rabanus*, facilè dijudicabitur: Nullam ille fidem habuit præsentiæ reali corporis Christi, &, ut voce barbara veteribus ignota utamur, *Transubstantiationi:* quippe qui *Paschasium minus rectè de Sacramento sentientem, & hoc ipsum corpus & sanguinem Domini, quod de Maria virgine natum est, & in quo passus est in cruce, idem esse quod sumitur de altari, asserentem, Scripta ad Egilonem Abbatem epistola confutaverat.* Non igitur corpus Christi in secessum ejici putavit *Rabanus*, sed nec accidentia panis, albedinem, rotunditatem & similia per ventris canaliculos transeuntia velut *stercus* expelli credidit, quod vult *Mabillonius.*

Sed

Digitized by Google

Sed de pane eucharistico aperte loquitur. Primo agit *Rabanus* de re corporali & visibili sacramenti; at albedo, rotunditas panis, quæ solæ superSÆC. XI. ANNO 854.
sunt, dici non possunt Materia *corporalis*, nec in secessum emittuntur. Illa *res corporalis & visibilis* sacramenti panis est, quæ tangitur, videtur, gustatur, manducata abit in alvum, & ex alvo velut *stercus* expellitur, ut *Rabani* verba quantumvis dura assumam. 2. Id ipsum Materiale Sacramenti *Rabanus* & *Heribaldus* appellant *Eucharistiam & Sacramentum corporis & sanguinis Christi.* Accidentia non sunt Sacramentum corporis Christi: deinde vero minus proprie loquuti fuissent, quin imo Lectores in errorem induxissent, dicendo, Eucharistiam & Sacramentum corporis Christi abire in secessum velut *stercus.* Dum tamen Eucharistia, hoc est corpus Christi, maneret illibata & Sacramentum foret integrum incorruptumque, & sola perirent accidentia. 3. In secessum abit illud Sacramentum, quod *redigitur in pastum, atque transit in alimentum corporis.* Sic enim loquitur *Rabanus.* Accidentia non transeunt in alimentum, nec ipsum Christi corpus; hoc igitur quod Rabanus asserit, pani convenit unice: ille enim est Sacramentum corporis Christi, & transit in *alimentum*, dum redigitur in *pastum.*
De officio Cleric. c. 31.

Fallitur *Mabillonius*, qui credit *Rabanum* distinxisse *Sacramentum à re Sacramenti*, hoc est à corpore Christi, dum diceret: *aliud esse Sacramentum, aliud esse rem Sacramenti.* Optime *Rabanus*; nam per *Sacramentum* sive panem consecratum, sive corpus Christi intelligas, differt à *virtute* sacramenti, efficacia scilicet & gratia inundante Sacramenta: sed nemo appellaverit corpus Christi *virtutem Sacramenti*, præcipue dum distinguitur a Sacramento. Mentem aperit ipse *Rabanus*, adjiciens: *Sacramentum ore percipi, virtute Sacramenti interiorem hominem satiari.* quod ore percipitur corpus est Christi, vel saltem panis consecratus; illud vero, quo satiatur interior homo, est gratia Dei ope Sacramentorum communicata. Intelligit igitur *Rabanus* per Sacramentum, vel panem, vel corpus Christi, & virtute sacramenti designavit *gratiam* illam sacramentalem quâ renovantur, reficiuntur, salvantur credentes. Sacramentum, si credas *Rabano*, per ventris canaliculos abit in secessum, vel igitur, secundum ipsum, panis, aut corpus Christi ejicitur in secessum ut *stercus:* nec *Rabanus* a Stercoranismo potest liberari, ut magno conamine tentavit *Mabillonius.* Ignoscat Lector, si de hac controversia sæpius agitata, plura forsan dixerimus. Movebat nos nomen & autoritas *Mabillonii* diversum à nobis hac in re sentientis.

VIII. Aliud legitur in eadem epistola circa *Ebbonem*, quod non omnibus arrideat. Fuit *Ebbo* vir celeberrimus, Viennensis Præsul, ad quem sic olim *Walafridus Strabo:*
VIII. De Ebbone.

Ut primum vigeant oculi pro luce diurnâ
Quâ totum instruitur recta ad vestigia corpus;
Vos sal, vos lumen, domini vocat unica proles.

Hic tamen, ob conjurationem nefandam adversus Imperatorem *Ludovicum*, fuit solemni ritu depositus & expulsus. Nihilominus ad alteram sedem in Germania, nullo Concilio habito, quo restauraretur in priorem

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

statum, promotus, officio suo fungebatur, & a *Rabano* velut legitimus Episcopus habebatur, quod forsan canonibus adversari multis videbitur.

IX. Voces barbaræ explicatæ. Analect. T. IV.

IX. Hanc *Rabani* epistolam ad *Hildebaldum*, quæ primum *Stewartio* debetur, edidit postea vir, cui multa debet Respublica litteraria, *Balusius*, ad Reginonis calcem. Deinde vero *Mabillonius* caput trigesimum tertium, ob *Stercoranismi* notam, quæ *Rabano* inurebatur, e duobus codicibus descriptum Analectis suis inseruit. In uno codice occurrebant voces, quæ prima fronte videbantur Barbaræ, imo ita obscuræ, ut ne Oedipus quidem divinasset quid significarent: sed inversis litteris, vel Græca in Latinum transmutando facile possunt intelligi. Hæ sunt voces præcipuæ: σακραμηντȣ̃ hoc est *Sacramentum*. αυθσυραχυη inverso ordine legas, erit *Eucharistia*: *Siroproc* & *siniugnas* *ind.* hoc est *corporis* & *sanguinis Domini*. Verisimile fit *Stewartium* non animadvertisse vocem *ind.* esse compendiose scriptam, & significare *Domini*; ideoque locum velut depravatum sanare cupiens restituit: *id est*. Quæ verba sensum & mentem *Rabani* paulisper invertunt.

X. De Martyrologio Rabani. Analecta Mabillonii T. IV. p. 326. 327.

X. Sequitur *Rabani* Martyrologium. Est ejus genuinus fœtus, ut patet ex ipsius Epistola ad *Radleichum* Abbatem, & versibus ad *Grimaldum* Archicapellanum, quos ad frontem Martyrologii reposuerat. Desunt ii in editione *Canisii*. Legebantur tamen in Codicibus MS. Monasterii S. Gallensis cum aliis scriptis, quæ inde eruit diligentissimus *Mabillonius*:

IN NOMINE DOMINI

INCIPIT

PROLOGUS RABANI *EPISCOPI* AD RADLEICUM *ABBATEM* DE MARTYROLOGIO.

RAbanus Servus Christi Jesu & servorum ejus, Viro venerabili RATLEICHO, Presbytero atque Abbati, in Domino salutem. Quia rogasti me, frater amantissime, ut Martyrologium per totum annum tibi conscriberem, atque sanctorum Festa quæcumque

que potuissem invenire, ibidem insererem; feci quantum potui, & singulis diebus nomina sanctorum, quæ scripta, sive notata ab antecessoribus in libellis reperi, ibidem inserui: & cujuscumque sancti obitum, sive martyrium, qualiter vitam finierint, legi; breviter, prout valui, notavi. Tu autem, quia plurima scripta antiquorum invenisti & legisti, per ea etiam hoc parvum opusculum examinans, utile legentibus quomodo possis facias: ut quod mea imperitia atque infirmitas idonèe efficere non potuit, tua peritia atque industria utiliter perficiat: meque tuis sacris orationibus omnipotenti Deo commendes, ut ipse auctor & tributor salutis nostræ me miserum per suam gratiam & per sanctorum suorum intercessionem à vinculis peccatorum absolutum æternæ beatitudinis participem efficiat. Sæc. IX. Anno 854.

Te Deus æternus cuncta per tempora servet,
Æternam & vitam det tibi in arce poli.

DUlcissimo fratri ac reverentissimo Abbati GRIMOLDO RABANUS vilissimus servorum Dei servus in Christo salutem.

Hunc ergo ex scriptis confeci rite libellum
Sanctorum patrum, frater amate, tibi.
Ut quorum celebras festa, tu noveris actus,
Et finem vitæ, quo hinc abiere polum.
Sicque bene ipsorum meritis precibusque juvatus,
Ad cœli regnum lætus & ipse migres.
Quo Deus æternus, hominum fortissimus auctor,
Cum sanctis temet collocet atque beet.
Vive meæ vires, lassarumque anchora rerum,
Naufragio & litus tutaque terra meo.
Solus honor nobis, urbs tu fidissima semper,
Curisque afflicto tuta quies animo.
Sintque licet montes inter cum fluctibus arva,
Mens tecum est, nulla quæ cohibetur humo.
Te mea mens sequitur, sequitur quoque carmen amoris,
Exoptans animo prospera cuncta tuo.
Qui mihi te notum dedit & concessit amicum,
Conservet sanum Christus ubique mihi.
Ante solum terræ, cœlique volabile cyclum
Prætereant, vester quàm quoque cesset amor.

SÆC. IX. ANNO 854.

Hocque Pater monui, moneo te, iterumque monebo,
Sis memor ipſe mei, ſicut & ipſe tui.
Ut Deus in terris quos hïc conjunxit amicos,
Gaudentes pariter jungat in arce poli.

Hæc *Rabanum* hujus Martyrologii parentem demonſtrant, non deſunt tamen qui ea de re (*a*) dubitent, forſan eò quod ſæpius fuerit adulteratum, & re vera plurima forent obſervanda circa hoc Martyrologium, ſi ſingula liceret expendere, obſcura aperire, ſpuria rejicere. Convenit in plerisque cum Romano Martyrologio, conſulatur igitur Commentarius quem ſumma diligentia compilavit *Baronius*. Ampliſſimas poſtulaſſet notas opus *Rabani*, ſi denuo componendæ fuiſſent, quod ſcopo noſtro non convenit, ideo quædam leviter & obiter tantum, quaſi per tranſennam attigimus.

(a) Baillet Diſcours ſur les Sts. p. 43.

Mirare Lector doctiſſimos viros hujus ſæculi ſaltem plurimos velle Poëtas fieri, quanquam eos lumine torvo reſpexiſſet Apollo, & ſæpius contra proſodiam peccarent. Attamen nos illud Martyrologium ſubjecimus Pœnitentiali, ann. 855. aſſignantes purâ putaque conjectura, quippe de tempore quô fuit ſcriptum nihil nobis conſtat.

IN-

Digitized by Google

293
SÆC. IX. ANNO 854.

INCIPIT

LIBER POENITENTIALIS,

EX

CANONICIS CONSTITUTIONIBUS,

AB

RHABANO

VENERABILI

ARCHIEPISCOPO

compendioſe defloratus.

DILECTO FRATRI

HERIBALDO,

(a) *ALCEDRONENSI ANTISTITI* * *AB.* (b) * pro Abbas

RHABANUS

Peccator, & ſervorum Dei viliſſimus ſervus in Chriſto,

SALUTEM.

Capitula quædam in † *petratio conſcripta per nuntium Cunradi Comitis mihi allata ſunt: quæ de diverſis quæſtionibus me vobis reſpondere coëgerunt. Sed quia ſigillatim omnibus reſpondere non valui, ſtrictim ea denotare curavi. Fuerunt enim ibi loca quædam, quæ de homicidio facto interrogabant; quædam de fornicatione & adulterio; quædam etiam de his, qui ante gradum ſe libidine polluerunt; quædam autem de illis, qui poſt gradum acceptum ſe coinquinaverunt: & tamen ab officio Eccleſiaſtico, & miniſterio altaris ſe prohibere noluerunt. Præter cætera quoque alia capita ibi inveni ſcripta, de quibus me vobis reſpondere poſtulaſtis.*

† pittatio.

(a) Leg. Antiſſidiorenſi, fuit enim illius urbis Epiſcopus Heribaldus. Sic tamen habuit MS. Cod. B.

(b) Delendæ, ni fallor, binæ illæ litteræ, nam Epiſcopus fuit Rabanus, non Abbas anno 854. quo ſcripta eſt illa epiſtola, & re vera MSta Cod. habent: *Epiſtola RHabani Archiepiſcopi. B.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854. *Ego autem ea, quæ in ſacris canonibus inde explicita reperi: in præſenti epiſtola inſerere non tardavi. Vos autem inde facite, quod juſtum vobis videtur: & quod ſacra ſcriptura vos agere docet. In Libris enim veteris & novi Teſtamenti, quam abominabilia ſint coram Deo, homicidia, fornicationes, avaritia, maleficia, & magicæ artis ſcelera, omneſque malorum operum actiones, manifeſtiſſimè declaratur: de quibus hîc inſerere curavi. Ceterùm autem de ipſis divinis libris, ſi colligere intentè volueritis, & eis obedire decernitis: quid vobis inde agendum & ſalubre ſit, per voſmet ipſos valetis inveſtigare, & utile documentum inde accipere. Deus autem dirigat cor veſtrum, & ſtudium in omne opus bonum, ut præſenti vita ea doceatis atque agatis, quæ ſibi ſunt placita: ſicque per ejus gratiam ad mercedem plenam, & ad vitam perveniatis æternam.*

Loca Scripturæ adverſus Homicidia. *Prohibentur enim in Lege Domini homicidia, & adulteria, ſicut ſupra dictum eſt, omniaque vitia. Unde in Levitico ſcriptum eſt, quod Dominus juſſerit populo ſuo dicens:* Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſanctus Dominus Deus veſter. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Ne oderis fratrem in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſuper illo peccatum. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Patri, matrique qui maledixerit, ſanguis ejus ſuper eum.

Si mœchatus fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus, & adultera. Qui dormierit cum noverca ſua, & revelaverit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo, & ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo: & uterque operatus eſt ſcelus, morte moriantur; ſanguis eorum ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua: uterque moriantur; quia ſcelus operati ſunt, ſanguis eorum ſuper eos. Qui ſuper uxorem filiam, duxerit matrem ejus: ſcelus operatus eſt, ſanguis ejus ſuper eos: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtrum. Qui cum jumento & pecore coïerit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuit cuilibet jumento, ſimul interficietur cum eo; ſanguis ejus ſuper eam. Qui acceperit ſororem ſuam, filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem ejus, illaque conſpexerit fratris ignominiam; nefariam rem operati ſunt: occidentur ambo in conſpectu populi, eò quod turpitudinem ſuam mutuò revelaverunt: & portabunt iniquitatem ſuam. Qui coïerit cum muliere menſtruata, & revelaverit turpitudinem ejus, ipſaque aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficiantur ambo de medio populi. Turpitudinem amitæ & materteræ tuæ non diſcooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudabit: portabunt ambo iniquitatem ſuam. Qui coïerit cum uxore patrui, vel avunculi ſui, & revelaverit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt peccatum ſuum: abſque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam: turpitudinem fratris ſui revelavit, abſque liberis erunt. Ne polluatis animas veſtras in pecore, & in avibus, & cunctis quæ moventur in terra, & quæ vobis oſtendi polluta eſſe. Vir, ſive mulier, in quibus Pythonicus, vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur. Lapidibus obruunt eos, & ſanguis eorum ſit ſuper eos. Cuſtodite leges meas, atque judicia, & facite ea; ne & vos evomat terra, quam intraturi eſtis, & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulſurus ſum in vos.

Sed hoc non ſolùm in veteri Teſtamento, ſed etiam in novo cultoribus Dei ſimiliter agere omnino vetatur.

De concupiſcentiis verò carnalibus Paulus ad Galatas ſcribens ita loquitur: Dico autem, ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum; ſpiritus autem adverſus carnem. Hæc enim ſibi invicem adverſantur: ut, non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis: quæ ſunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, hæreſes, invidiæ, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia; quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Adverſus hujuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. Si vivimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem invidentes, invicem provocantes. *Et paulò poſt:* Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim ſeminaverit homo: hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu & metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus.

Cum enim illa omnia vitia quæ ſupra nominata ſunt, tàm à Legiſlatore, quàm ab

Digitized by Google

ab Apostolo noxia prohibentur, & cultoribus Dei divina auctoritas prohibet facere: pæ- SÆC.
namque eis, qui hæc agunt, minatur perpetuam. E contrario verò spiritalia dona lau- IX.
dat Apostolus, hortaturque per omnia sequenda: Bonum est, ut caveamus omne pecca- ANNO
tum, & omne scandalum, quantum Dominus nos posse donaverit: & faciamus, quæ sibi 854.
sunt placita, & lex Domini nobis mandat: quia sic, & in præsenti, & in futuro, ejus misericordiam & protectionem inveniemus. Si enim juxta historiam, legislator transgressoribus mandatorum Dei minatus est carnis mortem, & præsentis vitæ terminum, quanto magis nobis juxta mandatum Salvatoris, & Evangelicam doctrinam formidanda est mors animæ, & pœna perpetua: quam illa, quæ finem quodammodo habuit? Ista autem sine termino cruciabit noxios. Unde necesse est, ut in præsenti vita juxta Apostolum, mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram: hoc est, desideria carnis nostræ, & voluptates terrenas in nobis exstinguere contendamus: vitiaque omnia, quantum Dominus nos posse concedit, procul expellamus: Deique voluntati, & mandatis ejus obtemperare satagamus, quoniam sic mortem perpetuam evadere, & ad vitam æternam, Domino largiente, pervenire possumus. Dehinc quoque ad interrogata, quantum possumus, breviter juxta canonum instituta respondere curemus.

CA-

Digitized by Google

CAPITULA SEQUENTIS LIBELLI.

I. DE homicidiis ſponte commiſſis.
II. Item de homicidiis, & falſis teſtibus.
III. De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant; & de domina, quæ per zelum ancillam occidit.
IV. De homicidiis non ſponte commiſſis: & de his, qui quemlibet occidunt juſſu principis.
V. De adminiſtratoribus: & his qui preces criminales dictant.
VI. De populi neceſſariò commiſſo.
VII. De parricidio.
VIII. De his, quæ partus ſuos ex fornicatione perimunt.
IX. De his, quæ abortum faciunt.
X. De his, qui poſt ſacrum ordinem capitalia crimina committunt; & eorum pœnitentia, ſeu excommunicatione.
XI. De presbyteris, qui vxores acceperunt: vel fornicati ſunt.
XII. De his, qui pœnitentiam violantes, rurſum prævaricantur.
XIII. Quod pœnitentibus in cœna Domini ſit remittendum.
XIV. Quod nulli ultima pœnitentia ſit deneganda.
XV. Ut, qui pro illicitis veniam petit, etiam à multis licitis ſe abſtineat, nec tempore pœnitudinis lucra negociationis exerceat.
XVI. Ne quis poſt pœnitentiam redeat ad militiam.
XVII. Quod quibuſdam pœnitentibus priſtina concedantur conjugia.
XVIII. De perjurio.
XIX. De Epiſcopis, ſive Presbyteris, qui per pretium gradum, & Eccleſiam acquiſierunt.
XX. De inceſtis conjunctionibus: & de eo, qui filiolam ſuam, vel matrem duxerit uxorem.
XXI. De his, qui adulterium committunt.
XXII. De his, qui mœchantur.
XXIII. De Virginibus Deo ſacratis, ſive ſecularibus, ſi mœchaverint.
XXIV. De his, qui ſe ſacris Virginibus ſociant: & de Virginibus non velatis, ſi mœchaverint.
XXV. De his, quæ inter ſe fornicantur: & de his, quæ ſemen virorum ſuorum pro libidine cibo vel potui miſcent.
XXVI. De his, qui ſe gentilibus, vel Judæis junxerant.
XXVII. De his, qui cum Judæis veſcuntur.
XXVIII. De his, qui uxorem ſimul, & concubinam habent.
XXIX. De conjugatis, qui nubere non poſſunt.
XXX. De his, quæ menſtruum ſanguinem aliis in cibo, vel potu dant; & de his, qui magicam artem divinatione, & augurio obſervant.
XXXI. De ſortilegis, & auguribus.
XXXII. De his, quæ fornicantur irrationabiliter.
XXXIII. De EUCHARISTIA.
XXXIV. De reſtitutione Ebonis Epiſcopi.

CA-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

CAPUT I.

De homicidiis ſponte commiſſis.

PRimum ergo de homicidii perpetratione, quid ſacri Canones ſanciant, & qualiter pœnitentia his agenda ſit, qui hoc commiſerint, breviter denotare curavimus.

In Concilio Ancyrano cap. 21. *de homicidiis ſcriptum eſt*: Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem jugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur.

CAPUT II.

Item de homicidiis, & falſis teſtibus.

IN Concilio Agathenſi cap. 37. *de homicidiis, & falſis teſtibus ſcriptum eſt:* Itaque cenſuimus homicidas, & falſos teſtes à communione Eccleſiaſtica ſubmovendos; niſi pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint.

CAPUT III.

De his, qui ſervos ſuos extra judicem necant; & de domina, quæ per zelum ancillam occidit.

Item in Concilio Agathenſi cap. 62. *ſcriptum eſt de his, qui ſervos ſuos extra judicium necant*: Si quis ſervum proprium ſine conſcientia judicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennii reatum ſanguinis emundabit. Item in Concilio Elibertino cap. 5. ita ſcriptum eſt de Domina, quæ per zelum ancillam occiderit, ita ut infra diem tertium animam cum cruciatu effundat: eò quod incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit. Si voluntate: poſt VII. annos; ſi caſu, per V. annorum curricula acta legitima pœnitentia, ad communionem admitti placuit. Quod, ſi infra tempora conſtituta fuerit infirma, accipiat communionem.

CAPUT IV.

De homicidiis non ſponte commiſſis: & de his, qui quemlibet occidunt juſſu principis.

IN Concilio Ancyrano cap. 22. *ſcriptum eſt de his, qui non ſponte homicidium commiſerint.* De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem diffinitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit: ſecunda verò, quinquennii tempus explere. *Quod autem quidam homicidium, quod nuper in ſeditione & prælio principum virorum perpetratum eſt, excuſant, quaſi non neceſſe ſit pro hoc cuilibet agere pœnitentiam: ſed quod juſſu principum noſtrorum peractum ſit, & Dei judicio ita finitum. Scimus enim quod Dei judicium ſemper juſtum eſt, & nulla reprehenſione dignum, de quo etiam ſcriptum eſt:* Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: qui judicat orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. *Sine quo nec paſſer cadit ſuper terram. Sed nemo Dei judicia penetrare poteſt, quoniam ſcriptum eſt: Judicia tua, abyſſus multa. Unde, oportet eos conſiderare, qui hanc necem nefariam defendere cupiunt: Utrum illos, coram oculis Dei quaſi innoxios excuſare poſſint, qui propter avaritiam, quæ omnium malorum radix eſt, & idolorum ſervituti comparatur, atque propter favorem dominorum ſuorum temporalium. æternum Dominum contempſerunt, & mandata illius ſpernentes, non caſu, ſed induſtria homicidium perfecerunt. Nam, de his legimus: qui homines non ſponte interficiunt, Deum per Legiſlatorem urbes refugii deputaſſe, ad quas confugientes ſalvarentur ab ultore ſanguinis proximi ſui, & non morerentur. Unde, in Deuteronomio ſcriptum eſt: Hæc lex homicidæ erit. Civitas ſervanda eſt. Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & heri, & nudius tertius nullum odium contra eum habuiſſe comprobatur, ſed abiiſſe cum eo ſimpliciter in ſylvam ad ligna cædenda: & in*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854. *succisione lignorum, securis fugerit de manu, aut ferrum lapsum de manubrio, amicum ejus percusserit, & occiderit: hic ad unam urbium supradictorum confugiat, & vivat: ne proximus ejus, cujus sanguis effusus est, stimulo doloris percutiat animam ejus. De eo vero, qui per industriam aliquem occiderit, in Exodo ita præceptum est: si quis per industriam, & per insidias occiderit proximum: ab altari meo eum evelles, ut moriatur. Et in Deuteronomio: si quis, inquit, odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, & surgens percusserit eum, & mortuus fuerit, & fugerit ad unam de supradictis urbibus: mittent seniores illius civitatis, & eripient eum de loco refugii, & tradent eum in manus proximorum ejus, cujus sanguis effusus est, & morietur, nec misereberis ejus. Si ergo eum, quem Dominus dignum morte judicavit, reum non esse quis dicat, quomodo contrarius legi Dei non existit, qui hoc, quod Dominus præcepit, casu esse (factum) contendat? Videndum ergo illi est, ne fortè ipse in illorum numero sit, quibus per Prophetam dicitur: Væ vobis, inquit, qui dicitis malum, bonum; & bonum, malum: lucem, tenebras; tenebras, lucem: vel amarum, dulce; dulce amarum. Tales ergo mortificant animas, quæ non moriuntur; & vivificant, quæ non vivunt.*

Qui ergo malorum operum sine condigna pœnitentia quemquam veniam à Deo percipere dixerit, pœnitens errat: & cum deceptus alios decipere festinat, duplici noxa constringitur: hoc est, proprii erroris, & alienæ deceptionis. Sed inter hæc sciendum est, quod magna distantia est, inter legitimum Principem, & seditiosum Tyrannum: inter eum, qui subvertere nititur Christianæ pacis tranquillitatem; & illum, qui armis contra iniquitatem certat defendere æquitatem. De quo plurima sub lege vetere, & sub novo Testamento fortium virorum exempla inveniuntur, quæ possunt nos instruere, quid de hujusmodi debeamus sentire.

CAPUT V.

De administratoribus, & his qui preces criminales dictant.

DE Administratoribus autem, qui judicia secularia secundum legem majorum suorum exercent, quid sacri canones sentiant, facile est invenire. Nam in decretis Innocentii Papæ cap. 22. ita legitur: Quæsitum est etiam super his, qui post baptismum administraverunt, aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam protulerunt capitalem sententiam, de his nihil legimus à majoribus diffinitum. Meminerant enim a Deo potestates has esse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium suis esse permissum: Dei ministrum datum esse in hujusmodi vindicem, quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo, ita ut hactenus servatum est, sic habemus: nec, aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur. *Item in eisdem decretis cap. 25. scriptum est: quod, qui preces criminales dictant, habeantur immunes.*

Illud etiam sciscitari voluisti: an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, à principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causa cognita, judicentur. Quæ cum quæsitori fuerint allegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertor. Et dum legum inter improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

CAPUT VI.

De populi necessario commisso.

DE populi autem necessario commisso, quomodo inultum soleat præteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia ad interrogata respondens, ita scribit dicens: Provideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse, & advertite, quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace etiam Ecclesias constitutas non posse præsumere. Sed sæpe accidit, quotiens à populis, aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem, non potest vindicari, multum solere transire. Priora ergo dimittenda dico de judicio, de reliquo maxima solicitudine præcavendum. *Non enim hîc, ut mihi videtur, iste Doctor Apostolicus dicit, non necessarium esse populo pro male commissis agere pœnitentiam. Sed, quia in omnes, propter multitudinem non potest vindicari, priora dimittenda judicio; de reliquo maxima solicitudine præcavendum, ne fiant.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT VII.

De parricidio.

Parricidium autem quàm sit detestabile crimen, judicio facto inter Caïn & Abel fratrem suum, Dominus ipse ostendit, cum ad Caïn parricidam ait: Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit fructus. Vagus, & profugus eris super terram. *In quo etiam posuit signum; hoc est, ut gemens, & tremens, & profugus viveret semper, nec uspiam sedes haberet quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidæ profugi discurrunt per diversa loca, & variis vitiis, atque gulæ illecebris deserviunt; melius mihi videtur, ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent: si forte à Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra militiæ cingulum sumere, & nuptiis, atque conjugii copula uti, quia sacri Canones hoc eis non concedunt: sicut postmodum de pœnitentibus pro culpis gravibus decreta synodica decernere ostensuri sumus.*

CAPUT VIII.

De his, quæ partus suos ex fornicatione perimunt.

Itaque in Ancyrano Concilio, cap. 20. *scriptum est de his, quæ partus suos ex fornicatione conceptos, diversis modis interimunt:* De mulieribus, quæ fornicantur, & partus suos necant: vel, quæ agunt secum, ut utero conceptos excutiant: antiqua quidem diffinitio, usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removeri jussit: humanius autem nunc diffinimus, ut eis X. annorum tempus pœnitentiæ largiamur. *Item in Concilio Elibertano, cap.* 63. *scriptum est de his, qui filios suos ex adulterio necant:* Si qua per adulterium absente viro conceperit, idque post facinus occiderit; placuit vix in fine dandam esse communionem, eò quod geminaverit scelus.

CAPUT IX.

De his, quæ abortum faciunt.

Item in Concilio Hilerdensi cap. 11. *scriptum est de his, quæ abortum faciunt, vel natos extinguunt:* Hi verò qui malè conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare studuerunt: vel, in ventribus matrum potionibus aliquibus collisserint, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitæ suæ fletibus & humilitati insistant.

CAPUT X.

De his, qui post sacrum ordinem capitalia crimina committunt, & eorum pœnitentia seu excommunicatione.

Clericorum excommunicatio.

De his ergo visum est vobis conscribi, qui sacros ordines habent; vel ante, vel post ordinationem contaminatos, in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia debet esse, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publico in perjurio, furto, atque fornicatione, & cæteris hujusmodi criminibus, secundum sacrorum Canonum instituta, à gradu proprio deponantur: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur: &, rebelles hinc atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt. Qui autem de prædictis vitiis per occultam confessionem, mala abs se absconsè commissa coram oculis Dei, præsente etiam sacerdote, qui eis inducturus est pœnitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse accusant, si veraciter pœnituerint, & semper jejunia, & eleëmosynas, vigiliasque, atque sacras orationes cum lacrymis purgare certaverint. His etiam gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei pro-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

promittenda est; qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, neque mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.

Nam de illis, qui ad honorem Presbyterii sine examine provecti sunt, in Concilio Nicæno cap. 9. scriptum: Si qui Presbyteri sine examinatione provecti sunt: vel cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines contra Canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt. Tales, regula non admittit, quia quod irreprehensibile est, Catholica defendit Ecclesia. *Item in Neocesareënsi Concilio cap. 9. de his ita scriptum est:* Presbyter si præoccupatus corporali peccato provehatur; & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem suam deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter bonum studium. Nam reliqua peccata plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se ipso non fuerit confessus, & argui manifestè non potest, potestatis suæ judicio relinquatur. *Item in eodem Concilio cap. 10. simili modo etiam Diaconus:* Si eôdem peccato succubuerit, ab ordine ministerii detrahatur.

De illis, qui post acceptum gradum peccaverint, tertio Apostolorum Canone ita legitur: Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim scriptura: Non judicabit Dominus bis in id ipsum. *Item, in Canone Apostolorum cap. 29.* Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus depositus justè super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus projiciatur.

Accusationem autem adversus sacri ordinis viros facilè non recipiendam, sed prius causam diligenter examinandam, & postea judicium inferendum Apostolus docet, scribens ad Timotheum: Accusationem, *inquit*, adversus Presbyterum non recipias, nisi sub duobus, aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant.

Quales autem ipsi testes esse debeant, in Africano Concilio manifestatur, ubi cap. 6. & 15. ita scriptum: Placuit, ut omnes servi, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur: vel omnes, quos ad accusanda publica crimina leges publicè non admittunt, omnes infamiæ maculis adspersi, & histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ. Hæretici etiam, sive pagani, sive Judæi. Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia deneganda non est. *Item in eodem cap. 99.* Testes autem non admittendos ad testimonium, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt: Vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. *Ad testimonium autem intra annos XIV. ætatis suæ non admittatur. Item cap. 97.* Placuit, quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex his, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera non admittatur.

De his autem, quorum occulta sunt peccata, nec manifestè ab aliquo argui possunt, si salubriter compuncti pro peccatis confessionem coram Episcopo, sive Presbytero pœnitentiam agant, occultè faciunt, bonum mihi videtur, ut secundum id, quod sibi decretum fuerit ab Episcopo, sive Presbytero pœnitentiam agant non tepidè, non tardè, sed ferventer, & solicitè, ac si se veniam à Domino percepturos, & gradum recuperaturos confidunt. S. Greg. lib. & Regist. epistol. 54. Indict. 2. *Quod etiam B. Gregorius Papa in Epistola, quam ad Secundinum servum Dei inclusum scripsit, ita probat dicens:* Nam tua sanctitas inde à nobis requisivit, ut sibi rescriberem de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates, dum dicis de hoc Canones diversos te legisse, diversasque sententias invenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse. Nam nos generaliter à Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur, quia ipsam sequentes, ceteræ in cunctis sententiis unanimes concordant. Nos ergo præcedentes nos Patres sequimur; quia auctore Deo, ab illorum doctrina non discordamus. A capite itaque incipientes usque in quartum altaris ministrum hanc formam servandam cognoscimus, ut sicut minorem major præcedit in honore, ita & in crimine: & quem major sequitur culpa, major ei implicetur vindicta: & sic postea pœnitentia credatur fructuosa esse. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum instruere, & illic non habitare? Post dignam enim satisfactionem credimus posse redire ad honorem, Propheta dicente: Numquid qui cadit non adjiciet, ut resurgat? *Et*, qui aversus est, non revertatur? *Idem & peccatori ait:* In quacumque die conversus ingemueris, salvus eris. *Unde & Psalmista ait:* Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me, &c.

Psal. 40. Hierem. 8. Isaia. 30. Psal. 50.

Dum enim petit ne projiciatur prolapsus culpa: alienam quippe rex, simul & Propheta rapuisse uxorem se, expavit; Propheta indicante flagitium suum, pœnitentiam agens addidit: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim Deo dignam pœnitentiam non fecisset, nequaquam aliis prædicaret: Docebo iniquos vias tuas. Dum enim peccata sua prospexit Propheta, mundata per pœnitentiam,

Digitized by Google

tiam, non dubitavit prædicando caſtigare aliena: & ſic, ſacrificium de ſemetipſo offerre ſtuduit, cum dicebat: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. SÆC. XI.

At iſta ſufficerent: ſed omnis ſententia, quò plus Sacræ Scripturæ teſtimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim Propheta ait: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur, & vivat. De hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacunque die converſus ingemuerit, omnes iniquitates ejus in oblivionem tradentur. Si enim redemptor noſter peccatores non perdere, ſed vivificare venit, in oblivione delicta peccantium derelinquit; quis hominum condemnanda reſervet, cum Apoſtolus dicat: Si Deus juſtificat, quis eſt, qui condemnet? Ad fontem miſericordiæ revertentes, Evangelicam proferamus ſententiam. Gaudium eſt angelis, inquit, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra 99. juſtis, qui non indigent pœnitentia; & ovem perditam, 99. non errantibus relictis, humero ad ovile reportavit. Si ovis errans poſt inventionem ad ovile reportatur; cur iſte poſt pœnitentiam ad Eccleſiæ miniſterium non revocetur? Quid eſt ergo gravius, carnale delictum admittere, ſine quo *parati inveniuntur; aut filium Dei timendo negare? In quo peccato, ipſum B. Petrum principem Apoſtolorum, ad cujus nunc corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus, ſed poſt negationem pœnitentia ſequuta eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data, quia illum ab Apoſtolatu non dejecit, qui ante ipſum negare prædixit. ANNO 854. *Ezech.* 18. Rom. 8. *Luc.* 15. *fortè *pauci.*

Tibi hæc, fili chariſſime, dicta ſufficiant, ut illum, quem conſpicis delicta fletu delere, in conſpectu divinitatis non dubites miſericordiam conſequi, quia nullum peccantem reum ſuum deſpicit, qui peccantes ſuo ſanguine redimere venit.

Hinc etiam B. Auguſtinus ad Petrum Diaconum de fide ſcribens ait: Omni homini in hac vita eſſe poteſt utilis pœnitentia, quam quocunque tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annoſus, ſi ex toto renuntiaverit peccatis præteritis, & pro eis in conſpectu Dei, non ſolum corporis, ſed etiam cordis lacrymas fuderit, & malorum operum maculas, bonis operibus diluere curaverit; omnium peccatorum indulgentiam mox habebit Hoc enim nobis Dominus prophetico eloquio promittit, dicens: Si converſus fuerit, & ingemuerit, ſalvus erit. Et alio loco dicitur: Fili, peccaſti, non adjicias iterum, ſed de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur. Nunquam eſſet peccanti indicta pro peccatis deprecatio, ſi deprecanti non eſſet remiſſio concedenda. Si etiam pœnitentia peccatorum prodeſt, ſi eam in Eccleſia Catholica quis gerat, cui Deus in perſona B. Petri Apoſtoli ligandi, ſolvendique tribuit poteſtatem dicens: Quæ alligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis; Et, quæ ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.

In quacunque igitur homo ætate veram peccatorum ſuorum pœnitentiam egerit, & vitam ſuam Domino illuminante correxerit, non privabitur indulgentiæ munere, quia Deus, ſicut per Prophetam dicit, non vult mortem peccatoris, quantum ut revertatur à via ſua mala, & vivat anima ſua. Veruntamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei in ſuis diutius remanere peccatis, cum & in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare. Tales enim, qui ab iniquitatibus recedere negligunt, & ſibi de eo veniam repromittunt, nonnunquam ita præveniuntur repentino Dei furore, ut nec converſionis tempus, nec beneficium remiſſionis inveniant. Ideo unumquemque noſtrum ſancta Scriptura præmonet dicens: Ne tardaveris converti ad Dominum. *Et:* Ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira ejus, &, in tempore vindictæ diſperdet te. *Dicit etiam B. David:* Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Cui quoque B. Paulus concordat his verbis:* Videte fratres ne fortè ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo vivo: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. *Obdurato igitur corde vivit, qui ſe non convertit, deſperans de indulgentia peccatorum. Sive, qui ſic miſericordiam Dei ſperat, ut uſque in finem vitæ præſentis in ſuorum perverſitate criminum remaneat. Proinde diligentes miſericordiam Dei, metuentesque juſtitiam, nec de remiſſione peccatorum deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſcientes, quia illa omnium hominum, ſi debita ſit exactura æquitas juſtiſſimi judicis, quæ non dimiſerit miſericordia clementiſſimi redemptoris: Sicut enim miſericordia ſuſcipit, abſolvitque converſos; ita juſtitia rapiet, & puniet obduratos. Hi ſunt, qui peccantes in Spiritum Sanctum neque in hoc ſeculo, neque in futuro remiſſionem accipient peccatorum. Nam & de hoc Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus ad inquiſitionem Maſonis Epiſcopi ita ſcribit, dicens:* Verum quod ſequenter venerabilis fraternitas tua innotuit, nulla eſt in ejuſmodi ſententiis decretorum diverſitas intelligenda, quod alibi legitur, in lapſu corporali reſtaurandum honoris gradum poſt pœnitentiam; alibi poſt hujuſmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hæc enim diverſitas hoc modo diſtinguitur. Illos enim ad priſtinos officii gradus redire canon præcipit, quos pœnitentiæ præceſſit ſatisfactio. At contra, hi qui neque à vitio corruptionis emendantur: atque hoc ipſum carnale peccatum,

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 854.

catum, quod admittunt, etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est dirimenda utraque sententia, ut necesse sit, illos restaurari in loco honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem meruerunt divinæ pietatis. Hi, nec immeritò, consequuntur adeptæ dignitatis statum, qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur vitæ remedium. Id enim ne fortè sit magis ambiguum, divina auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel enim Propheta sub typo prævaricantis Hierusalem ostendit post pœnitentiæ satisfactionem, pristinum restaurari honorem posse: Confundere ô Juda, & porta ignominiam tuam. *Et post paululum:* Et tu, *inquit*, & filiæ tuæ revertimini ab iniquitate vestra. Quod dixit, confundere, ostendit post confusionis, & deprecationis opus debere quenquam erubescere, & pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere pro eo, quod dignum confusionis perpetraverit opus. Deinde præcepit, ut portet ignominiam depositionis suæ, lugens cum humilitate, quod peccaverit, sicque revocari secundum Prophetam ad priorem statum poterit.

Item Joannes Evangelista, Angelo Ephesi Ecclesiæ inter cetera simile quiddam scribit: Memor esto, *inquit*, unde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: alioquin veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ejus. In angelo Ecclesiæ præpositum utique, id est sacerdotem ostendit, juxta Malachiam, qui dicit: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquiram de ore ejus: quia angelus Domini exercituum est. Præpositus ergo lapsus in vitium per Evangelistam monetur, ut memor sit, unde ceciderit, & pœnitentiam agat: & prima faciat opera, ut non moveatur candelabrum ejus. Nam candelabrum angeli, doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur, juxta quod scriptum est apud Samuelem in damnatione Heli: Oculi ejus caligaverant, nec poterat videre lucernam Dei, antequam exstingueretur. Lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate sacerdotali pollens, justitiæ claritate fulgebat, quam exstinctam Propheta asserit, dum ob scelera filiorum, sacerdotis potestatem, meritorumque lumen amisit. Candelabrum ergo, sive lucerna sacerdotis, quæ intelliguntur charismata honoris, tunc penitus, juxta Joannem, exstinguitur, & movetur, quando post delicti casum neglecta pœnitentia, admissa scelera non deflentur. Non enim dixit, pro eo quod cecidisti, movebo candelabrum tuum de loco suo. Ergo quemque præpositum peccantem, si prævenerit pœnitentia delicti, utique sequetur & meriti. Et in Proverbiis scriptum est: qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Nam & ipsum, quod canonum censura post VII. annos remeare pœnitentem in statum pristinum præcepit, non hoc electione proprii arbitrii sancti Patres, sed potius ex sententia divini judicii sanxerunt. Nam legitur, quod soror Aaron Maria, dum obdurationis adversus Moysen incurrisset delictum, illicò stigmate lepræ perfusa est. Cumque peteret Moyses, ut emundaretur, præcepit eam Dominus extra castra VII. diebus egredi, & post emundationem rursus in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita sordidissimis corruptionum contagiis maculatur, extra castra septem diebus, & extra collegium S. Ecclesiæ VII. annis projicitur. Ubi, post emundationem vitiorum, loci, sive pristinæ dignitatis recipiet meritum. Ecce, in quantum valui, Concilii Ancyrani, antiquam planè, & plenam auctoritatem (&) sententiam sacris testimoniis explanavi, ostendens eum posse restaurari proprio honore, qui per pœnitentiæ satisfactionem novit propria delicta deflere. Eum verò non posse restaurari, qui nec luget, quæ agit, & lugenda, sine ullo pudore religionis, vel timore divini judicii committit. Hucusque Isidorus.

Augustinus ad Bonifacium: Ut, *inquit*, in Ecclesia sanciretur, ne quisquam post alicujus criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum disciplinæ, alioquin contra claves Ecclesiæ datas disputaretur, de quibus dictum est: quæ solveritis super terram, soluta erunt & in cœlo. Sed, ne forsitan de criminibus spe honoris Ecclesiastici intumescens animus, superbè ageret pœnitentiam, severissimè placuit, post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis, medicina verior & major esset humilitatis. Nam & David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo permansit; sed non ideo supervacua putanda est posterior diligentia, qui, ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur; experti credo aliquorum fictas pœnitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim invenire multas medicinas multorum experimenta morborum.

In Concilio Ilerdensi cap. 5. de his, qui altario deserviunt, si subito carnis fragilitate corruerint, ita scriptum est: Hi vero qui altario serviunt, si subitò flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, dignè pœnituerint, ita ut mortificato cor-

Digitized by Google

corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant, maneat in poteſtate Epiſcopi, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiori tempore ab Eccleſiæ corpore ſegregare; ita tamen, ut ſi officiorum ſuorum loca retineant, non poſſint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod ſi, iteratò velut canes ad vomitum reverſi fuerint, non ſolùm dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem, non niſi in exitu, percipiant. SÆC. IX. ANNO 854.

Item in Concilio Carthaginenſi, cap. 27. ſcriptum eſt: Quod Presbyteri, & Diaconi in graviore culpa convicti, manus impoſitionem tanquam laici nequaquam ſuſcipiant. Contrà firmatum eſt: Ut, ſi quando Presbyter, vel Diaconus in aliqua graviore culpa convicti fuerint, ob quam eos à miniſterio neceſſe eſt removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus imponatur, vel tanquam fidelibus laicis: neque permittendum eſſe, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.

CAPUT XI.

De Presbyteris, qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt.

ITem de Presbyteris, qui uxores acceperint, vel fornicati ſunt, in Concilio Neocæſareenſi cap. 5. ſcriptum eſt: Presbyter ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur; ſi verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Presbyteri conjugati, & fornicatores.

Item ex Decretis Innocentii Papæ cap. 26. Propterea quod dignum, & pudicum, & honeſtum eſt, tenere omnino Eccleſia debet: ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus ſuis non coëunt, quia miniſterii quotidiani neceſſitatibus occupantur. Scriptum eſt enim: ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Nam priſcis temporibus de templo Dei ſacerdotes anno vicis ſuæ non diſcedebant; ſicut de Zacharia legimus: nec domum ſuam omnino tangebant, quibus utique propter ſobolis ſucceſſionem, uxoris uſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus fuerat præceptus accedere; quanto magis ſi Sacerdotes, vel Levitæ, pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt. Nec præterit dies, quo vel ſacrificiis divinis, vel baptiſmatis officio [non] vacent. Nam, ſi Paulus ad Corinthios ſcribens ait: Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, & hoc utique Laicis præcepit: Multo magis ſacerdotes, quibus & orandi, & ſacrificandi jugiter officium eſt, ſemper debent ab hujuſmodi conſortio abſtinere. Qui, ſi contaminatus fuerit carnali concupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare forſitan uſurpabit: aut qua conſcientia, quove merito exaudiri ſe credit, cum dictum ſit: Omnia munda mundis; coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum. 1 Cor. 7.

Item ex decretis Leonis Papæ cap. 17. *ſcriptum*: Lex continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ Epiſcopis, atque Presbyteris: qui cum eſſent Laici, ſive lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt; ſed cum pervenerunt ad prædictos gradus, cepit eis non licere, quod licuit. Unde, & de carnali, fiat ſpirituale conjugium. Oportet eos, nec dimittere uxores, & quaſi non habeant, ſic habentes, quò & ſalva ſit charitas connubiorum, & ceſſet operatio nuptiarum.

Item in Carthaginenſi Concilio cap. 25. *Aurelius Epiſcopus dixit*: Addimus fratres chariſſimi. Præterea, cum de quorundam clericorum, quamvis lectorum, erga uxores proprias incontinentia referatur; placuit, quod & diverſis Conciliis confirmatum eſt: Subdiaconi, qui ſacra myſteria contrectant, & Diaconi, & Presbyteri, ſed & Epiſcopi ſecundum priorum ſtatuta: etiam ab uxoribus ſe abſtineant, ut tanquam non habentes eſſe videantur. Quod, ſi non fecerint, ab Eccleſiaſtico removeantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, niſi maturiori ætate.

CAPUT XII.

De his, qui pœnitentiam violantes, rurſum prævaricantur.

IN Concilio Aureliano cap. 7. ſcriptum de his, qui pœnitentiam violant: Hi vero, qui ſuſceptam pœnitentiam, religionemque ſuæ profeſſionis obliti, ad ſecularia reſbuntur, placuit eos à communione ſuſpendi, & ab omnium Catholicorum conviviis ſaparari. Quod ſi poſt interdictum, cum eo quiſquam præſumpſerit manducare, & ipſe communione privetur. Pœnitentiæ violatio.

In

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

In Concilio Toletano cap. 55. Quicunque ex secularibus accipientes pœnitentiam se totonderunt, & rursus Laici prævaricantes effecti sunt, comprehensi ab Episcopo suo, ad pœnitentiam, ex qua recesserunt, revocentur. Quod si aliqui per pœnitentiam irrevocabiles sunt, nec admoniti revertuntur; postea coram Ecclesia anathemate condemnentur, non aliter quam hi, qui detonsi à parentibus fuerunt, aut sponte sua, amissis parentibus se ipsos religioni devoverunt, & postea secularem habitum sumpserunt. Iidem à sacerdote deprehensi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revocentur. Quod si reverti non possunt, apostatæ anathematis sententiæ subjiciantur. Quæ forma servabitur etiam in Viduis, Virginibusque sacris, ac pœnitentibus feminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt: & postea, aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt.

Ex Decretis Siricii Papæ, cap. 10. De his vero non incongrue dilectio tua Apostolicam sedem credidit consulendam, qui acta pœnitentia, tanquam canes, ac sues ad vomitus pristinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & lubricas voluptates, & nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam, generati post absolutionem filii prodidere. De quibus etiam, quia suffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut sola intra Ecclesiam fidelibus oratione jungantur sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint. A dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quia carnali fragilitate cecidêre, viatico munere, cum ad Deum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri. Quam formam, & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servandam esse censemus. *Item in Concilio Arelatensi cap.* 11. Pœnitentes, quæ defuncto viro aliis nubere præsumpserunt, vel suspecta, vel interdicta familiaritate, cum extraneo [se] junxerint, cum eodem ab Ecclesiæ limine arceantur. Hæc etiam de viro in pœnitentia placuit observari.

CAPUT XIII.

Quod pœnitentibus in cœna Domini sit remittendum.

Pœnitentiæ relaxatio in Cœna Domini.

Item ex Decretis Innocentii Papæ cap. 7. scriptum est: De pœnitentibus autem, qui, sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam egerunt, si nulla intervenit ægritudo, V. feria ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis: ac tunc jubere dimitti, cum viderit satis congruam satisfactionem. Si quis autem in ægritudinem incidit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, non de seculo absque communione discedat.

CAPUT XIV.

Quod nulli ultima pœnitentia sit deneganda.

Ultima Pœnitentia non deneganda.

IN decretis Cælestini Papæ cap. 15. scriptum est, quod nulli ultima pœnitentia sit deneganda: Agnovimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui, obitus sui tempore, animæ suæ cupiunt subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore convertenti succurrere, ac periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere, quo se ille expedire desiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud est, quam morienti mortem addere, atque animam sua crudelitate, ne absoluta [esse] possit, occidere; cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori: quacunque die conversus fuerit, peccata ejus non reputabuntur ei. *Et iterum:* Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur, & vivat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegaverit. Et desperavit de clementia Dei, qui cum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non credidit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dextram pendens, si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cùm esset in pœna, pœnituit, & per unius sermonis professionem habitaculum paradisi, Deo promittente, pro-

Digitized by Google

promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potius æstimanda est, quam tempore. Propheta taliter hoc asserente: Cùm conversus ingemueris, salvus eris. Cùm ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum se obliget judici cui occulta omnia noverit revelari. SÆC. IX. ANNO 854.

CAPUT XV.

Ut, qui pro illicitis veniam petit, etiam a multis licitis se abstineat, nec tempore pœnitudinis lucra negociationis exerceat.

IN decretis Leonis Papæ cap. 22. scriptum est, quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam à multis licitis abstinere. Aliud quidem est debita justa reposcere, aliud propria, perfectionis amore contemnere; sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam à licitis abstinere, dicente Apostolo: Omnia quidem licent, sed non omnia expediunt. Unde, si pœnitentes habent causam, quam negligere fortè non debeant, melius expedit Ecclesiasticum, quàm forense judicium. *Item in eisdem decretis cap. 23. scriptum est: Quod pœnitenti nulla exercere conveniat negociatio.* Qualitas lucri negociantem aut excusat, aut arguit, quia est honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti utilius est, dispendia pati, quàm periculis negociationis obstringi, quia difficile est, inter ementis & vendentis commercium non intervenire peccatum. Negotiatio vetita tempore pœnitentiæ.

Isidorus in lib. officiorum: Hi, qui pœnitentiam gerunt, capillos & barbam nutriant, ut demonstrent abundantiam criminum: quibus caput peccatoris gravatur. Capilli enim pro vitiis accipiuntur, sicut scriptum est: Et crinibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.

CAPUT XVI.

Ne quis post pœnitentiam redeat ad militiam.

ITem in eisdem decretis cap. 24. scriptum est, quod aliquis ad militiam secularem post pœnitentiam redire non debeat: Contrarium est omninò Ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem, cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo, applicat se secularibus negotiis. Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militia mundana vult implicare. Post Pœnitentiam Militia vetita.

CAPUT XVII.

Quod quibusdam pœnitentibus pristina concedantur conjugia.

IN Concilio Toletano scriptum est: Quod quibusdam pœnitentibus pristina reddantur conjugia. Antiqui & sanctissimi est Patris sententia Papæ Leonis, ut is, qui in ætate adolescentiæ potius, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium; si est jugatus, & fortè fuerit incontinens, ne postea adulterii incurrat lapsum, redeat ad pristinum conjugium, quousque possit adipisci temporis maturitate statum continentiæ. Quod nos de fœminis judicamus, similiter de viris censemus, non quidem generaliter, & legitime præceptum; sed constat à nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, ut si is, qui pœnitentiæ legibus non est deditus, antea ab hac vita discesserit, quam ex consensu ad continentiam veniant, superstiti non liceat denuo ad uxoris transire amplexus; si autem illius vitæ exstiterit superstes, qui non accipit pœnitentis benedictionem, nubat si continere non potest, & alterius uxoris consortio fruatur. Quod de utroque sexu pari modo à nobis manifestum est decerni, ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio exspectetur, ut juxta quidem ætatem aptam perspexerit, continentiæ, absolutionis, vel districtionis tribuat legem. De conjugii usu.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

CAPUT XVIII.

De perjurio.

Perjurium. *PErjurium in lege divina omnino prohibetur, dicente Legiſlatore* : Non aſſumas nomen Domini Dei tui in vanum. Non enim inſontem habebit eum Dominus, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra. *Unde ipſa veritas dicit in Evangelio* ; Nolite jurare omnino, neque per cœlum, neque per terram, &c. *Hinc & in canone ſcriptum eſt.* Quicunque vero ſciens * ſe perjuraverit, annos VII. ſe pœnitentiæ ſubdat, & ita deinceps ad communionem revertatur. *Item Ecbertus Anglorum Epiſcopus diffinit ita dicens* : Qui juramentum in Eccleſia fecerit, aut in Evangelio, ſive in reliquiis Sanctorum, VII. annos. Alii judicant XI. ſi verò in manu Epiſcopi, aut Presbyteri, vel Diaconi, ſeu in cruce poſita conſecrata, unum annum pœniteat ; alii VII. annos judicant. Et in cruce non conſecrata I. annum pœniteat ; vel VII. menſes, ut alii judicant. Qui autem ſeductus ignorans, & poſtea cognoſcit, unum annum, vel III. XL. pœniteat. Si quis coactus pro qualibet neceſſitate, III. XL. alii annos tres. Unum ex his in pane, & aqua, ut alii judicant. Item perjurium III. annos pœniteat. Qui ſuſpicatur, quod perjurus in juramentum ducitur, ſed tamen per conſenſum jurat, duos annos pœniteat ; ſed quia in multis locis ab his, qui per avaritiam terrenæ poſſeſſionis, & Eccleſiaſtici ordinis precium dant, ut terrenarum rerum ſibi abundantiam inde acquirant, fæpe perjurium ſit illis, qui hoc ſcandalo decipiuntur ; juſtum eſt, ut illis, qui hoc faciunt, condicta vindicta retribuatur. Nam de talibus ita ſtatutum eſt in canonibus.

* *fortè redundat in MS.*

CAPUT XIX.

De Epiſcopis, ſive Presbyteris, qui per precium, gradum & Eccleſiam acquiſierunt.

Epiſcopi Simoniaci *IN Synodo Remenſi cap.* 21. *ſcriptum eſt:* Quicunque Presbyter per pretium, gradum acquiſierit, deponatur. *Ex Concilio Aurelianenſi cap.* 10. Ut nullus Presbyter ad introitum Eccleſiæ xenia donet. *In Concilio Turonenſi, ſive Moguntinenſi cap.* 15. *ſcriptum eſt:* Quicunque Presbyter per precium Eccleſiam fuerit adeptus, omnimodo deponatur, quoniam & ille contra Eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam agere dignoſcitur. Item & ille deponatur, qui alium Presbyterum legitimè ad Eccleſiam ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque ſibi taliter vendicaverit, quod vitium latè diffuſum, ſummo ſtudio emendandum eſt. Idemque interdicendum videtur Clericis, ſive Laicis, ne quis cuilibet Presbytero præſumat dare Eccleſiam ſine licentia, & conſenſu Epiſcopi ſui.

CAPUT XX.

De inceſtis conjunctionibus, & de eo, qui filiolam ſuam, vel matrem duxerit uxorem.

Inceſta. *DE inceſtis autem conjunctionibus in Concilio Agathenſi cap.* 61. *ita ſcriptum eſt:* Inceſtis conjugiis nihil prorſus veniæ reſervamus, niſi cum adulterium ſeparatione ſanaverint. Inceſtos verò nullo conjugii nomine cenſendos, quos etiam deſignare funeſtum eſt, hos eſſe cenſemus. Si quis relictam fratris, quæ penè prius ſoror exſtiterat, carnali conjunctione violaverit ; ſi quis fratris germanam uxorem acceperit ; ſi quis novercam duxerit ; ſi quis conſobrinæ ſe ſuæ ſociaverit, quod ita præſenti tempore prohibemus, ut ea, quæ ſunt ante nos conſtituta, non diſſolvamus. Si quis relictæ vel filiæ avunculi miſcetur : aut patris filiæ ; vel privignæ ſuæ concubitu polluitur ; ſanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

Item, de eiſdem in Concilii Aurelianenſis cap. 14. *ſcriptum eſt:* ne frater ſuper torum defuncti fratris aſcendat ; ne quiſquam amiſſa uxore ſorori audeat ſe ſociare. Quod ſi fecerit, ab Eccleſiaſtica diſtrictione feriatur.

Item,

Digitized by Google

Item, de iisdem in Concilio Ilerdensi cap. 4. Qui se incesti pollutione commaculant, placuit, quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum catechumenorum in Ecclesia permittantur: cum quibus jam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apostolus jussit, oportet. SÆC. XI. ANNO 854.

Item de his in Ancyrano Concilio cap. 23. Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, & gravidam tradidit, postmodum desponsatam sibi duxit uxorem. Illa verò, quæ corrupta est, laqueo se peremit. Omnes, qui ejusmodi facti fuerunt conscii, X. annos in pœnitentiam redigantur, secundum Canones constitutos. *In decretis Siricii Papæ c.* 4. Omnimodis prohibemus, ne quis sponsam alterius ducat uxorem, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Desponsatas puellas, & præ aliis raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ, etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit.

De, quæ duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores uxores acceperint, in Neocæsareensi Concilio cap. 2. ita dictum est: Mulier, si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem. Veruntamen in exitu propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis, * cujus est conjunctionis vincla dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit vir, aut mulier in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti. * hujus.

Item de his, qui duabus sororibus copulantur, in Elibertino Concilio cap. 61. *ita scriptum est*: Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit uxorem, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium à communione placuit abstinere, nisi fortè velocius dari parem necessitas coegerit infirmitatis. Item de muliere, quæ duos fratres sumit conjugio, in Canonibus Martini Episcopi, [sic scriptum:] Si qua mulier duos fratres; aut, si quis duas sorores duxerit, à communione abjiciantur usque ad mortem. In morte eis communio propter misericordiam detur. Si verò supervixerint communione accepta, & de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto. Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit. De eo verò, quod interrogasti: Si ille, qui filiolam suam, quam de sacro fonte baptismatis suscepit, & de eo, qui concubuit cum commatre sua spirituali, & de illo, qui filium suum baptizatum, & cujus uxor eum de fonte suscepit, postea in tali copulatione permanere possent? omnino illicitum esse judicamus. Nam in Concilio Mogontiensi cap. 55. de talibus scriptum est: Nullus proprium filium, aut filiam à fonte baptismatis suscipiat; nec filiolam, nec commatrem suam suscipiat uxorem; nec illam, cujus filium, aut filiam ad confirmationem duxerit. Ubi autem factum fuerit, separentur.

Item in Synodo Mogontiensi c. 56. Si quisquam viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio; tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri. Quàm detestabile, & quàm execrabile scelus sit unicuique Christiano, filiolam suam sibi ad libidinem jungi, testatur S. Gregorius Papa in Dialogis suis, ubi refert: quendam hominem constuprasse filiolam suam, & tribus diebus reservatum esse ad satisfactionem pœnitendi. Sed ille miser, sperans peccatum suum aut latere Deum, aut oblivioni misericorditer datum, neglexit pœnitentiam agere, sed non longè post miserabili morte correptus exspiravit, ita ut sepulchrum ejus igne consumeretur. In hoc opere apparuit ineffabilis Dei clementia, quæ ipsum hominem reservare voluit ad indulgentiam, si ille non tardaret converti.

Item in Synodo Mogontiensi de incestis conjugiis scriptum est: Si quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum noverca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, sive cum matertera sua, vel cum filia patrui sui, sive avunculi sui, vel amitæ suæ, sive materteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre sua, vel cum filiola sua, quam de fonte baptismatis suscepit, vel ante Episcopum ad confirmationem tenuit, vel si qua mulier simili modo fornicata fuerit: abstineat se ab ingressione domus Dei anno uno, & eodem anno nisi festis diebus, & præcipuis solummodo, pane, & aqua, & sale utatur; arma pugnatoria non ferat; osculum nulli præbeat; sacrificium nisi pro viatico minimè sumat. Sex deinde annis ingrediatur domum Dei, sed carnibus, & vino, ac sicera minimè utatur, nisi festis præcipuisque diebus. De armis verò, vel osculo, sive sacrificio, sicut supra dictum est, faciat. Postea verò duobus annis, quando carne vescitur, à potu omni, qui potest inebriare, se contineat. Quem potum, si biberit, non carne vescitur, absque præcipuis festis diebus. Inde usque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus, à carne abstineat. Tres legitimas ferias in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitimè custodiat. De armis vero, sicut jam dictum est, faciat, & nunquam conjugio copuletur. Hæc ea-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

eadem pœnitentia imponenda est parricidis, vel fratricidis, vel consanguineis; nec, nisi ex his, qui sponte, per fraudem, & avaritiam hominem innoxium occidunt, quod Theodisca lingua mordicum dicitur.

CAPUT XXI.

De his, qui adulterium committunt.

Adulteria.

Adulterium autem non solum lex damnat, sed etiam Evangelica auctoritas omnino fieri vetat. Unde & sancti Patres, magisterio cœlesti imbuti, de hoc, quid servandum sit, sanxerunt. Nam in Concilio Ancyrano cap. 17. *scriptum est:* Si cujus uxor adulterata fuit, vel si ipse adulterium commiserit, VII. annis in pœnitentia completis oportet eos perfectionem, secundum pristinos gradus, consequi.

Item in Africano Concilio cap. 69. *de his, qui uxores, aut quæ viros dimittunt, ut maneant sic, ita scriptum est:* Placuit, ut secundum Evangelicam & Apostolicam disciplinam, ut neque dimissus ab uxore, nec dimissa à marito alteri conjugatur, sed ita maneat, ut sibimet reconcilientur. Quod, si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

Item in decretis Innocentii Papæ [*cap.*] 24. *scriptum est, quod viri cum adulteris fœminis non conveniant.* Et illud delideratum est sciri: cur communicantes viri cum adulteris non conveniant, cum contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur? dum super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnet, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant. Non enim habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo prodito earum crimine communio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facile aliquis ex suspitionibus abstinetur. Qui utique submovetur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo causa par sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

Item in ejus Papæ decretis cap. 27. *scriptum est:* De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est, qui, viro vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conjugium, ad aliam copulam festinarunt. Neque possunt adulteri non videri, in tantum, ut etiam hæ personæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam adulterium commisisse videantur, secundum illud, quod legimus in Evangelio: Qui dimiserit uxorem suam & duxerit aliam, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo omnes à communione abstinendos. De parentibus autem, & propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi succensores illiciti consortii fuisse detegantur.

In Concilio quoque Elibertino, cap. 9. *de feminis, quæ adulteros maritos reliquerint, & aliis nubunt, scriptum est:* Fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit, & alii nubit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquit, de sæculo exierit, nisi fortè necessitas infirmitatis compulerit.

CAPUT XXII.

De his, qui mœchantur.

Leges adversus Mœchos.

Item in Concilio Elibertino cap. 30. *de mœchis scriptum est:* Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati. Eò quod postmodum per surreptionem ad ulteriorem gradum forsitan promovebantur. Qui autem sunt in tempore præterito ordinati, amoveantur.

Item in eodem Concilio cap. 31. *de adolescentibus, qui post lavacrum mœchantur, scriptum est:* Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti.

Item in eodem Concilio cap. 47. *de eo, qui uxorem habens, sæpius mœchatur, scriptum est:* Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in finem mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus mœchatur, placuit ulterius non ludere eum de communione pacis.

CA-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

CAPUT XXIII.

De Virginibus Deo ſacratis, ſive ſecularibus, ſi mœchaverint.

Item in Concilio eodem cap. 13. *de Virginibus ſacratis ſcriptum eſt:* Si mœchaverint Virgines, quæ ſe Deo dicaverunt, ſi pactum perdiderunt virginitatis, atque eidem libidini inſervierunt, non intelligentes quid amiſerint, placuit nec in finem eis dandam eſſe communionem. Quod ſi ſemel perſuaſæ ad infirmi corporis vitia lapſæ, tempore vitæ ſuæ, hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, ut abſtineant ſe à coitu, placuit eas in finem communionem accipere debere.

Item, in eodem de Virginibus ſecularibus, ſi mœchatæ fuerint: Virgines, quæ Virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eosdem, qui eas violaverunt, duxerint, & tenuerint maritos, eò quod ſolas nuptias violaverunt, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel ſi alios cognoverint virós, eò quod mœchatæ ſint, placuit poſt quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

Item in Concilio Ancyrano cap. 9. *de his, quæ Virginitatem profeſſæ ſunt, & de his, quæ ſub ſororis habitu cum aliquibus commorantur, ſcriptum eſt:* Quotquot Virginitatem promittentes irritam faciunt ſponſionem, inter bigamos computentur. Virgines autem, quæ tanquam ſorores cum viris habitare volunt, ab eorum conſortio prohibemus.

CAPUT XXIV.

De his, qui ſe ſacris Virginibus ſociant; & de Virginibus non velatis, ſi moechaverint.

IN decretis Gelaſii Papæ cap. 20. *de his, qui ſe ſacris Virginibus ſociant, ſcriptum eſt*: Virginibus ſacris temerè ſe quosdam ſociare cognovimus, dicatum Deo propoſitum, inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere, quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi: & niſi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi. At his viaticum certè de ſeculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.

Item, in decretis Innocentiæ Papæ cap. 20. *de Virginibus non velatis, ſi deviaverint, ſcriptum eſt:* Hæ verò quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito Virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licet velatæ non ſint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum a Domino tenebatur. Nam ſi inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolvi; quanto magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine vindicta [non] poterit. Nam ſi Apoſtolus illas, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerunt, dixerat habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potius Virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ?

CAPUT XXV.

De his, quæ inter ſe fornicantur, & de his, quæ ſemen virorum ſuorum pro libidine, cibo, vel potui miſcent.

DE fœminis, quæ inter ſe fornicantur in Ancyrano Concilio ſcriptum eſt: Si mulier cum muliere fornicata fuerit, annos III. pœniteat. Item: ſi mulier more fornicationis ad alteram conjunxerit, tres annos, ſicut fornicator, pœniteat. Sic & illa, quæ ſemen viri ſui in cibo miſcens, ut inde plus ejus amorem accipiat, pœniteat. Mulier ſola, ſi cum ſe ipſa coitum habeat, tres annos pœniteat.

CAPUT XXVI.

De his, qui ſe gentilibus, vel Judæis junxerunt.

ITem de his, quæ ſe gentilibus, vel Judæis junxerunt, in Concilio Arelatenſi ſcriptum eſt: Puellæ fideles, quæ gentilibus junguntur, placuit, ut aliquanto tempore à communione ſeparentur.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

Item in Concilio Elibertino cap. 78. de fidelibus conjugatis, si cum Judæa, vel gentili mœchaverint scriptum: Si quis fidelis, habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur. Quod, si alius eam duxerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia poterit Dominicæ communioni sociari.

CAPUT XXVII.

De his, qui cum Judæis vescuntur.

Consuetudo cum Judæis vetita.

ITem in Concilio Elibertino de Christianis, qui cum Judæis vescuntur, scriptum est: Si verò quis Clericus, vel fidelis, cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum à communione abstineri, ut debeat emundari.

Item in Concilio Toletano c. 14. scriptum de Judæis: Suggerente Concilio, id gloriosissimus Dominus noster canonibus inseri præcepit, ut Judæis non liceat habere uxores, vel concubinas, neque mancipium Christianum in usus proprios comparare; sed filios, qui ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publica eos opus est agere, per quæ eis occasio præbeatur pœnam Christianis inferre. Si qui vero Christiani ab eis Judaismi ritu maculati sunt, vel etiam circumcisi, non reddito precio, ad libertatem & religionem redeant Christianam.

CAPUT XXVIII.

De his, qui uxorem simul & concubinam habent.

Uxorem & concubinam habere non licet.

ITem de his, qui uxorem habent, si concubinam habuerint, in Concilio Toletano cap. 17. scriptum est: Si quis habens uxorem fidelis, si concubinam habeat, non communicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantùm, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, sit conjunctione contentus. Alias vero vivens, abjiciatur donec desinat, & ad pœnitentiam revertatur.

CAPUT XXIX.

De conjugatis, qui nubere non possunt.

Conjugati qui non possunt nubere. * *copulam carnalem habere.*

QUod autem interrogasti de his, qui matrimonio conjuncti sunt, & nubere non possunt: si ille aliam, vel illa alium ducere possit? non cum auctoritate, sed de quorundam statutis respondemus, in quibus scriptum est: Vir & mulier, si se conjunxerit matrimonio, & postea dixerit mulier de viro, quod non possit ei * nubere, si potest probare per justum indicium, quod verum sit, accipiat alium.

CAPUT XXX.

De his, quæ menstruum sanguinem aliis in cibo vel potu dant; & de his, qui magicam artem divinatione & augurio observant.

Magicæ artes illicitæ.

DE his etiam, super quibus interrogasti, id est de illa fœmina, quæ menstruum sanguinem suum miscuit cibo vel potui, & dedit viro suo, ut comederet; & quæ semen viri sui in potu bibit; & de ea, quæ testam hominis combussit igni, & viro suo dedit pro infirmitate vitanda: quali pœnitentia sint plectendæ? Ut nobis videtur, tali sententia feriendi sunt, sicut magi, & arioli, qui magicam artem exercuisse noscuntur. Nam de his, qui magicam artem exercent, & auguria attendunt, & divinationem observant, Theodori Archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis, unum annum pœniteat; qui vero in magnis, X. annos pœniteat. Mulier si qua ponit filiam suam supra tectum, vel in fornacem, pro sanitate febris, VII. annos pœniteat. Qui ardere facit grana ubi mortuus est, hoc pro sanitate viventium & domus, V. annos pœniteat. Si mulier incantationes vel divinationes fecerit, unum annum, vel tres quadragesimas, vel XL. dies, juxta qualitatem culpæ pœniteat.

De hoc in Concilio Ancyrano cap. 22. dicitur: Qui auguria, auspicia, sive somnia, vel divinationes quaslibet secundum mores gentium observant, aut in domos suas hujusmodi

Digitized by Google

jusmodi homines inducunt, in exquirendis aliqua arte maleficis, aut ut domos suas lustrent; hi, si de clero sunt, abjiciantur; si verò seculares, quinquennio pœnitent. Qui cibum immolatum comederit, & deinde confessus fuerit, sacerdos considerare debet personam, in qua ætate, vel quomodo edoctus, aut qualiter contigerit, & ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur, & in omni pœnitentia semper, & confessionem omnino, in quantum Deus adjuvare dignetur, cum omni diligentia conservetur. SÆC. IX. ANNO 854.

CAPUT XXXI.

De sortilegis; & auguribus.

ITem in Concilio Agathensi de sortilegis, vel augurium servantibus, scriptum est: Ne de eo fortasse videatur omissum, quod maximè fidem Catholicæ religionis instat, quod aliqui Sti Clerici, sive Laici studeant auguriis, & sub nomine ficto religionis, quas sanctorum sortes divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione, futura promittunt. Hoc quicunque Clericus, vel Laicus detectus fuerit vel consulere, vel docere, ab Ecclesia habeatur extraneus. Sortilegi & augures.

CAPUT XXXII.

De his, quæ fornicantur irrationabiliter.

ITem in Ancyrano Concilio, cap. 15. scriptum est de his, qui irrationabiliter, id est, cum pecoribus & masculis fornicantur: Quotquot ante vigesimum ætatis annum tale crimen commiserint, XVI. annos acta pœnitentia communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur vita eorum, qualis tempore pœnitudinis exstiterit, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem post XX. annos ætatis, uxores habentes, in hoc peccato prolapsi sunt, XXV. annos pœnitentiam agentes, ad orationis communionem recipiantur. In qua, quinquennio durantes, tunc oblationis sacramenta percipiant. Quod si & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum ætatis annum, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur. Fornicatio cum pecoribus.

Item, in eodem Concilio cap. 16. Eos, qui irrationabiliter vixerint, & in lepra justi criminis alios polluerint, præcepit sancta Synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur in mundo.

CAPUT XXXIII.

DE EUCHARISTIA.

QVod autem interrogastis: Utrum Eucharistia, postquam consumitur, & in secessum emittitur more aliorum ciborum, iterum redeat in naturam pristinam, quam habuerat antequam in altari consecraretur. Eucharistia an abeat in Secessum?

[*Ista sententia* (a) *contraria est sententiis Clementis Papæ, & aliorum multorum sanctorum Patrum, qui dicunt corpus Domini non cum cæteris communibus cibis per aqualiculos in secessum mitti.*] *Superflua est hujusmodi quæstio, cum ipse Salvator dixerit in Evangelio:* Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. *Joan. 6.* *Sacramentum* (b) *corporis & sanguinis,* (c) *id est ex rebus visibilibus, & corporalibus conficitur; sed invisibilem tam corporis, quàm animæ efficit sanctificationem,* [&] *salutem. Quæ est enim ratio, ut hoc, quod stomacho digeritur,* & *in secessum* (d) *emittitur, iterum in statum pristinum redeat, cum nullus hoc unquam fieri esse asseruerit.*

Nam quidam nuper de ipso Sacramento corporis & sanguinis Domini non ritè sentientes dixerunt: hoc ipsum corpus, (e) *& sanguinem Domini, quod de Maria Virgine natum est, & in quo ipse Dominus passus est in cruce, & resurrexit de sepulcro* (f) ------ *cui.*

(a) Hæc verba addita fuerant ad marginem ab Amanuensi, deinde vel à Stewartio, vel alio, in textum inserta. Vidit Balusius, vir acutæ naris, illa mentem Rabani evidenter impugnare; ideoque expunxit usque ad verba: *Superflua est hujusmodi quæstio.* Non refragatur ipse Mabillon. in præfat. Sæc. IV. Benedictini. B.

(b) In Codice Mabillon. legitur: *Sacramentum ergo.*

(c) Delendæ illæ voces: *id est.* quæ desunt in Cod. MS & sensum invertunt. Mab.

(d) Codex Anton. Faurii addit: *ut Stercus.* Mab. Anal. T. 4. p. 628.

(e) Cod. Ant. Faurii addit: *esse.* Mab.

(f) Lacuna hîc est in MS. exemplari Canisii, sed sic eam replevit Balusius: *idem esse quod sumitur de altari.* B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 854.

cui errori quantum potuimus, ad Egilum Abbatem scribentes, de corpore ipso quid verè credendum sit aperuimus. Dicit enim de corpore & sanguine suo ipse Dominus in Evangelio: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. *Hanc ergò vitam non habet, qui illum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam illam temporalem vitam sine illo homines utcunque in hoc seculo habere possunt, qui non sunt per fidem in corpore ejus, æternam verò nunquam, quæ sanctis promittitur. Ne autem putarent sic in isto cibo & potu, quem carnaliter sumunt, & spiritualiter non intelligunt, in fide promitti vitam æternam: ut, qui eam sumerent, nec anima, nec corpore morerentur, huic cogitationi dignatus est occurrere. Nam, cum dixisset, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, continuò subjecit, & dixit: Ego resuscitabo eum in novissimo die, ut habeat interim secundum spiritum, vitam æternam. In novissimo ergo die, quando anima incorruptum corpus suscipiet, tunc anima & corpus cujuscunque sancti, in unum sociata, hàbebunt vitam æternam, quia adunantur simul, caput & membra, & sic totum corpus Christi gaudebit in perpetuum. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant, neque sitiant; hoc veraciter non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit; id est societas ipsa sanctorum, ubi pax erit, & unitas plena atque perfecta.*

Hæc addita sunt Pœnitentiali. B.

CAPUT XXXIV.

De restitutione Ebonis Episcopi.

DE Ebonis autem Remensis Episcopi depositione, atque restitutione, non necesse esse æstimo tuæ interrogationi respondere. Videant illi, qui hoc egerunt, utrum justè, an injustè hoc fecerint. Ego, dum in Episcopatu Moguntiensis Ecclesiæ indignus constitutus sum, inveni eum in Hiltineshaim in Saxonia Episcopalem sedem habere. Nec eum prohibui Præsulis officium gerere, quia audivi, ab Apostolica sede in locum suum restitutum esse. Sicque ad finem vitæ in suo officio remansit. Rogantibus autem quibusdam fratribus, Hincmaro Episcopo [Remensi] nuper pro hoc ipso Epistolam direxi, quia audivi eum, illos, quos Ebo post restaurationem suam consecravit, à sacerdotali atque clericali officio removisse. Postquam autem mihi inde responsum opportunum redditum fuerit, tibi intimare curabo.*

* Hildesheim vulgò.

Hæc igitur tibi, sancte frater, juxta postulationem tuam ad interrogata, quantum ægritudo infirmi corporis mei sinebat, & commoditas temporis permisit, juxta sanctorum Canonum instituta, & sanctorum Patrum sententias, respondere curavi. Tu autem, qui sospes es, & multorum librorum copiam adquirere & legere vales, si quid melius & congruentius invenire poteris, meæ parvitati, in epistolari scriptura intimare non graveris.

FINIS.

MAR-

Digitized by Google

MARTYROLOGIUM RHABANI,

UT HABET

CODEX MS.

CELEBERRIMI MONASTERII

S. GALLI.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

MARTYROLOGIUM RHABANI.

JANUARIUS.

CALEND. JANUARII.

Januarius.

OCtava Dominicæ nativitatis est, quâ videlicet die idem Dominus noster circumcisus est in carne, secundum legem Moysi, & nomen Jesus accepit, quod Angelicum de eo oraculum ante conceptionem ejus in utero vaticinabatur. Eodem die nativitas est (a) Almachii Martyris, qui jubente Alipio urbis præfecto, cum diceret: *Hodie octavæ Dominicæ diei sunt: cessate à superstitionibus Idolorum, & sacrificiis pollutis*; à gladiatoribus hac de causa occisus est. Et eadem die Romæ nativitas Martinæ virginis, & Martyris, quæ passa est sub Alexandro Cæsare, pro fide Christi multis tormentorum generibus cruciata, & ad extremum gladio percussa, quæ etiam Idola & simulachra orando destruxit, & multos ad fidem Christi convertit. Alexander vero post obitum beatæ virginis percussus est dolore cordis, & sicut rabidus canis carnes suas lacerans, pessimam vitam cum magno supplicio expiravit. Item eadem die Romæ passio Concordii Presbyteri, & Martyris sub (b) Antonino Imperatore per Torquatum Comitem perpetrata, qui nolens sacrificare Idolis, capitalem sententiam subiit.

IV. Nonar. In Antiochia Macharii Abbatis. Romæ Telesphori Papæ, qui constituit, ut septem hebdomatibus ante Pascha jejunium celebraretur, & natali Domini nocte Missa celebraretur. Nam omni tempore ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret Missas celebrare, qua hora Dominus ascendit crucem; & ante sacrificium hymnus diceretur, hoc est, *Gloria in excelsis Deo.* Hic etiam Martyrio coronatus est, qui sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano IV. Non. Januarii.

III. Nonar. Romæ Anteros Papa, & Martyr, qui duodecim annos rexit Ecclesiam, & Martyrum gesta diligenter exquirens recondit in Ecclesia, qui etiam Martyrio coronatus. In cœmiterio Calisti sepultus est via Appia. Parisiis civitate, depositio Genofevæ virginis, quam S. Germanus ejusdem urbis Episcopus in infantia Deo virginem consecravit. In Tomis civitate, nativitas Titi Episcopi, qui sub Licinio inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, cæsus ad mortem carcere mancipatus, missus in cippo est, donec relatione esset responsum, dimersoque in mare, delato corpore ejus in littore, à religiosissimis viris depositum est in villa Amandi religiosi viri, ubi fiunt curationes magnæ.

II. Nonar. Nativitas Theogenis Martyris, qui sub Licinio Cæsare per Telicentium tribunum passionem complevit in Hellesponto, primum inter quatuor columnas tensus fustibus cæsus est; deinde in carcerem missus, ut ibi fame periret, sed Domini pietate invisibili cibo ibi per XL. dies pastus, in laudibus Dei assidue manebat, ad ultimum vero in mare missus * martyrizavit, quem Euricus, & Eustokhius, & Zozius,

* *pro, martyrio affectus est. Sic sæpius inferius.*

(a) Non sub *Diocletiano*, sed sub *Honorio*, vel *Theodosio* passum affirmat *Baronius*. Fuit quidem *Alypius* tunc temporis Præfectus urbis; id enim probant Symmachi ad eum epistolæ. Sed quomodo potuit à Paganis sub Principe Christiano necari? Differunt quæ de *Telemacho* refert *Theodoretus*. Nec scio an ab Imperatore *Martyrum choro potuerit adscribi*. Hæc enim non sunt Imperatorum. B.

(b) Nulla tunc persecutio. B.

Digitized by Google

zius, atque Germanus, tollentes de mari miſerunt in loculum, & ſepelierunt in fóro Helleſponti. Eadem die paſſio Petri, qui & Balſami, Martyris, ſub Maximiniano Imperatore, agente Severo Præſide, qui eum nolentem ſacrificare Diis juſſit ſuſpendi, & ungulis lacerari, ad extremum vero gladio interfectus eſt, & in Aulona civitate ſepultus. Eadem die paſſio Luciani Presbyteri, & Martyris, qui miſſus à Roma prædicare verbum Dei, in Galliis martyrizavit ſub Juliano Cæſare, in eisdem partibus occiſus gladio, per cujus prædicationem multi converſi ſunt ad fidem, ad cujus ſepulchrum multa oſtenduntur miracula, & ſanitates fiunt plurimæ. SÆC. IX. ANNO 855.

Non. Hieroſolymæ depoſitio Simeonis Prophetæ, qui Dominum Jeſum infantem ſuis ulnis portavit, & benedixit. Et in Antiochia depoſitio Simeonis Monachi, qui in columna ſtetit, & virtutes multas faciens ibi quievit in pace, & translatum eſt inde corpus ejus in Antiochiam, per Epiſcopum ipſius civitatis & populum Chriſtianum, cum pſalmis & hymnis, & cum multis lampadibus, & conditum eſt ibi in Eccleſia majore. Vigilia Epiphan.

VIII. Iduum. Epiphania Domini noſtri Jeſu Chriſti.

VII. Iduum. Paſſio ſanctæ Fauſtæ virginis, ſub Maximiano Imperat. quæ Evilaſium primum palatii, tortorem ſuum, patientiæ ſuæ virtute convertit ad fidem, nec non & Præfectum, cui juſſum eſt eam torquere; quæ ſuſpenſa ferramentis lacerabatur, poſtea beſtiis tradita, à nulla earum contaminata eſt. Deinde clavis caput ejus confixum eſt; poſtea ea in ſartaginem ferventem pice miſſa ſed non læſa. Sicque cum Evilaſio, & Præfecto in tormentis conſtituta, reddidit ſpiritum: populi vero Chriſtiani hæc audientes ſepelierunt corpora ſanctorum.

VI. Id. Auguſtoduno, depoſitio Egemonii Epiſcopi, & Mettis, depoſitio ſancti Patientis Epiſcopi.

V. Id. Nativitas (a) Epiſtici, Jocundi, Secundi, Saturnini, Vitalis, Felicis, Ruſtici, Quinti, Etartaxis, Fortunati.

IV. Id. Nativitas Pauli, primi Anachoretæ, cujus vitam B. Hieronymus ſcripſit, qui à XVI. ætatis anno uſque ad 113. ſolus in eremo permanſit. Sed à Domino per corvum paſtus, tunica palmarum foliis contexta uſus eſt, cujus inter Apoſtolorum, & Prophetarum choros animam ad cœlum ferri ab Angelis Antonius vidit. Eodem die Romæ in cœmiterio Calliſti natale Miltiadis Epiſcopi, & Confeſſoris, qui conſtituit in Eccleſia à fidelibus nulla ratione in dominicis diebus jejunandum.

III. Id. Eductio Domini de Ægypto, & nativitas ſancti Salvii Confeſſoris, in cujus natali ſanctus Auguſtinus verbum fecit ad populum Carthagini.

II. Id. In Achaja nativitas ſanctorum Cyriaci, (b) Moſcentii, & Saturi, civis (c) Arabii, qui tranſiens ante templum cujusdam Idoli, inſufflans cum ſignaſſet frontem corruit; tenentes eum ibidem obſervantes duxerunt ad Ducem, & indicantes factum decollatus eſt.

Id. Januarii * Octabas Theophaniæ, & in Pictavis depoſitio Hilarii Epiſcopi & Confeſſ. egregii, qui ſub Conſtantio Auguſto Hæretico, propter fidem Catholicam in Phrygiam in exilium pulſus eſt. De quo inter alias virtutes refertur, quod orando mortuum ſuſcitaverit. * *Octava.*

Eodem die ſancti Agricii Epiſcopi, & in Antiochia Ægypti paſſio ſanctorum Juliani, & Baſiliſſæ conjugis ſuæ, qui Julianus temporibus Diocletiani, & † Maximini nobili proſapia oriundus fuit, philoſophorumque diſciplinis imbutus, Catholicæ fidei religioſus amator fuit, quem cum parentes ſui ad connubii jura perſuaſionibus validis attraxiſſent, reſpondiſſe fertur, *nec voluntatis eſt, nec ætatis, ut faciam quæ hortamini.* Item cum perſeverarent pertinaciter in precibus: *nec permittendi mihi eſt facultas, nec negandi poteſtas, quod hortamini. Dei mei poteſtati committo, & relinquo.* Unius tamen hebdomadis inducias à parentibus popoſcit, ut nutum ſupernæ majeſtatis argumentis evidentibus experiretur, qua peracta intercapidine ſomno ſopitus, & ſopore depreſſus, vidit Chriſtum in horomate (d) dixiſſe: *Exurge ne timeas, nec ſuaſiones verborum, nec voluntatem parentum horreſcas. Accipies enim conjugem, quæ te non polluendo à me ſeparet, ſed per te virgo perſeveret*; & infra: *multi juvenes, & virgines per veſtram doctrinam, vel vitam cœleſtis exercitus probabuntur.* & reliqua. Sicque factum eſt, ut opitulante Chriſto, in Antiochiæ municipio monaſteria plura conſtruerent, ita ut ſub Juliani regimine decem millia Monachorum * converſarent. Sub Baſiliſſæ vero mille virgines, Dei ſervitio mancipatæ fierent. † *Maximiani.* * *converſarentur.*

Poſtea

(a) Leg. *Epicteti*, qui paſſus eſt in Africa ſub *Decio*. B.

(b) l. *Innocentii*. Nullus tamen *Innocentius* in Martyrologiis paſſus eſt menſe Januario. B.

(c) *Satyrus* celebratur in Martyrologio Romano, tanquam paſſus in Achaja; hic dicitur civis *Arabii*; *Arabius* autem eſt urbs in Perſia, non longe diſſita à fluvio ejusdem nominis. An Perſa venit in Achaiam & ibi fuit necatus? B.

(d) id eſt *viſione*, ſic in Paſſione *Perpetuæ* & *Felicitatis*: priusquam pugnaremus, video in horomate hoc. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855. Postea autem idem Julianus cum commilitonibus suis sub Marciano Principe pro Christi nomine martyrizavit. Primum fustibus cæsus, qui percussoris sui oculum evulsum restituit. Insuper & plusquam quingentas simulachrorum Imagines ad solum diruit: posthæc in carcerem tenebrosum trusus cum Præsidis filio Hircicallo juvene nuper ad fidem converso, ubi damnatorum corpora putrefiebant, sed mira gratia Christi fœtidus odor in ambrosiæ dulcedinem versus cum luce limpida sanctos martyres lætificabat. Dehinc rogante Præside defuncti cadaver nondum humati à morte suscitavit: sed tortoris non cessante væsania, Imperatorum decreto in circi spectaculo sancti Martyres terdenis cuparum gremiis includuntur, quæ intrinsecus atræ picis massa & bituminis fomite, sulphurisque fœtore farciuntur, sarmentis cum igne suppositis, in tantum, ut flamma 30. cubitis in altum se porrigeret, sed inde illæsi egredientes, rursus digitis manuum, & pedum licinus ardens olei liquore perfusus aptatur, sed hoc conamine delusus exin bestiis ad devorandum proponuntur, quibus sacra membra lacerare non audentibus ad extremum gladiis trucidantur, ad quorum tumulum mox decem leprosi curantur, probantes qualis sit Martyrum gloria.

XVIII. Calend. Februarii. In Campania Natale Felicis Presbyteri, & Confessoris, de quo inter alia scribit Paulinus Episcopus, qui cum à persecutoribus in carcerem mitteretur, & cocleis, ac testulis vinctus superpositus jaceret, per noctem ab Angelo solutus, atque eductus sit. Eadem die natalis est Felicis Germani ipsius, quem Dracus urbis Præfectus Idolis immolare coëgit, & fustibus cæcidit, atque in exilium deportare jussit, ubi & quadratos lapides cæderet, sed per virtutem Dei plures ibi convertit ad fidem, hoc est, Probum tribunum, & eos qui secum erant. Deinde Idolum Apollinis destruxit; in quo loco fideles postea templum Deo construxerunt. Post XII. vero annos ipsa die Dominica confectis mysteriis perrexit ad Dominum Jesum Christum. In Spoletana civitate natale Pontiani Martyris, qui passus est temporibus Antonini Imperatoris, sub Fabiano Judice, qui cum nollet Idolis sacrificare, jussit eum virgis cædi crudelissime; deinde nudis pedibus super carbones ardentes ambulare, postea duo leones immissi sunt, ut eum devorarent, sed in nullo læsus est ab eis: Hoc videns Judex jussit liquefieri plumbum, & perfundi in dorsum ejus, sed cum hoc nihil eum læsisset, capite truncatus est.

XVIII. Calend. In Palæstina depositio Abacuc Prophetæ, cujus reliquiæ simul cum reliquis Micheæ Prophetæ, temporibus Arcadii & Honorii Augustorum Domino revelante proditæ sunt.

* *Maxentio* XVII. Calend. Nativitas S. Marcelli Papæ, qui jubente * Maximiano Imperatore primo fustibus cæsus, & à facie ejus quem corripiebat, expulsus est. Deinde audiens, quod domum Beatæ Lucinæ, quam proscriptione damnaverat, eo quod de facultatibus suis Christianis donaverit, Ecclesiam faceret, atque in ea Missas celebraret. In media civitate jussit in eadem Ecclesia plancas sterni ad animalia (a) catabuli publici, & eundem Episcopum ad servitium animalium deputavit cum custodia publica, ubi etiam post multos annos serviendo indutus amictu cilicino defunctus est, & conditus aromatibus à Joanne Presbytero, & B. Lucina sepultus est, in cœmiterio Priscillæ. Arelato depositio sancti Honorati Episcopi, & Confessoris, cujus inter cætera miracula fertur, quod Draconem de Hilarina Insula orando fugaverit, & Monasterium ibi fundaverit.

(a) Stabuli. Hanck. n. MS.

In Pago vero Mandinse in Perona Monasterio depositio sancti Fursei Confessoris, qui in Hybernia natus & nutritus, patriam, parentesque relinquens sacræ scripturæ studiis aliquot vacabat annis, unde Monasterium in quodam construxit loco, sed dum patriam, parentesque visitare properarat, ut inter illos sacri verbi semina spiritualibus seminaret eloquiis: quadam die corporis ægrotantis molestia corripitur, ac post subitò in ecstasi raptus, jacuit quasi exanimis à vespertina hora usque ad galli cantum; sed dum ad se rediret, agnovit Angelicam esse visionem, & sumpto corpore ac sanguine Christi, jacuit infirmus ipso die & altera; tertia verò nocte iterum ab Angelis sublatus mirabiles vidit visiones, sicut liber vitæ ipsius testatur. Sed postquam ad se rediit, 12. annos in prædicatione verbi Dei, & miraculorum claresceba signis: novissimè verò in Gallia monasteriis constructis, ipse bonis auctus meritis inde migravit ad Christum. Corpus verò ejus ab Ercanwaldo Duce & cæteris fidelibus in Perona Monasterio in Ecclesia S. Petri Apostoli, & cæterorum Apostolorum juxta altare honorificè conditum est. In Monasterio quoque Fuldæ dedicatio Ecclesiæ sancti Michaëlis in cœmiterio Fratrum.

XVI. Calend. In Ægypto Thebaida depositio Antonii Monachi, cujus vita virtutibus plena & miracula quæ fecit scriptis, & fama penè in universo Orbe prædicantur. Obiit autem in pace sub Imperatore Constantino, anno ætatis suæ centesimo quinto, & sepultus in heremo à discipulis suis, sicut ipse vivens præceperat, occultatus est: post multa autem annorum curricula, hoc est, Justiniani Imperatoris temporibus, qui

fuit

Digitized by Google

fuit Juſtini ex ſorore nepos, corpus ejus divina revelatione repertum Alexandriam defertur, & in Eccleſia Baptiſtæ Joannis humatur. Bituricis depoſitio S. Sulpitii Epiſcopi & Confeſſoris. Apud Lingonas autem nativitas geminorum Speuſippi, *Elaſippi & Melaſippi, qui cum eſſent 25. annorum cum avia ſua Leonilla & Janilla, & Neone martyrio coronati ſunt, tempore Aureliani Imperatoris. Gemini quidem in una arbore ſuſpenſi ligatis manibus ſurſum, pedibus verò deorſum, ita extenti, ut putarentur penè ab ipſa membrorum compage ſeparari, & poſt hæc in ignem præcipitati, nec tamen flammis læſi, inter verba orationum ſimul migrabant ad Dominum. Janilla hæc videns confeſſa eſt ſe etiam Chriſtianam, & mox comprehenſa a turbis, à capillis ſuſpenſa, ac multis afflicta ſuppliciis, cum Chriſtum negare noluiſſet, cum Leonilla ſimul eſt gladio perempta. Neon vero exceptor geſtorum, & ipſe Chriſti nomen confeſſus martyrio coronatus eſt. Docuit autem & baptizavit geminos hos Benignus Presbyter, quem miſit ab Oriente Beatus Polycarpus, Joannis Apoſtoli auditor in Galliam, cum Mandochio Compresbytero, & Tyrſo Diacono. Sepulti ſunt autem iidem gemini in ſecundo milliario ab urbe Lingonas.

SÆC. IX. ANNO 855

* *Eleuſippi & Meleuſippi.*

XV. Calend. Dedicatio S. Petri Apoſtoli, qui primò Romæ ſedit. Cum autem idem Princeps Apoſtolorum in Hieroſolymis & in Cæſarea, atque in cæteris civitatibus Judæorum Evangelium primum prædicaſſet, ad prædicandum poſtea gentibus miſſus Antiochiam venit, ibique Eccleſiam Chriſti fundavit. Inde quoque pergens Romam venit, ſecundo Claudii Cæſaris anno, ibique Evangelium inſtantiſſime prædicans, viginti & quinque annis ejuſdem verbis Epiſcopus perſeveravit. Eodem die natale S. Priſcæ Martyris.

XIV. Hieroſolyma natale Marthæ & Mariæ ſororum Lazari.

XIII. Calend. Romæ Fabiani Episcopi, qui cum XXV. annis Eccleſiæ præeſſet, paſſus eſt martyrium tempore Decii, & in cœmiterio Callixti ſepultus. Hic regiones diviſit Diaconibus, & fecit, ut ſeptem Diacones ſeptem Notariis imminerent, ut geſta Martyrum in integrum colligerent, & multas fabricas per cœmiteria fieri præcepit. Eodem die nativitas Sancti Sebaſtiani de Mediolano, qui in tantum charus erat Imperatoribus, Diocletiano, & Maximiano, ut principatum ei primæ cohortis traderent, quem Diocletianus, ubi Chriſtianum cognovit, nec à fide poſſe revocari, juſſit ligari in medio campo quaſi ſignum ad ſagittam, & ſagittari a militibus, qui cum ſagittis plenus, quaſi Ericius ſtaret, putantes eum mortuum abierunt. Nocte autem veniens quædam mulier, nomine Herene, tollere corpus, invenit eum viventem, & adduxit in domum ſuam, & curam ejus egit: qui ubi convaluit, multos in fide confortavit. Nec mora ipſis Imperatoribus apparens hos prout digni erant, corripuit; tunc juſſit eum Diocletianus in Hippodromo palatii duci, & fatigari, donec deficeret, quem mortuum in cloacam maximam miſerunt; ſed ille apparuit in ſomnis ſanctæ Matronæ Lucinæ dicens: *Juxta circum invenies corpus meum pendens in unco. Hoc ſordes non tetigerunt, & dum levaveris perduces ad Catacumbas, & ſepelies me in Crypta juxta veſtigia Apoſtolorum*; quod ipſa noctu veniens totum ita complevit. Eodem die Nativitas Sanctorum Marii & Marthæ, cum filiis ſuis Audifax & † Ambacum, Nobilium de Perſide, qui ad adorationem venerant Romam, tempore Claudii Principis, è quibus poſt toleratos fuſtes, eculeum, ignes, ungues, manuum penſionem, Martha in Nympha necata, cæteri verò decollati ſunt.

† *Abachum*

XII. Calend. Romæ Nativitas ſanctæ (a) Agnæ, quæ ſub Præfecto Urbis Symphronio ignibus injecta, ſed his per orationem ejus extinctis, gladio percuſſa eſt. Et in Hiſpanis civitate Taracona Nativitas ſancti Fructuoſi, Epiſcopi & Martyris, qui ſcripſit regulam Monachorum. Paſſio ſancti Patrocli Martyris.

XI. Calend. In Hiſpaniis civitate Valentia, paſſio S. Valerii Epiſcopi, & Vincentii Diaconi & Martyris, qui paſſi ſunt ſub Daciano Præſide. Vincentius enim dum Chriſti nomen publicè profiteretur, à Daciano juſſus eſt in eculeum extendi, ibique diutiſſimè torqueri, hinc ad patibulum raptus, imò ex eculeo depoſitus tortores ſuos ipſe præcurrens moras carnificis arguit: torquetur ibi ſanctus Dei Martyr, tunditur, flagellatur, exuritur, & diſtentis membris creſcit ad pœnam. Imprimuntur ardentes pectori laminæ, & liquefacto inter ipſas candentes ferri acies liquore guttarum ſtridens flamma reſpergitur, vulnera vulneribus imprimuntur, tormenta tormentis deſæviunt, ſales ignibus ſparſi crepitantibus * minutis per membra diſſiliunt, & jam non ad artus, ſed ad ipſa viſcera ſuppliciorum tela jaciuntur.

* *f. minutatim.*

(a) *Agnetis.* Eam proſtitui voluit ſub Theatri fornice Præfectus, ſecundum morem; acclamabant enim Pagani: *Chriſtiani ad leones, virgines ad lenones.* Ideo Tertullianus objiciebat illis: *ad Lenonem damnari Chriſtianam, potius quam ad Leonem, confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos acrioorem omni pœna, & omni morte reputari.* Celebris illa fuit Virgo nihilominus. Quo tempore martyrium ſit paſſa, hactenus ignotum. Virginitatem ejus Angeli ope illibatam fuiſſe dicitur: *Ingreſſa Agnes turpitudinis locum Angelum Domini præparatum invenit.* Sub Diocletiano coronatam conjicit Baronius. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

tur. Post hæc in locum obscurissimum ac fragmentis testularum expersum truditur, sed ibi lucis amœnitate & quietis per Angelicum ministerium potitus est: inde quoque jubente Præside in lectulo asportatus, ad Dominum cum palma Martyrii migravit. Postea corpus ejus in mare mitti præcipitur, sed immissum celerius post fluctus, Deo volente, ad littus reducitur, quod religiosa quædam vidua nomine Jonica sepulturæ primum tradidit, Christo triumphum ejus miraculis probante. Eodem die ad aquas Salvias Nativitas sancti Anastasii Monachi & Martyris de Persside, qui post plurima tormenta, carceris, verborum & vinculorum, quæ in Cæsarea Palæstinæ perpessus fuerat à Persis postremò in Persside multa pœna affectus, atque ad ultimum decollatus est. A Rege eorum Chosdroë.

X. Calend. Romæ Nativitas sancti Emerentianæ Virginis Christi, & Martyris, quæ erat conlactanea sanctæ * Agnæ, & dum oraret ad sepulchrum ejus, ac simul orantes à gentilium læsione defenderet, lapidata est ab eis. Eodem die passio celebratur sanctorum Martyrum, Macharii & Eugenii, qui sub Juliano Judice multa tormenta passi sunt, hoc est, craticulam incendii, in qua pix atque oleum superfusa sunt, sed non eos ignis læsit, deinde viperis serpentibus traditi sunt, sed nullo modo ab illis sunt læsi; postea Draconem ingentem orationibus extinxerunt, ad extremum verò martyrio coronati sunt.

* *Agnetis.*

IX. Calend. Nativitas sancti Timothei Apostoli, & in Antiochia S. Babylæ Episcopi & trium parvulorum Urbani, Prilidani, & * Eupolini, qui passus est pro nomine Christi, sub Numeriano Imperatore, ipse, & pueri ejus secum, post alia tormenta capitalem sententiam ferentes.

* *Epolonii.*

VIII. Calend. Romæ translatio Pauli Apostoli, & conversio in Damasco. Nativitas S. Gregorii Theologi, & nativitas Projecti Martyris.

VII. Calend. sancti Polycarpi Episcopi Smyrnæ, qui sub Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodo, sedente Smyrnæ Proconsule, conjurante in eum omni populo, igni traditus est. Bethlehem civitate, sanctæ Paulæ, cujus precationibus annuens beatus Hieronymus plura confecit opuscula.

VI. Calend. In Africa nativitas (a) * Dati, Juliani ** Vincentiæ, & aliorum * 32. & nativitas sancti Sulpitii Episcopi & Confessoris.

* *Dativi.* ** *Vincentii.*

V. Calend. Romæ S. Agnetis virginis † genuinum, hoc est, de nativitate. Obiit Carolus.

* *Viginti-septem.* † *Secundò.*

IV. Cal. Romæ nativitas Papiæ, & Mauri militum tempore Diocletiani, qui videntes constantiam Saturnini, & Sisinnii Martyrum, conversi sunt ad fidem, statimque jussum est à Laodicio Præfecto Urbis, ut os eorum, quo Christum confitebantur, cum lapidibus contunderetur, & retruderentur in carcerem ubi baptizati erant à B. Papa Marcello, quos post dies undecim jussit sterni in terrà, & fustibus cædi, donec expirarent. Quorum corpora colligens noctu Joannes Presbyter sepelivit via ‡ Numentana ad nymphas B. Petri, ubi baptizabantur. Scriptum in gestis B. Papæ Marcelli. Treviris, depositio B. Valerii Episcopi.

‡ *Nomentana.*

III. Calend. Malbodio Monasterio. Nativitas * Aldegundæ Virginis, quæ temporibus Dagoberti regis Francorum ex nobili genere progenita, virginitatis propositum elegit. In quo & permansit, sæpiusque illi Angelica visio revelata fuit, exhortans eam, ut in proposito permaneret: noviſſimè verò cum magna claritate cœlestis luminis ad vitam migravit æternam.

* *Aldegundis.*

II. Calend. In Alexandria nativitas * Tarsici, Zotici & † Amminoni. In Africa Victoris, ‡ Publii, Saturnini.

* *Tharsicii.* † *Cyriaci.* ‡ *Thyrsi.*

FEBRU-

(a) *Dativi, Vincentii.* Laudata sunt in collatione Carthaginensi à Donatistis horum Martyrum Acta; & revera fuerunt Donatistæ in persecutione Martyrio coronati; ideoque illos venditabant Schismatici Contendunt quidem *Baluſius* & post eum *Ruinartus*, à Donatistis fuisse depravata, adjuncta præfatione brevi & in fine longiori appendice, in qua multas calumnias adversus *Mensurium* cæteraſque inseruerunt. Fallitur hic *Ruinartus*: ipsa quæ nunc legimus Acta non fuerunt à Catholicis in collatione agnita velut genuina, deinde à Donatistis depravata. Utrumque facile probatur: Primum, quod indicata fuerunt illorum Martyrum Acta à Donatistis, ea scilicet ratione, quod ab ipsorum partibus stetissent Saturninus, Dativus, cæterique. Catholici vero de authenticitate Actuum nequaquam disceptantes argumentum ad hominem quod vocant, inde eduxerunt, probaturi scilicet ex ipsis Donatistarum Actis numerosum cœtum persecutionis tempore convocari potuisse. Quippe Martyres Donatistarum confitebantur se *collectam & dominicum egisse*. Alterum eadem facilitate probatur, quippe ipsa clausula à S. *Augustino* indicata in collatione Carthaginensi, legitur hodierno die in Appendice, quam à Donatistis adjectam conjicit *Ruinartus*; unde conjicias Appendicem illam, quam integram edidit ingenuè *Baluſius*, jam temporibus *Augustini* fuisse confectam, ideoque genuinam: Dativus igitur & Socii inter Donatistas debent amandari. B.

Digitized by Google

FEBRVARIVS.

Februarius

CAlend. Februarii. In Græcia * Polycarpi Episcopi, & in Ravenna sancti Severi Episcopi: in Hybernia quoque nativitas Brigidæ Virginis, quæ nativitas magnorum meritorum, & Sanctitatis esse prædicatur. * f. Ignatii.

IV. Nonarum. Purificatio S. Mariæ, quando cum infante Jesu repræsentata est in templo, ubi ipsum Dominum Jesum senex Simeon in ulnas suas accepit, & benedixit. Eodem die natale S. Aproniani Commentariensis, qui à Sisinnio Diacono Marcelli Papæ baptizatus, ab Laodicio Præfecto capite truncatus est, temporibus Maximiani Augusti. Romæ * Forosimfronii, via Flaminia, milliario ab Urbe 174. Laurentii & Hyppoliti, & nativitas S. Fortunati. Aurelianis depositio Sicariæ Deo sacratæ Virginis. * Forosempronii.

III. Nonar. Lugduno depositio Beati Lupicini Episcopi. In Sebastia civitate Cappadociæ passio sancti Martyris Christi Blasii Episcopi, qui sub Agricolao Præside capite truncatus, cum duobus puerulis filiis unius mulieris, de illis septem, quæ per prædicationem ejus confortatæ, sub eodem Præside martyrizaverunt.

II. Nonar. In * foro Simfronii, Nativitas Gemini, Gelasii, † Mali, ‡ Aquilini, & Donati, Item Donati, Themoji, Gelasii. * Forosempronii. † Magni. ‡ Aquili.

Nonis Februarii, in Patris civitate ordinatio Episcopatus Andreæ Apostoli, & in Sicilia Urbe * Cathena passio sanctæ Agathæ Virginis, quæ sub Quinciano Consule tempore Diocletiani martyrizavit; Hæc post alapas, carcerem, post equuleum & torsiones, post mamillarum abscissionem, sed a Domino sanationem, post volutationem in testulis & carbonibus, tandem in carcere consummata est. Et in Vienna depositio Aviti Episcopi. * Catana.

VIII. Iduum. Romæ via Appia in ejusdem cœmiterio passio S. Sotheris Virginis. In Cæsarea Cappadociæ passio S. Dorotheæ virginis, & Theophili sub Apricio Præfecto, quæ cum duabus sororibus, id est, Christe & Callistе, quæ a fide nuper apostatabant vitæ doloribus, commendata est, ut eam averterent à Christo, eas iterum convertit ad Christum, ita ut in cuppam missæ per Præfectum incensæ ad Martyrii palmam pervenerint: postea verò Dorothea ducta ad locum pœnarum, ubi & passa est, cum a Theophilo quodam scholastico derideretur, quod ad Paradisum vadens à Sponso suo Christo, & poma & rosas florentes sibi mitteret, hoc citius impetravit, quod cum vidisset Theophilus, mox Christum confessus est verum Deum, & martyrizavit sub eodem Præfecto capite plexus. In Gallia civitate * Aderato, depositio S. Vedasti Episcopi & Confess. & in Ellone monasterio depositio S. Amandi Episcopi & Confessoris. * Atrebato.

VII. Iduum. In Britannis in civitate Augusta, nativitas Auguli Episcopi, & Martyris.

VI. Id. Romæ depositio S. Pauli Episcopi & Julii Papæ.

V. Iduum. * Suevo apud Cyprum natale Alexandri, Ammonis, item Ammonis & aliorum XXXVII. * Soli.

IV. Iduum. In Campania nativitas S. Sylviani Episcopi & Confessoris, & in Bethleem civitate Judææ sub Herode Rege passio Sanctorum Andreæ & Apponii, & Sanctonis civitate depositio S. Trojani Episcopi & Confessoris, & Baldegundis Abbatis. Romæ, Zotici, * Herenei, Jacinthi, & Amantii. Eodem die depositio S. Scholasticæ Virginis, & Sanctimonialis fœminæ, cujus animam frater ejus S. Benedictus vidit in columbæ specie cœlos petere, quod fratribus matutinorum hymnis expletis intimavit, & Deo gratias inde retulit. * Irenei, Hyacinthi.

III. Iduum. Romæ * Calocerii & Parthenii. * Caloceri.

II. Iduum Feb. in Africa passio Damiani militis, infantum Modesti, & † Ammonis, ‡ Sotici, & depositio Simplicii Episcopi & Confessoris. † Ammonii. ‡ Zotici. * Ephebus.

Idibus Februarii. Lugduno depositio beati Stephani Episcopi.

XVI. Cal. Mart. Romæ nativitas S. Valentini Presbyteri, qui post multa sanitatum, & doctrinæ insignia fustibus cæsus, & sic decollatus est, sub Claudio Cæsare. Eodem die nativitas S. Valentini Interamnensis Episcopi, qui tentus a Paganis, ac virgis cæsus, & post diuturnam cædem custodiæ mancipatus cum superari non posset, medio noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est, jussu furiosi Placidi Præfecti urbis, tunc Proculus, * Efybus & Apollonius, discipuli ejus, transferentes corpus ad suam Ecclesiam, Interamnæ urbis noctu sepelierunt: ubi cum quotidianis vigiliis incubarent, tenti a gentilibus custodiæ sunt traditi Consulari Leontio, quos ille jussit noctis

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

noctis medio ſuis tribunalibus præſentari, & cum a fide revocari, nec blandimentis, nec minis poſſent, juſſit capite cædi, qui non longè ſunt a capite S. Valentini ſepulti.

XV. Cal. In Antiochia nativitas Joſephi Diaconi, Zenonis Interamnæ, nativitas S. * Agapæ Virginis, Saturnini, † Caſtulæ.

*Agapis. † Caſtuli.

XIV. Cal. S. Oneſimi Apoſtoli, & in Cumis, nativitas S. Julianæ virginis, quæ tempore Maximiani Imper. primò a ſuo patre Africano cæſa, & graviter cruciata, dein a Præfecto * Euleſio, quem ſponſum habuerat, nuda virgis cæſa, & à capillis ſuſpenſa, & plumbo ſoluto a capite perfuſa, & rurſum in carcerem recepta, ubi palam cum Diabolo conflixit, & rurſus evocata, rotarum tormenta, flammas ignium, ollam ferventem ſuperavit, ac decollatione capitis martyrium conſummavit, quæ paſſa eſt quidem in Nicomedia, ſed poſt paucum tempus Deo diſponente in Campaniam tranſlata.

*Evilaſio.

XIII. Calend. In Babylonia nativitas * Polocronii Epiſcopi ejuſdem civitatis, qui præſente Decio perſecutore os lapidibus cæſus, manibus extenſis, oculos ad cœlos elevans emiſit ſpiritum. Scriptum in paſſione S. Laurentii.

*Polychronii.

XII. Cal. in Nicomedia natale Pantaleontis Martyris, qui ſub Maximiano Imperatore martyrium ſuum implevit. Hic * Euſtorio patre editus, & ab † Ermolao Presbytero fide imbutus antequam baptizaretur, puerum a ſerpente obligatum liberavit, & ſerpentem oratione interfecit. Poſt baptiſmum verò cæcum illuminavit, patrem ſuum ‡ Euſtorium ad fidem convertit, & multa miracula in nomine Chriſti perpetravit. Propter quod juſſit Maximianus eum in eculeo ſuſpendi, & lampadas ad latera ejus ſuſpendi, ſed flammæ earum ſubitò extinctæ ſunt; poſtea miſſus eſt in ſartaginem ignis, ut ibidem plumbo liquefacto exureretur, ſed per Chriſti virtutem frigeſcente ardore in nullo læſus eſt. Poſtea in mare miſſus, ſed inde ſanus ad littus perductus eſt. Dehinc feris eſt traditus, ſed a nulla earum contaminatus, ad extremum verò capite cæſus eſt, ſed percuſſores ipſius reliquias corporis ejus tulerunt, & honorificè ſepelierunt. Presbyter verò * Ermolaus cum duobus germanis ſuis, hoc eſt † Erinippo & Ermodito, decollatus eſt, & a Chriſtianis ſepultus.

*Euſtorgio. †Hermolao. * Euſtorgium. * Hermolaus. † Hermippo & Hermocrate.

XI. Cal. Nativitas Sanctorum in Africa, Publii, Juliani, Marulii. Item Juliani, Marcelli, Tuli, Lampaſii, Majuli & Juliani.

X. Cal. Romæ nativitas Gai Epiſcopi, & in Cypro nativitas * Potamiæ, Nemerſi, & Didymi, & alibi Victoris martyrium, & Coronæ, & aliorum XX.

* Potamii & Nemeſii.

IX. Cal. in Africa nativitas Sanctorum * Veroli, Servuli, Secundini, Sirici, Felicis, Saturnini, Fortunati, & aliorum XVI. & depoſitio Eucherii Epiſcopi & Confeſſoris.

* Veruli. † Syricii.

VIII. Calend. Cathedra S. Petri, quam ſedit apud Antiochiam, ubi & primum cognominati ſunt diſcipuli Chriſtiani, & in Nicomedia nativitas Teclæ virginis, diſcipulæ S. Pauli Apoſtoli, quæ ſub Nerone Imperatore pro Chriſti nomine igni eſt tradita, ſed non exuſta: poſtea beſtiis atque ſerpentibus deputata, ſed a nullo eorum eſt læſa. Ad extremum verò in Seleucia, cum virginitatis martyrio, atque virtutum honore per ſomnum pacis migravit ad Dominum. Romæ via Tyburtina ad S. Laurentium, Nativitas ſanctæ Concordiæ, quam Deciana perſecutio trucidavit.

VII. Calend. in Pannoniis nativitas Sanctorum * Seneroti, Antigonii, Rotuli, Libi & in Aſia Polycarpi cum aliis XII.

* Sireni.

VI. Calend. In Palæſtina Matthiæ Apoſtoli, qui de ſeptuaginta diſcipulis pro Juda traditore in Apoſtolatum electus, in Judæa Evangelium prædicavit.

V. Calend. In Africa nativitas Sanctorum, Donati, Juſti, Rotuli, * Herenei, Piſionis, Pamphili. Nativitas Neſtoris & Caſtæ.

* Herenæ.

IV. Calend. In Alexandria Nativitas Sanctorum Alexandri, Neſtoris, Theonis, Opionis, Juſti, Donativi, Ampliati, Ingenii.

III. Calend. In Theſſalonica nativitas Sanctorum Alexandri, * Androgoni, † Abundantii. In Africa Dionyſii, & aliorum XXIV.

* Antigoni. † Abundii. * Carealis, Pupuli, Caji.

II. Calend. In Alexandria Sanctorum * Celeris, Pupilli, Ligici, Serapionis.

MARTIUS.

Martius.

CAlend. Martii Andegavis depoſitio ſancti Albini Epiſcopi.

†Lucii, Abſalonis, & Lorgii.

VI. Novemb. Nativitas Sanctorum † Jorgi, Hergli, Abſaloni. In Cæſarea Cappadociæ Lucæ Epiſcopi, Primitivi, & in portu Romano Pauli, ‡ Secundolæ, Januariæ.

‡ Secundillæ.

V.

Digitized by Google

V. Nonar. Nativitas Felicis, Lucioli, Juſti, Fortunati, Martiæ, Herotis, Antigonii, Januarii, Tultellæ, Gabiani, Quiriuli, Marini, Item Felicis, Floriani, Donati. SÆC. IX. ANNO 855.

IV. Nonas. Romæ depoſitio Juli Epiſcopi & Nicomediæ paſſio Sanctorum Adriani cum aliis numero XXXIII.

III. Nonar. Romæ Lucii Papæ, & Martyris. Hic in exilium propter fidem Chriſti truſus eſt, & poſtea nutu Dei incolumis ad Eccleſiam reverſus eſt, qui etiam à Valeriano Imperatore capite truncatus eſt, & ſepultus in cœmiterio Calliſti via Appia.

II. Nonas Martii depoſitio S. Quiriaci Presbyteri.

Nonis. Apud Carthaginem, (a) Perpetuæ, & Felicitatis, quæ beſtiis ſunt deputatæ ſub Severo Principe, & cum Felicitas parturiret in carcere, omnium militum, qui ſimul patiebantur, precibus impetratum eſt, ut octavo menſe pareret. Jam verò Perpetuæ inter alia conceſſum eſt, ut ejus mens quodammodo averteretur à corpore, in quo vaccæ impetum pertulit, ita ut adhuc futurum expectaret, quod in ſe jam geſtum eſſe neſciret.

VIII. Idus Martii. In Nicomedia * Quintili Epiſcopi, & Capitulini. In Africa Rogati, Felicis, item Rogati † Beremæ, Hereniæ, Felicitatis, ‡ Orbani, Cyrilli Epiſcopi, Silvani, & ‡‡ Manili. *Quinctilis †Beatæ, ‡Urbani, ‡‡ Mamili.

VII. Idus. In Sebaſte Armenia minore XL. militum tempore Licinii Regis ſub præſide Agricolao, qui poſt vincula, & carceres creberrimos, poſt cæſas lapidibus facies, miſſi ſunt in ſtagnum, ubi gelu conſtricta corpora eorum nocte diſrumpebantur, & mane crucifragio martyrium conſummarunt. Deinde corpora eorum combuſta, & in fluvio projecta, ſed divina diſpenſatione reliquiæ eorum integræ ſunt repertæ, & honore digno conditæ. Erant autem nobiliores inter eos, * Quirinion, & Candidus. *Cyrion.

VI. Idus. In Antiochia * Agapæ Virginis, & Marianæ. Smyrnæ Phronis. In Nicomedia Palatini, Firmiani, & Ruſtici. In Alexandria † Eracli, Zoſimi, Alexandri, & ‡ Gaiperii. *Agapes. †Heraclii, ‡Candidi & Piperionis.

V. Idus. In Sebaſtia civitate, nativitas Martyrum XL. qui temporibus Licinii Imperatoris, & Agricolai Præſidis, & Lyſiæ Ducis pro nomine Chriſti Martyrium paſſi ſunt, quos Agricolaus Præſes cum ad culturam Deorum convertere non poſſet, lapidibus obrui præcepit. Sed lapidatores eorum alterutrum ſecum lapidibus cædebant, nec martyres nocere poterant. Dux vero Lyſias exardeſcens ira tulit lapidem ut percuteret aliquem ſanctorum, ſed miro Dei nutu ipſe lapis in faciem pervenit Præſidis, quos in ſtagnum gelatum glacie Præſes miſit, ſed Dei voluntate ipſum frigus temperatum eſt, & glacies diſſoluta, aqua calida facta eſt, unus autem de ipſis XL. pœnarum timore perterritus ad balneum refugit, ſed mox ut attigit calorem reſolutus eſt, & ſic reddidit animam, in cujus locum Clavicularius, qui ſanctos Martyres cuſtodiebat, credens Chriſto ſubſtitutus eſt, videns coronam de cœlo deſcendere ſuper ſingulos, qui in confeſſione perſtiterant. Tyrannus verò repletus ira, juſſit eos duci ad littus, & baculis eorum crura confringi, & item in mare projici, ſed Deo volente martyrum reliquiæ in aquæ profundo religioſis viris revelatæ ſunt, & inde ablatæ, & in loculis honeſte conditæ ſunt.

IV. Idus, Romæ depoſitio S. Gregorii Papæ, qui in lege Dei luculentiſſimus Doctor extitit, & gentem Anglorum per Auguſtinum & Mellitum atque Joannem ſervos Dei ad fidem convertit.

III. Idus, in Nicomedia, nativitas Macedonii Presbyteri, & Patriciæ uxoris ejus, & filiæ Modeſtæ. In Nicæa Theuſetæ, & Horis filii ejus. Theodoræ. Hi omnes igni concremati ſunt. Julii Epiſcopi, Alexandri.

II. Idus. In Carthagine nativitas ſanctorum Donati, Effroſii, Fronimi; in Nicomedia natale Feliciſſimi, Frontinæ.

Id. Martii. In Cappadocia paſſio S. Longini Martyris, de quo in libello Martyrii ejus narratur, quod aliquando militans ſub Centurione Romano, in paſſione Domini latus ejus cum lancea in cruce aperiret, & viſo terræmotu, & ſignis quæ fiebant, crediderit in Chriſtum, pœnitentiam agens de operibus ſuis priſtinis, poſtea Monachus factus per XXX. & IV. annos Chriſto militavit, multos convertens ad fidem Dei, ad extremum vero martyrizavit in Cappadocia ſub Octavio Præſide, quem propter infidelitatem ſuam divino judicio percuſſum corporea cœcitate poſt martyrium ſuum illuminavit.

XVII.

(a) Earum fœminarum paſſio habetur apud Ruinart. *Acta ſincera Martyrum.* Ea qui viderat Valeſius ſcripta fuiſſe à Montaniſta judicavit; & ipſas fœminas è Montaniſtarum ſectâ fuiſſe facile credet quicunque legerit. BASN.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

XVII. Cal. Aprilis natalis ſancti Cyriaci, qui poſt longam carceris macerationem quam à Maximiano pertulit, cum Siſinnio Condiacono ſuo, & Smaragdo, & Largo poſt multa facta miracula, in quibus filiam Diocletiani Artemiam, ipſius rogatu à Dæmonio liberavit ac baptizavit, filiam quoque Saporis Regis Perſarum Jobiam, miſſus illuc à Diocletiano pro hoc, æquè à Dæmonio liberavit, ac baptizavit cum ipſo Rege, & aliis quadringentis triginta, & rediens Romam poſt mortem Diocletiani tentus eſt inter alios Chriſtianos à * filio ejus Maximiano, & in cuſtodiam miſſus, eò quod ſororem ſuam Chriſtianam feciſſet, deinde præcepit ut die proceſſionis ſuæ nudus catenis obligatus ante rhedam ejus traheretur, & poſt hoc eductus eſt de carcere cum ſociis Largo, & Smaragdo, & Creſcentiano per Carpaſium Vicarium, & pice reliquata caput ejus perfuſum eſt. Et rurſus poſt dies quatuor denuo de carcere in cataſta extentus ac tractus nervis, & fuſtibus cæſus, poſt * dies jubente Maximiano capite truncatus eſt, cum Largo, & Smaragdo, & aliis XX. ſcriptum in geſtis Marcelli Papæ. Ipſo tempore Maximiani Deus interfecit ſororem ſuam Artemiam.

*Hæc quomodo ſibi conſtent, vide Baronium in Annalib.

*f. duos vel tres.

XVI. Cal. In Scotia natalis Patricii Epiſcopi, qui in Hybernia Inſula Scotis primum prædicavit nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, & natalis Mariæ Martyris. Hæc quoque cum eſſet ancilla, cujuſdam Tertulli præclari viri, & nollet in natali filii ejus prandiis Domini ſui intereſſe, ſed magis Chriſtianorum more jejuniis operam dare, flagellis atrocibus ab eodem Domino ſuo lacerata eſt, ſed cum non poſſet ab inſtantia per hoc ſervitii Chriſti ad Idolorum cultum revocari, judici publico ad puniendum tradita eſt. Ubi dum carnifices eam incendio tradere voluiſſent, propter preces populi data eſt ei inducia trium dierum, triduo ergo completo cum iterum puniri deberet, mirabiliter Domini miſericordia erepta eſt. Nam cum orationem ad Dominum fudiſſet, unde petra ingens, quæ ante eam fuerat, per medium ſciſſa illam in ſe recipiebat, & undique concludens hoſtium furori reſtitit. Ad quam populus concurrens cum vellet ſecundum juſſum Principis ipſum lapidem deſtruere, fulmine ac tonitru cœlitus emiſſo, plurimi eorum interierunt, ita ut duo millia, & ſeptingenti ex ipſis divino judicio extincti fuerint, pauci vero qui remanſerant, converſi ad Dominum in Chriſtiana religione permanſerunt.

XV. Calend. In Alexandria natalis Coleſtici, & in Nicomedia Aprilis & Servuli, & in Lucania Quinti, & Ingenui, & Rogatæ, & in Mauritania Timothei.

*Spoletana. XIV. Calend. In * Spolitana civitate nativitas Joannis Confeſſoris, qui peregrinus de Sicilia illuc venit, & in ſuburbano ejus ædificavit monaſterium, & habitavit ibi XIV. annis, ubi & requievit in pace.

XIII. Calend. In Britannia ſancti Chudberti Epiſcopi, qui vitam plenam virtutibus ducens tandem Anachoreta diem ultimum clauſit, cujus corpuſculum poſt XI. annos de ſepultura levatum, inventum eſt integrum, cum veſtitu quo indutus fuerat, ac ſi ipſa die in monumentum poſitum fuiſſet.

XII. Calend. ſancti Benedicti Abbatis, qui regulam ſcripſit Monachorum cum magna diſcretione. Eodem die in Alexandria depoſitio Serapionis Monachi.

*Narbona. XI. In * Arbona civitate natalis Pauli Confeſſoris. In Africa Saturnini, & aliorum IX. In Sebaſtia Decroni & Arionis.

X. Cal. In Africa natalis Fidelis & aliorum XX.

*Seleuci. IX. Cal. In Syria Natale * Seleucis, & in Africa Agabi.

VIII. Cal. Annunciatio incarnationis Dominicæ, & Hieroſolyma Dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus eſt, & paſſio S. Jacobi fratris Domini, qui in Paſchæ ſolennitate Judæis Chriſtum teſtificans de templi eſt culmine præcipitatus, ac fullonis vecte percuſſus. Et in Nicomedia natale Dulæ ancillæ militis, quæ pro caſtitate occiſa eſt.

*Quirini. Et Romæ * Cyrini qui interfectus a Claudio, & in Tyberim jactatus, in Inſula Lycaoniæ inventus, & in cœmiterio Pontiani conditus eſt. Scriptum eſt in paſſione S. Valentini.

VII. Calend. In Syrmio Montani Presbyteri, Maximæ uxoris ejus. Romæ via Lavicana natale S. Caſtuli Martyris.

VI. Calend. Hieroſolyma reſurrectio Domini noſtri Jeſu Chriſti.

*f. Mauritania. V. Calend. in Africa natale Rogati, Succeſſi, & in Cæſarea * Mare depoſitio ſancti Dagolaphi, & in Africa aliorum XVI.

IV. Calend. in civitate Piſana natale ſancti Torpetis Martyris, quem Nero Imperator juſſit magnam Dianam matrem Deorum adorare, quod ipſe renuens repletus Spiritu ſancto, & dixit: *Melius eſt unum Deum adorare, qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, quam plures Deos colere, hoc eſt, Dæmones.* Exiens ſanctus Torpes de Palatio multum intra ſe cogitans dixit: *quid faciam Idolis ſerviendo & baptiſmum ſalutis non accipio?* Tunc adſcendit in montem, & clamare cœpit dicens: *Pater Antoni ubi es?* Reſpondit Presbyter Antonius & dixit: *Et quis es tu fili?* Sanctus Torpes dixit: *Ego ſum ſervus tuus Torpes*: Tunc Antonius baptizavit

eum

Digitized by Google

eum in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Tunc ſtatim Angelus Dómini apparuit ſancto Torpeti, & dixit ei: *Forti eſto animo, quia tu nobiſcum eris in paradiſo.* Poſtea Nero perrexit Romam & Satellico cognato ſuo præcepit ſanctum Torpetem in carcerem recipi, & alapis cædi, & ad columnam habentinam nudo corpore religari, & dum ſanctus Torpes compleſſet orationem, cecidit illa columna, & oppreſſit ex impiis quinquaginta, & ipſe Satellicus ſub ea mortuus eſt. Tunc filius Satellici nomine Silvinus dum hæc ita agerentur, juſſit ut leo eum ad devorandum dimitteretur: qui ſubito dimiſſus dans rugitum ſuper eum, & eadem hora mortuus eſt, & iterum dimiſſus eſt leopardus, & ipſe flectens caput lingebat plantas ejus. Tunc præcepit Silvinus miniſtris, ut ad mare duceretur, & ibidem decollaretur. Sanctus vero Torpes ſpem habens ad Dominum ita oravit: *Domine ſuſcipe ſpiritum meum*, & ſic a carnifice decollatus eſt. Eodem die paſſio Achacii. SÆC. IX ANNO 855.

III. Calendas. Natale Domni Philippopoli, & Jacaici, & depoſitio Auſtaſii Abbatis & Nicæi Epiſcopi.

II. Calendas. In Africa Natale * Aniſi & depoſitio Ambroſii Epiſcopi, & Natale VII. virginum, quarum nomina Deus ſcit. * Anniſi.

APRILIS.

CAlendis Aprilis. In Theſſalonica natale Agapis & Chioniæ ſub Diocletiano, quæ primo in carcere maceratæ, poſt in ignem miſſæ ſunt, ſed intactæ à flammis poſt orationem ad Dominum fuſam animas reddiderunt. Aprilis.

IV. Nonas Aprilis. In Africa Amphiani, Victoris, & aliorum XIV. & alibi Marcellini, Saturni, Quiriaci, Reginæ, Proculæ, & aliorum IV.

III. Nonas Aprilis. Natale Theodoſiæ Virginis, quæ paſſa eſt temporibus Imperatorum Diocletiani, & Maximiani in civitate Cæſarea ſub Urbano Præfecto: Nam hæc cum relictis parentibus confugiſſet ad carcerem, ubi Chriſti Confeſſores clauſi erant, tenta eſt a militibus, & ducta ad tribunal Judicis Urbani, quæ coram ipſo aſtans, nec adulationibus ejus eſt decepta, nec minis territa, ſed ſapientia Dei repleta falſos Deos gentilium diſputando coram Præſide confutabat. Unde & à Tyranno nervis ligata, & flagellis cæſa non potuit vinci, poſtea ei adhibita ſunt varia tormenta, hoc eſt ſartagines ignitæ, leones, & beſtiæ, ex quibus nullam maculam paſſa eſt. Deinde in mare demerſa, ſed per Dei auxilium citius inde liberata, noviſſimè gladio capite abſciſſo obdormivit in pace, & complevit Martyrium ſuum, honorificè a Chriſtianis ſepulturæ tradita.

II. Nonas Mediolano depoſitio B. Ambroſii Epiſcopi & Confeſſoris, cujus vita & doctrina inſignis prædicatur in Eccleſia.

Nonis in Theſſalonica natalis * Hyrenis, quæ poſt tolerantiam carceris inter orationes ſagitta percuſſa eſt a Siſinnio comite, ſub quo & ſorores ejus, Agape & Chionia martyrizaverunt, quæ a prædicto Præfecto licet in ignem mitterentur, tamen illæſæ ab eo, exorantes Dominum, Spiritum reddiderunt. * Irenei.

VIII. Iduum. In Syrmio natale * Hyrenei Epiſcopi ejuſdem loci. * Irenæi.

VII. Idus in Alexandria natale † Peloſi Presbyteri, & in Nicomedia natalis Cyriaci cum aliis X. † Peluſii.

VI. Idus in Africa natalis Januarii, * Macharii, & Maximæ, & in Carthagine Conceſſæ. * Macarii.

V. Idus in Syrmio natalis VII. Virginum quæ in unum meruerunt coronari.

IV. Ezechielis Prophetæ.

III. Idus Romæ Leonis Papæ, qui quadrageſimus ſeptimus poſt B. Petrum Apoſtolum, ſedit in Epiſcopatu annis XXI. Hic * invenit hæreſes duas, & miſſa legatione ad Marcianum principem Catholicum, congregata Synodo ducentorum quinquaginta, & ſex Epiſcoporum in Chalcedone, in Martyrio S. Eufemiæ Martyris expoſuerunt juxta fidem Catholicam duas naturas in uno Chriſto Domino, hoc eſt divinam & humanam, & condemnaverunt † Euthicium, & Neſtorium Hæreticos. * f. everſit. † Eutychem.

II. Idus Romæ Epiſcopi Julii Papæ & Confeſſoris, qui ſub Conſtantio Arriano, filio Conſtantini, 10. menſibus tribulationes & exilia paſſus: poſt ejus mortem cum magna gloria ad ſedem ſuam reverſus eſt: & eodem die, civitate Verona, paſſio S. Zenoni Martyris, de quo B. Gregorius refert in libris Dialogorum, quod † Atiſin fluvius inundans in Eccleſia, ubi corpus ejus jacebat humatum, uſque ad ſuperiores tecti feneſtras excreverit, ſed intra Eccleſiam ubi fuerat congregata fidelium turba intrare non poterat. † Atheſis.

Idibus Aprilis in civitate Chalcedonia natalis Eufemiæ, & Romæ in cœmiterio tranſlatio Januarii Martyris.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

XVIII. Cal. Maji Romæ Tyburtii & Valeriani, & Maximi, ſub Almachio urbis Præfecto, quorum primi fuſtibus cæſi, & gladio ſunt percuſſi, ultimus tam diu plumbatis verberatus donec ſpiritum redderet. Eodem die in Nitria Frontonis Monachi, qui LXX. monachos in eremum ſecum adduxit, ut ſequeſtrati ab hominibus divinæ contemplationi vacarent: ſed cum eſſet ibi, Diabolo inſtigante, ipſi Monachi contra Abbatem ſuum murmuraverunt, quod non poſſent præ fame in eremo habitare, ſed conſolans eos Abbas ſuus, à Domino ipſis promiſit ſolatium, quod & ita evenit. Nam Dominus per viſionem Angelicam quendam divitem corripuit, quod ipſe in deliciis vivens, ſervis ſuis in eremo habitantibus alimentum non præberet: qui cum non ſciret, ubi illi habitarent, conſilio accepto LXX. camelos onerabat alimentis, & dimiſit illos, quo Dominus eos vellet perducere. At illi à domino ſuo dimiſſi, pergebant in ſolitudinem ubi ſervi Dei habitabant, & eis alimenta ſatis portabant. Sed ſanctus Fronto hoc videns, cavens avaritiam noluit omnia accipere, ſed medietatem tulit: alteram verò medietatem ſuper camelos poſitam remiſit ad dominum ſuum, qui ſani ad proprium dominum reverſi ſunt. Ex illo igitur anno uſque ad vitam Frontonis miſit dives ipſe notato tempore, quo † anno miſerat, eſcas neceſſarias fratribus dirigebat: aliis ſic divitibus Dominus imperabat, & ex omnibus dapibus irrigati, nihil Dei ſervi cum S. Frontone minus habebant, vigilabant hi operibus Dei, filii cum patre; ſpiritualibus eos admovens dapibus, adimplebat quotidie ſermone cœleſti, exultans lætabatur in Domino, qui ſibi talem dederat intellectum, ut aviæ ſolitudinis loca quæſiviſſet.

† *f. antè.*

XVII. Calend. in civitate Corduba natale Olympiadis, & Maximi nobilium, qui jubente Decio fuſtibus cæſi, & deinde plumbatis, ad ultima capita eorum ſecuribus tunſa, donec emitterent ſpiritum.

† *Chariſii.*

XVI. Calend. in Achaia Corintho civitate, ſanctorum Calliſti, † Cariſſi, Leonidis, Chriſtianæ, Callæ, Theodoræ, & aliorum plurimorum ſanctorum.

XV. Calend. in Antiochia natalis Petri Diaconi, & Hermogenis, & in Africa Fortunati, & Marciani.

XIV. Calend. natalis Eleutherii Epiſcopi & Martyris, & Antiæ matris ejus. Hic Eleutherius in Aquileia Epiſcopus ordinatur, ſub Adriano Imperatore paſſus eſt. Hic primum Felicem, & † Correvum comites convertit ad fidem Chriſti, pro quo ipſe ‡ Correvus paſſus eſt percuſſus gladio. Nam Eleutherius primo vicit lectum ferreum, deinde craticulam & ignem ſuppoſitum, poſtea ſartaginem cum pice & adipe fervente. Dehinc beſtias mitigavit, ad extremum verò decollatus eſt cum Antia matre ejus, & ſic martyrium finivit.

† *Corebum.* ‡ *Corebus.*

XIII. Cal. in Africa Calaſrani Abbatis, & Hermogenis, & Expediti, & in Hiſpaniis in * Calcoliveris, Vincentii.

* *Caucoliberis.*

XII. Calend. Romæ Aniceti Papæ & Martyris, qui conſtituit in Eccleſia, ut Clerus comam non nutriret, & ſepultus eſt in cœmiterio Calliſti.

XI. Calend. in Aſia Nativitas Maximini Martyris, qui tempore Decii Imperatoris oblatus eſt Proconſuli nomine Optimo, qui cum ab eo tormentis cogeretur ad ſacrificandum Idolis, & nollet, diu in equuleo tortus, ad extremum lapidibus oppreſſus eſt.

X. Calend. Romæ depoſitio ſancti Gaji Papæ, qui cum Eccleſiam XI. annos, menſes IV. dies XII. rexiſſet, martyrio coronatur, ſub Diocletiano Principe cum * Gabinio fratre. Eodem die in Corduba civitate nativitas Parmenii, † Helymæ, & Chryſotheli Presbyterorum, & Lucæ, & Mucii Diaconorum de Babylonia, quorum primus præciſa etiam lingua loquebatur: omnes in equuleo ſuſpenſi, & nexibus artati ſunt: deinde laminis ardentibus circum latera oppoſitis, uſtulati, & ungulis lacerati, ad ultimum gladio trucidati ſunt, præſente perſecutore Decio, in paſſione Laurentii.

* *Gabino.* † *Helimenæ.*

IX. Calend. Maji. Nativitas S. Georgii (a) Martyris, qui ſub Daciano Rege Perſarum potentiſſimo, qui dominabatur ſuper LXX. Reges, multis miraculis claruit plurimoſque convertit ad fidem Chriſti, ſimul & Alexandram uxorem ipſius Daciani uſque ad martyrium confortavit: ipſe vero noviſſime decollatus, martyrium explevit, cujus vitam, & paſſionem ſcriptam legi.

VIII.

(a) Varia ſunt quæ referuntur de *S. Georgio*, eaque ita incerta ut vix fidem adhibere poſſis. Autumat *Henſchenius* illum plebejum, qui *Diocletiani* edictum de perſecutione dilaceravit, fuiſſe *S. Georgium*, qui anno 303 menſe Aprili Martyrium Nicomediæ paſſus eſt. Ibi plura habes de *Alexandra* ab ipſo *Diocletiano* damnata; de qua hîc *Rabanus* non ſolum, ſed & *Baluſius* loquitur. Acta illa tot fabulis ac narrationibus portentoſis plena ſunt, ut plane conſtet nihil boni ſanique ex illis poſſe colligi. Una *Alexandra* Hiſtoria omnia Poëtarum figmenta ſuperat; & revera exeunte Februario paſſus eſt qui *Diocletiani* edictum dilaceravit; non ergo in menſis Aprilis diem 23. vel 25. rejici poteſt illius paſſio. Plura itidem de *Georgio* leguntur apud *Baronium* ad 23. Aprilis; ſed ſi ea conferas cum *Georgii Alexandri* Epiſcopi vita, ex Arianorum ſcriptis eſſe deſumpta facile animadvertas. *Rabanus* & *Notkerus* de *Datiano*, non de *Diocletiano* loquuntur: uterque Acta paſſionis legerat. Adjicit *Notkerus* ea inter Apocryphas ſui temporis numerari ſcripturas, quod *Rabanus* omiſit. BASN.

Digitized by Google

VIII. Calend. Depoſitio Melliti Epiſcopi in Britannia, hac die Ananias, Azarias, Miſahel de camino ignis ardentis ſunt liberati. SÆC. IX. ANNO 855.

VII. Calend. Nativitas Sancti Marci Evangeliſtæ in Alexandria, qui conſtitutis, & conformatis Eccleſiis per Lybiam, Armaricam, Ammoniacam, Pentapolin, Alexandriam, atque Ægyptum univerſam: ad ultimum tentus eſt à paganis, qui remanſerant Alexandriæ, qui videntes eum die ſancto Paſchæ, VIII. Calend. Maji, Miſſas facientem, miſerunt funem in collo ejus, & trahebant eum ad loca buculi, quæ erant juxta mare ſub rupibus, ubi erat Eccleſia conſtructa, & defluebant carnes ejus in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine: veſpere autem facto, miſerunt eum in carcerem, ubi circa mediam noctem, primò Angelica viſitatione confortatus eſt, deinde ipſo Domino ſibi apparente ad cœleſtia regna vocatus, ac mane cum traheretur ad loca buculi, gratias agens, & dicens: *Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum*, defunctus eſt, & a viris religioſis ſepultus, in loco lapidis exciſi, cum gloria. Ordinaverat autem pro ſe Alexandriæ Epiſcopum Annianum, aliis quoque longe lateque Eccleſiiis Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos dederat. Eodem die Romæ Letania major ad ſanctum Petrum. Natale ſancti Maximi Martyris, qui temporibus Decii comprehenſus eſt in Aſia, & oblatus eſt Proconſuli, qui juſſit eum in equuleo ſuſpendi, & diverſis ſuppliciis torqueri, ſi magnæ Dianæ non ſacrificaret, & ob hoc quia eam non coleret, juſſit eum capitalem ſubire ſententiam, hoc eſt in VII. Calend. Maji.

VI. Calend. Depoſitio ſancti (a) Marcellini Papæ, qui cum Eccleſiam IX. annos, & menſes IV. rexiſſet, & temporibus Diocletiani, & Maximiani, ab eodem Diocletiano pro fide Chriſti cum Claudio, & Cyrino & Antonino capite truncatus eſt, & poſt dies XXXV. ſepultus via Salaria in cubiculo à Marcello Presbytero, & Diaconibus, cum hymnis, VI. Calend. Maji.

V. Calend. Nativitas Anaſtaſii Papæ, qui poſt B. Petrum quadrageſimus primus ſedit. Hic Manichæos in urbe Roma inveniens damnavit, & conſtitutum fecit, ut nullus tranſmarinus in Clericatum ſuſciperetur, niſi quinque Epiſcoporum deſignaret chirographum.

IV. Calend. Sancti Vitalis, qui fuit pater ſanctorum Martyrum Gervaſii, & Protaſii, hic ergo cum fuiſſet militans Conſularis, & cum fuiſſet cum Paulino Judice ſuo, Ravennam ingreſſus eſt, & cum videret in conſpectu Judicis ſui, Chriſtianum nomine Urſicinum arte medicum, natione Ligurium, poſt nimia tormenta capitalem acceptiſſe ſententiam; locus autem ubi decollabantur Chriſtiani, hoc habebat vocabulum, ut diceretur ad Palmam, eò quod arbores antiquæ palmæ illic eſſent. Ille igitur, ut diximus, poſt nimia tormenta decollandus, cum veniret ad Palmam, expavit, & dum vellet malo evadere, exclamavit voce magna Vitalis dicens: *Noli noli Urſicine Medice, qui alios curare conſueviſti, teipſum æternæ mortis jaculo vulnerare vis! & qui per paſſiones nimias veniſti ad pugnam, coronam perdere vis à Domino tibi præparatam?* Audiens hæc Urſicinus genu poſuit, & ſpiculatorem ut feriret hortabatur, agens pœnitentiam, quod expaviſſet, Chriſti martyrem ſe fecit. Eodem die natalis ſancti Chriſtophori Martyris.

III. Calend. Romæ paſſio (b) Cleti Papæ, qui tertius poſt Petrum Romanæ Urbis Epiſcopatum annos XII. habuit, & ibidem martyrio coronatus eſt, ſub Domitiano Imperatore.

II. Calend. in Alexandria Natalis Afrodiſii Presbyteri, & aliorum XXX. Et Romæ depoſitio Quirini Epiſcopi.

MAJUS.

CAlendis Maji. Hieremiæ Prophetæ, & in Hierapoli Philippi Apoſt. * qui Hebionitarum hæreſin extinxit, & quievit in pace. Paſſio S. Jacobi Apoſtoli in Hieroſolyma, quem Scribæ & Phariſæi poſuerunt ſuper pinnam templi; ſed cum ita age- * *Vide Baronium in Martyrol.*

(a) Diverſæ fuerunt de *Marcellino* Papa eodem Sæculo ſententiæ: illum inter Sanctos recenſet *Rabanus*, quem *Nicolaus*, Romanus Pontifex, lapſum in idololatriam ſub *Diocletiano* confitebatur; idemque legitur in Breviario Romano. Falſum eſt Donatiſtas illum *Marcellini* lapſum non allegaſſe; urgebant quidem ea ratione *Auguſtinum*, qui *Marcellinum* innocentem pronunciavit: cum tamen ipſi Donatiſtæ *Melciadem*, qui cum *Marcellino* Diis ſacrificaſſe debuerat, Judicem agnoverint. Inde concludas ſolùm, jam temporibus *Auguſtini* varios de *Marcellino* ſparſos eſſe rumores. Quidquid ſit de lapſu, Acta Concilii Sinueſſani, in quibus res narratur, ſpuria ſunt. Ibi ſit mentio *Libri occidentis*, ad indicandos LXXII. teſtes, quæ locutio non niſi temporibus *Conſtantini* fuerat in uſu. BASN.

(b) Obiit Cletus an. 91. at perſecutio Domitiani, ſub quo pati debuit, non niſi anno 95. cœpit, vel ſecundum Tomardum an. 94. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

rent, & viderent omnes gratulari in prædicatione ejus, præcipitaverunt eum ex alto, & corruens nihil læsus, sed magis prædicabat, tunc iratus quidam ex Pharisæis pertica fullonis cæcidit fortiter in caput ejus, & evertit cerebrum, Et in Hierosolyma passio S. Judæ, sive Quiriaci Episcopi, cui revelatum est lignum dominicæ crucis. Eodem die in Acaurio passio sancti Sigismundi Regis.

VI. Nonas. Sancti Patris nostri Athanasii Episcopi Alexandrini.

V. Nonas in Hierosolyma inventio S. Crucis ab Helena Regina post passionem Domini anno 233. regnante Constantino Imperatore, filio ipsius Helenæ. Romæ Alexandri Papæ, & Eventii, & Theodoli Presbyterorum, quorum primus post vincula, carceres, equuleum, virgulas & ignes, punctis creberrimis per tota membra peremptus est: sequentes, & ipsi post longam carceris sustinentiam ignibus examinati, & ad ultimum decollati sunt ab Aureliano Judice tempore Trajani Principis. Eodem die depositio S. Philippi Confessoris.

IV. Nonas Passio S. Floriani martyris tempore Diocletiani, & Maximiani Imperatorum sæviente iniquissimo Præside Aquilino apud * Nutricum ripensem, qui cum se videret superatum à Floriano, jussit eum capitalem subire sententiam, & duci ad fluvium † Anesо, & ibi præcipitari eum de ponte.

* *Noricum ripense.*

† *Anisum.*

III. Nonas in Arelato depositio S. Hilarii Episcopi, qui Pelagianam hæresin in collatoribus deprehendit, & corrigere studuit. Antisiodoro eodem die passio S. Juviani Lectoris, & Martyris.

II. Nonas Passio beatorum Martyrum Mariani & Jacobi, & aliorum qui cum iis pro nomine Christi passi sunt. Nam per revelationem eis Dominus præsignavit qualiter vitam præsentem per gloriam martyrii finire debuerunt. Sicut in martyrio eorum scriptum continetur.

Nonis in Nicomedia natalis Flavii Episcopi, & Frodisii, Macrobii, Augustini Episcopi, & in Constantinopoli Achaici, Augustoduno depositio Beati Placiti Presbyteri.

VIII. Idus Natalis S. Victoris Martyris in civitate Mediolanensi sub Maximiano Imperatore. Nam idem Imperator jussit Beatum Victorem, qui erat Maurus genere, militis officio functus, propter fidem Christi, & confessionem multis modis cruciari, hoc est carcere includi, ubi dies sex mansit sine cibo & potu, postea fecit eum fustibus & flagellis frequentibus cædi. Deinde plumbo liquato corpus ejus perfundi; sed statim Angelus Domini affuit, & plumbum ita frigidum fecit, sicut aquam de fonte levatam, & non est combustum corpus ejus in ulla parte. Novissimè verò cum nullo modo ad Idolorum culturam convertere potuit, sed Victor in fide Christi perseverans ubique victoriam habuit; jussit prædictus Tyrannus caput ejus abscindi, quod sanctus Maternus Episcopus audiens factum, collegit corpus ejus, & in prædicta civitate cum honore sepelivit.

VII. Idus in Axiopoli natalis Quirilli, Gindei, & Genonis, & in Tharso Ciliciæ Aphrodisii, & Romæ natale S. Beati Confessoris.

VI. Idus Sanctorum Faltoni, Pilioni & aliorum Martyrum. Romæ Calepodii, Senis Presbyteri sub Alexandro Imperatore, qui eum fecit occidi à Laodicio, & corpus trahi per civitatem, atque in Tyberim jactari, die . . . . . Majarum, quod inventum piscatores levaverunt, & narraverunt Callisto Episcopo, at ille acceptum condidit cum aromatibus, & linteaminibus, & sepelivit in cœmiterio ejusdem, via Aurelia, milliario ab Urbe tertio, in crypta Vildemari: tunc decollatus est ab Alexandro, Palmachius Consul cum uxore, & filiis, & aliis promiscui sexus LII. cum quibus & Simplicius Senator, qui per doctrinam Callisti Papæ, & Calepodii Presbyteri nuper fuerant baptizati. Scriptum in passione S. Callisti Papæ. Eodem die natale Gordiani Martyris, qui sub Juliano impiissimo Imperatore passus est. Nam prædictus Tyrannus cum præcepisset memorato Gordiano Vicario suo, cum adhuc paganus esset, ut Januarium Presbyterum diligenter exquireret, si quo modo illum posset avertere a fide Christi: S. autem Januarius illum magis lucratus est Christo, & baptizavit simul cum Marina uxore sua, quod audiens factum Julianus præcepit Clementiano Judici, ut eum, si nollet Idolis sacrificare, puniret. Nam iratus jussit inscriptionibus damnari S. Januarium Presbyterum, & B. Gordianum, uxorem autem ejus Marinam in quadam villa, quæ vocatur Aquas Salvias, in servitio rusticorum opprimi; cum autem vidisset Clementianus, quod S. Gordianus nullo modo a statu fidei suæ averti posset, jussit eum primum plumbatis cædi: deinde capite truncari, quod cum factum comperissent Christiani, nocturno silentio venerunt & rapuerunt corpus venerandum S. Martyris Gordiani, & venientes in via quæ Latina nuncupatur, non longè ab urbe Roma milliario plus minus uno, posuerunt eum in crypta, sexto Idus Majas, ubi jam pridem S. Epimachum sepelierant.

V. Idus Passio S. Evellii Martyris, qui videns passionem S. Torpetis Martyris, & mira-

Digitized by Google

mirabilia quæ fecit, credidit Christo, qui antea Consiliarius Neronis Imperatoris fuit, qualiter Christiani martyrizarentur. SÆC. XI.

IV. Idus. S. Patris nostri Epiphanii Episcopi Cypri, & Romæ S. Pancratii, qui cum esset annorum quatuordecim, sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Eodem die Romæ passio Sanctorum, Nerei & Achillei fratrum. ANNO 855.

III. Idus Festivitas S. Onesimi Confessoris, ipso die Mariæ Martyris festivitas celebratur: quæ cum fuisset Tertulli cujusdam viri principalis ancilla, nobilitatem domini mentis benignitate vincebat, & Christo se probavit ingenuam. Hæc cum a domina sua per tormenta a fide Christi recedere cogeretur, nullo modo consensit: Propter hoc Præsidi tradita est ad cruciandum; sed eam nec minæ ipsius, nec tormenta a Christo separare poterant, novissimè super petram grandem ad decollandum adducta, ipsius petræ divisione facta, Christi famula illuc intravit, subitoque petra iterum semetipsam concludit, nec quenquam persecutorum ancillam Christi persequi sinebat, sed usque ad diem judicii ita concluſam servat. Eodem die in Oppido Trajectense natale S. Servatii Episcopi & Confessoris, qui cum Tungrensem regeret Ecclesiam tempore quo Huni venturi erant in Galliam, timens populo sibi commisso, ne ab Hunis vastaretur, perrexit Romam deprecaturus, quatenus per merita & intercessionem sanctorum Apostolorum impetraret defensionem populi sui. Cumque ibidem jejuniis, & obsecrationibus per multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fertur tale ab Apostolo Petro accepisse responsum: *Quid me vir sanctissime inquietas? Ecce enim apud Dominum deliberatione prorsus sancitum est, Hunos in Gallias advenire, easque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium meum, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone, relinque linteamina munda. Ecce enim migravcris à corpore, nec videbunt oculi tui mala, quæ facturi sunt Hunni in Galliis, sicut locutus est Dominus noster.* Accepto ergo hoc responso remeavit ad Ecclesiam sibi commissam, nuncians suis responsum B. Petri, & post non multos dies vitam præsentem finiens, migravit ad æternam requiem. Hic quoque sepultus in loco Trajectensi, cum sepulchrum ejus sub divo esset positum, nec nix, nec pluvia cecidit super eum, donec a Successore ejus S. Munulfo Episcopo templum magnum in ejus honore constructum est.

II. Idus S. Patris * Pachumii, qui cum esset factis Apostolicæ gratiæ insignis, fundatorque Ægypti Cœnobiorum, scripsit Monasteriorum regulas, quas Angelo dictante didicerat, simul & de tempore Paschali. Ipso die in Syria natalis Victoris, & Coronæ, sub Antonino Imperatore, duce Alexandriæ Sebastiano. Erat autem Victor miles a Cilicia, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos, & evelli jussit à cute; deinde illum in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens non est læsus; deinde venenum bibere jussus, non est mortuus, sed veneficum potius ad fidem convertit; deinde jussum est nervos corporis ejus tolli; deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus. Posthæc jussit lampades ardentes suspenso ad latera applicari; posthoc acetum & calcem simul misceri, & dari ei in ore. Deinde oculos erui; dein triduo deorsum capite suspendi, & dum adhuc spiraret, jussit eum excoriari. Tunc Corona cum esset uxor militis cujusdam, cœpit beatificare S. Victorem pro gloria Martyrii, & dum hoc faceret, vidit duas coronas cœlo delapsas, unam Victori, & alteram sibi missam; cumque & hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est a Duce, jussumque duas arbores palmæ curvari ad invicem, & cannabinis funibus ligari Coronam in utraque, manibus & pedibus, & sic arbores dimitti, quod dum fieret, divisa est Corona in duas partes. Erat autem annorum XVI. tum quoque Victor decollatus, & ipse victoriæ perennis triumphum meruit. *Pachomii.

Idibus in Syrmio natalis Timothei, & VI. Virginum. Et in Sardinia natale Simplicii Presbyteri, & in civitate Filasiana Rosulæ.

XVII. Calend. Junias in civitate Picino Ausimo natale Diocletiani & Florentini. In Antisiodoro passio S. Peregrini primi Episcopi ipsius civitatis. In Trecasine depositio Fidoli, Presbyteri & Confessoris.

XVI. Cal. In Alexandria natale Adrionis, Victoris, & Basillæ.

XV. Calend. Hortasi, & Serapionis Presbyteri, & Marci Papæ, & Potamionis.

XIV. Calend. S. Pudentianæ virginis, quæ fuit filia Pudentis, & soror Praxedis virginis. Ipsa autem soror Praxedis, & Pudentiana omnem facultatem dividentes inter se, cœperunt vendere omne patrimonium & erogare pauperibus. In eodem verò loco, ubi titulum meo nomini Pater earum bonæ recordationis pudens dedicavit; & hoc consilium inter me, & famulas Christi Praxedem, & * Potentianam filias sacratas convenit, ut in die S. Paschæ, quia desiderio earum, & nimio ardore fidei urgebantur, propter familiam communem, quæ gentilis erat: in eodem titulo fontem Baptismi construere studuissent; quem titulum S. Pius manu sua consecravit; ubi baptizata *Pudentianam.

SÆC. IX. ANNO 855.

ptizata est omnis familia eorum, & ingenuitatem postea promeruit: S. Pudentiana autem 12. anno vitæ suæ emigravit ad Dominum. Eodem die natale Sanctorum * Calocerii & Parthenii, Eunuchorum uxoris Decii Imperatoris, quorum unus cum esset Præpositus Cubiculi, alter vero Primicerius, nolentes sacrificare Idolis, à Decio occisi sunt. Depositio Domini Alchuini.

* *Caloceri.*

(a) de illis martyribus nos fusè differuimus in Historia Ecclesiastica. BASN.

XIII. Cal. Passio sanctorum Martyrum (a) Cononis, & filii ejus, in civitate Iconia provinciæ Isauriæ, regnante Aureliano Tyranno, sub Domitiano Comite. Nam ipse S. Conon habuit uxorem, & discessit, castusque permansit, habens filium, & accipiens eum mansit in solitudine. Ambulavit enim in viis Moysi, increpans fluctus, faciens mandata Dei. Erat enim propè ipso loco fluvius torrens, quem nullus poterat de vicino loco a multitudine aquæ transire: appropiante verò populo rogabant S. Cononem, ut eò transfretaret; increpans S. Conon aquam statuit eam, & faciens viam eduxit eam. Descendente verò sancto Conone in Monasterium suum, jubens aquis ut non currerent usque ad tempus: deinde implens se aqua inundavit plurimum. Cognoscens S. Conon, quod factum fuisset, pergens venit ad flumen, jubens ei, ut ita curreret, sicut cursus ejus erat secundum misericordiam Dei: unde hactenus omnes habitantes lætantur ab eo, & subjectæ sunt ei non solum aquæ, sed & omnis ipsa terra. Completum est enim, quod scriptum est, *quod si habueritis fidem tanquam granum sinapis, dicite huic monti, transi:* & non solum aquis imperat, sed & fluctibus jubet. Nam prædictus Domitianus agnoscens virtutem S. viri, ascivit eum ad se, & filium ejus, & torquere eos jussit in craticula super carbones ardentes posita, oleo in ignem fuso, sed vincere eos non potuit, quia Deus de igne eos liberavit; postea malleum ligneum afferre, & manus eorum conterere præcepit, sed ipsi in fide cœpta perseveraverunt, sicque orationem facientes tradiderunt spiritum, migrantes ad cœlestia regna.

Matth. 17.

XII. Cal. in Mauritania natale Timothei, & in Ravenna Martyriæ. In civitate Antisiodorensi depositio B. * Valis Presbyteri & Confessoris.

† *Æmilii.*

* *Valentis.*

XI. Cal. in Africa Casti, & † Emili, qui per ignem passionem consummaveruut: scribit Cyprianus libro de lapsis.

X. Calend. Passio S. Desiderii Episcopi & Martyris.

IX. Cal. in Galliæ civitate Mammetis, natale sanctorum Rogatiani, & Donatiani germanorum & Martyrum.

* *Martyris.*

VIII. Cal. Romæ S. Urbani Papæ & * Confessoris, cujus doctrina multi martyrio coronati sunt.

VII. Cal. in Britannia depositio Augustini, primi Anglorum Episcopi. Eodem die Romæ passio Marcellini Papæ, qui temporibus Diocletiani passus est, quo tempore fuit persecutio magna, ut intra 30. dies 17. millia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur Christiani. De qua re & ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret, quod & fecit, & post paucos dies pœnitentia ductus ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio, & Cyrino & Antonio, capite est truncatus, & coronatus martyrio.

VI. Cal. in Parisiaca civitate nativitas S. Germani Episcopi & Confessoris, qui ex nobilibus parentibus natus fuit, sed licet eum genitrix ejus malitiosa mente interficere voluisset, tamen divino auxilio a periculo mortis liberatus, in pueritia sua sanctis viris ad Dei servitium nutriendum commendatus, proficiebat in gratia Dei. Presbyter ordinatus a Pontifice Nectario, Abbas ad S. Symphorianum dignus adsistitur: in quo officio non solum virtutibus, sed etiam signis Deo placitus esse demonstratur. Postea verò Episcopus ordinatus nobiliter Parisiacam rexit Ecclesiam, multisque profuit non solum in doctrina, sed etiam & in infirmorum curatione. Ad extremum verò in omni bono perfectus octogenarius migravit ad Dominum.

V. Cal. Depositio S. Joannis Papæ, quem quia orthodoxus erat, & a Justino Imperatore Orthodoxo Constantinopolim veniens glorioſè susceptus erat, Theodoricus Rex Arrianus revertentem in Ravenna in custodia tentum ad mortem usque cum aliis æquè catholicis viris perduxit XV. Calend. Junias. Hujus meminit sanctus Gregorius in libro Dialogorum, cujus corpus translatum de Ravenna sepultum est in Basilica S. Petri Apostoli. V. Kalend. Junias. Olibrio Consule.

IV. Calend. In Treviris depositio Maximini Episcopi & Confessoris. Eodem die in regione * Anagnia juxta Tridentinam Urbem passio SS. Martyrum Sisinnii Diaconi, & Martyrii Lectoris, atque Alexandri Hostiarii, qui sub Stilicone consule passi, coronam promeruerunt. Nam S. Sisinnius capite tuba percussus, atque securibus confossus est. Martyrius fustibus cæsus, Alexander vivus vinctis pedibus trahendus apponitur, ut per scopulorum itinera palpitantium membrorum partes amitteret, donec ad vitæ terminum perveniret.

* *Anaunia.*

III.

Digitized by Google

III. Cal. in Antiochia ſanctorum Martyrum * Sicii & Palatini, qui multa tormenta propter nomen Chriſti paſſi ſunt. SÆC. IX.

II. Cal. Romæ nativitas Petronellæ virginis, filiæ S. Petri Apoſtoli, quam beatus Apoſtolus rogantibus fidelibus a paralyſi ſanavit, ſed ſtatim ut ſurrexit ſana, & miniſterium explevit: iterum juſſit eam ad grabatum redire. At ubi in Dei timore cœpit eſſe perfecta, non ſolùm ipſa ſalvata eſt, ſed etiam plurimis recuperavit in melius ſuis orationibus ſanitatem. Et quoniam nimis ſpecioſa erat, venit ad eam Flaccus Comes cum militibus, ut eam ſibi uxorem acciperet, cui Petronella ait: *Ad puellam inermem cum militibus armatis veniſti, ſi uxorem me habere vis, fac matronas virgines honeſtas ad me poſt tres dies venire, ut cum ipſis veniam ad domum tuam.* Factum eſt autem, ut trium dierum acceptum ſpatium virgo ſancta jejuniis & orationibus occuparet, habens ſecum S. virginem Feliculam collactaneam ſuam in Dei timore perfectam. Tertio itaque die veniens ad eam S. Nicomedes Presbyter, celebravit myſteria Chriſti, virgo autem ſacratiſſima mox ut Chriſti Sacramentum accepit, reclinans ſe in lectulum, emiſit ſpiritum. Eodem die martyrizati ſunt beatiſſimi Martyres Cantius, Cantianus, & Cantianilla imperante Diocletiano, & regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto. ANNO 855. * Syci.

JUNIUS.

CAlendis Junii. Sancti Nicomedis martyris Eccleſiæ dedicatio, & in Theſſalonica natale Octavi, & in Antiochia Zoſimi. Junius.

IV. Nonas. Romæ Marcellini Presbyteri, & Petri Exorciſtæ, qui multos in carcere ad fidem erudientes, poſt dura vincula, & plurima tormenta decollati ſunt ſub Judice Sereno, & qui eos decollavit, vidit animas eorum ſplendidè ornatas ab Angelis ferri ad cœlos, & pœnitentiam agens ſub Julio Papa baptizatus eſt in ſenectute ſua nomine Dorotheus. Ipſo die in Lugduno S. Blandinæ cum LXVIII. martyribus cui à prima luce uſque ad veſperam tormenta ſemper innovantes, ad ultimum victos ſe tortores confitentur, quæ & ſecundo pulſata cruciatibus non ſuperatur. Tertio quoque die religata ad ſtipitem atque in crucis modum diſtenta, beſtiis pabulum præparatur. Quam cùm nulla ex beſtiis auderet attingere; rurſum revocatur ad carcerem, quarto etiam verberibus acta, craticulis exuſta, & multa alia perpeſſa ad ultimum gladio jugulatur. Tunc & Ponticus puer annorum 15. per omnia tormentorum genera cum ipſa circumactus, & materna ejus cohortatione roboratus ante illam martyrium conſummavit. Sub Antonino Imperatore, ſcriptum in Hiſtoria Eccleſ. lib. 5. Eodem die natalis eſt Eraſmi Martyris, qui in Libano monte eremum petivit, ibique manſit annis ſeptem, ubi & multa miracula fecit; hic a Diocletiano Imperatore comprehenſus propter fidem Chriſti multa paſſus eſt: quia illum juſſu Imperatoris nequiſſimi carnifices fuſtibus & plumbatis cædebant; plumbo, & pice, & ſulphure cum cera & oleo ferventi perfundebant; poſtea in carcerem miſſum pondere ferri gravabant, quod Domini virtute in cinerem verſum eſt, & nihil eum læſit; ipſe vero mortuos ſuſcitavit, & multos debiles ſanavit. Deinde verò ab Angelo Domini admonitus, in Italiam perrexit, ubi & a Maximiano Imperatore multa tormenta paſſus, ad extremum cum palma martyrii ad æternam vitam migravit. Similiter ipſa feria Junii menſis feſtivitas eſt Bonifacii Martyris, qui temporibus Diocletiani, & Maximiani Imperatorum pro nomine Chriſti paſſus eſt. Hunc verò ſua domina nomine Aglaës à Romana urbe, licet cum ea adulterium perpetraverat, transmiſit in loca, ubi Chriſtianorum maxima perſecutio fuit, ut alicujus ſancti corpus precio acquiſitum ſibi afferret: ipſe autem obediens dictis Dominæ ſuæ perrexit illuc, & inter Chriſtianos comprehenſus juſſu principis primum olla ferventi cum pice perfuſus eſt, ſed in nullo læſus, ab ſpiculatore percuſſus, a comitibus ſuis, qui ſecum pergebant, poſt martyrii palmam ad Dominam ſuam reductus eſt, quæ ipſum accipiens Romæ via Latina ſepelivit, ibique Eccleſiam conſtruens, Domino inſtanter ſervivit.

III. Nonas. in Africa natale Quirini, & in Tuſcia Laurentii, & aliorum XL. Aurelianis civitate depoſitio S. *Leofardi Presbyteri. * Liphardi.

II. Nonas. in Ninive, natalis Dinoci, Attali, Camari, Fyrinæ, Juliæ, & Saraciæ, Cyprini.

Nonis Junii. Bonifacii Archiepiſcopi, cujus in *Freſonis martyrii paſſio peracta eſt, & Eobani Co-Epiſcopi ejus cum ſervis Dei Wintrunge, & Walthere, Scirbalde, & Boſan, Hamunde, & Æthelhere, Wancare, & Gundacare, Willehere, & Hadavolfe. * Friſia.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

VIII. Idus. in Africa S. Amantii, Lucii. In Alexandria, Andreæ, Donati, & Peregrini. Depositio Beati Claudii Episcopi.

VII. Idus. in Gallia Suessionis civitate depositio sancti Medardi Episcopi & Confessoris, cujus vita plena virtutibus conscripta est. Nam largus fuit in Eleemosynis, virtutibus clarus: prophetiæ spiritum habuit, terquinis annis Veromandensium urbis Episcopatum tenuit; ad extremum ad cœlestia migrans, Suessionensium ad urbem corpus ejus translatum est, ibique sepulchrum multis virtutum titulis claruit. Eodem die Festivitas S. Naboris Confessoris.

V. Idus. Romæ, Primi, & Feliciani Martyrum, qui sub Diocletiano, & Maximiniano Impp. pro Christi nomine multa tormenta passi sunt. Nam Promoto Præsidi ipsi nequissimi Imperatores ad puniendum eos tradiderunt, qui cum viderent eos nullo modo posse à Christi confessione averti, separavit eos ab invicem, & primitus Felicianum LXXX. annos habentem jussit plumbatis cædi: postea verò misit eum in carcerem, & neque cibum neque aquam ei sinebat præbere. Deinde Primum similiter jussit fustibus cædi. Dein vero in Amphitheatro sanctos Martyres leonibus tradi præcepit, sed nullo modo ab eis læsi sunt, quod videntes turbæ crediderunt in Christum plusquam mille quingenti. Noviſſime verò sancti Martyres à prædicto comite decollati sunt, & à cultoribus Christi in apto loco sepulti. Eodem die nativitas Getulii Martyris, qui sub Adriano Imperatore passus est. Nam cum esset Christianissimus, & multas Eleemosynas & bona opera fecisset, traditus est ab Imperatore Cereali Vicario suo ad puniendum. Sed sanctus Getulius sana prædicatione convertit eum ad fidem Christi. Sicut & fecit Amantium Tribunum fratrem ipsius. Sanctus verò Sixtus Papa baptizavit Cerealem, & confirmavit in fide. Postea verò cum audisset hoc factum, Imperator prædictus tradidit sanctum Getulium Licinio præfecto suo, ut eum cum sociis suis, si nollet sacrificare Idolis, mitteret in caminum ignis ardentem, quod cum factum esset, nullo modo ab igne læsi sunt.

* *Aresii.* † *Crispuli.* ‡ *Censurii.*

IV. Idus. In Africa * Aresi, Rogati, & aliorum XII. In Hispaniis † Chrispoli, Restituti. In Nicomedia natale S. Zachariæ. In Antisiodoro depositio ‡ Censuri Episcopi.

III. Idus. Romæ (a) Anacleti Papæ, qui primus B. Petri memoriam construxit, & composuit, cum Presbyter esset factus à B. Petro, & sepultus est juxta corpus B. Petri Apostoli, & Barnabæ Apostoli.

* *Gorgonio.*

II. Id. Romæ via Aurelia miliario V. passio Martyris Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii, quorum Naborem & Nazarium simul cum * Gorgone Martyre transtulit a Roma in Galliam, Hruocgangus Metensis Episcopus, permittente Paulo Papa Romano, anno Dominicæ incarnationis DCCLXV. & collocavit prædictus Episcopus

* *Gorgonium.*

S. * Gorgonem in monasterio, quod dicitur Gorzia, S. vero Naborem in monasterio quod dicitur Novacella. Sanctum quoque Nazarium in monasterio quod dicitur Lauresham, ubi signa & miracula in sanitate infirmorum & debilium sæpius fiunt.

Idib. In Africa Luciani & Fortunati. Eadem die nativitas S. Feliculæ Virginis, & à Flacco Comite, qui voluit B. Petronellam uxorem ducere, post obitum S. Petronellæ, voluit eam accipere uxorem, sed ipsa hoc renuente tradidit eam Vicario suo in custodiam tenebrosam, ubi sine cibo & potu per septem dies mansit: postea vero levavit eam in eculeum, & ibi torquere jussit, donec emitteret spiritum, & sic præcipitavit eam in cloacam, quam S. Nicomedes Presbyter tulit, & sepelivit eam septimo milliario ab urbe Roma. Quod audiens prædictus Comes jussit comprehendere ipsum Nicomedem Presbyterum, & duci ad sacrificandum, quod cum facere nollet, jussit eum plumbatis cædi, donec emitteret spiritum. Corpus vero ejus in Tyberim præcipitatum est, Clericus vero ejusdem presbyteri, nomine & opere Justus, collegit corpus ejus, & sepelivit eum juxta muros, via Nomentana.

XVIII. Cal. Julii. Heliſei Prophetæ: & Suessionis civitate passio Sanctorum Valerii, & Ruffini Martyrum.

* *f. redundat.*

XVII. Cal. Nativitas S. Viti Martyris, qui sub Diocletiano, & * Antonino Imperatoribus multas virtutes operatus est. Fuit enim pater ejus Hylas nomine, sacrilegus & impius, qui jussu principum voluit eum avertere à cultura veræ divinitatis, sed puer sanctus permansit in confessione veræ fidei, erat enim annorum XII. Nam multa tormenta pro Christo passus est cum Modesto pædagogo suo, & Crescentia papatissa sua. Nam misit eos persecutor in carcerem, & in clibanum ardentem cum plumbo,

(a) Distinguitur hic *Cletus* ab *Anacleto*; sic etiam *Baronius*; tamen si veteribus credas, unus idemque fuit Pontifex. *Irenæus*, qui certius neotericis vetera illa noverat, *Anacletum* recenset, *Cletum* omittens. Quinimo *Cajus* ipse Romanus Presbyter tredecim Successores a *Petro* ad *Victorem* recensens, vel *Cletum* vel *Anacletum* debuit omittere. De *Anacleto* nulla mentio in Canone Missæ. Sive distinguatur a *Cleto*, sive unum eundemque facias cum illo, neuter attigit persecutionem *Domitiani*. B.

Digitized by Google

bo, reſina, & pice, ſed non nocuit eos ignis, nec Leones in ullo eos nocere potuerunt. Noviſſimè vero juxta fluvium qui dicitur Siler quieſcentes ſub arbore animas ſuas Domino reddiderunt. SÆC. IX. ANNO 855.

XVI. Calend. Ferreoli Presbyteri & Ferrutionis Diaconi in civitate * Viſoncenſi, qui ſub Claudio judice ad trocleas extenti & flagellati, deinde in carcerem ſecluſi, & mane amputatis linguis prædicabant verbum Dei: poſthæc ſubulæ XXX. utrique infixæ in manibus & pedibus & pectore: ad ultimum gladio feriuntur. Et in civitate Moguntiaco paſſio SS. Aurei Epiſcopi, & Juſtinæ ſororis ejus, qui ab Hunnis vaſtantibus prædictam civitatem in Eccleſia occiſi ſunt. * *Veſontionenſis.*

XV. Calend. In Aurelianis civitate S. Aviti Presbyteri, cujus vita miraculis coruſcabat. Nam ideo ſcriptum eſt, quod in nativitate ejus lumen de cœlo emiſſum eſſet, ut ſanctum eum demonſtraret. Hic Monachus factus ſolitudinem expetivit, ibi miraculis factis populis verus Dei famulus innotuit, poſtea verò monaſterium ibi conſtruxit: iſte quoque quendam Monachum defunctum in Eccleſia, cæteris fratribus ſomno gravatis, oratione fuſa ad Dominum a morte ſuſcitavit. Interea quidam ex Turienſi Caſtro, pro ejus plebiculæ ſalute, eorumque legatione fungens ad S. Avitum devotus acceſſit, obſecrans eum, ut corpus ſuum ob tutelam loci ipſius caſtri, illic concederet tumulandum: cui dignam fabricam modis omnibus nomini ſuo promiſit conſtruendam. At ille indignum eſſe fatetur hominem peccatorem, ac multis criminibus involutum ſub templorum tegmine recondendum, quin potius campis patentibus ad futuram examinationem oſſa humiliata tellure ſub foſſa deceat reponenda: Dixitque illi: *tamen ut cordis veſtri, quod optat voluntas obtineat, templum in Dei nomine, ſi perſiſtitis, non diſſimulabo fabricandum. Nam corpus meum juxta Aurelianenſem urbem a Domino decretum eſt collocandum.* Hic autem ſanctus Dei dum temporalem vitam finivit, licet populi inter ſe confligerent de corporis ejus ſepultura, Aurelianenſes tamen victores id ſecum rapuerunt, ſuper cujus tumulum Hiltiberus Rex Francorum Eccleſiam ædificavit, & ſepulchrum ipſius pretioſis metallis adornavit.

XIV. Calend. Romæ Marci, & Marcelliani martyrum, qui temporibus Diocletiani, & Maximiani per Sebaſtianum militem Chriſti à blandimento vano mulierum revocati, ac ſano dogmate confortati pro nomine Chriſti paſſi ſunt. Eodem die in Antiochia celebratur paſſio Marinæ Virginis, quæ per Olibrium Præfectum multa tormenta paſſa eſt, pro nomine Chriſti, vincula, carceres, flagella, eculeum, quam & Diabolus in draconis ſpecie ſimiliter & in Æthiopis tentavit, & ſubvertere voluit, ſed per ſignum S. crucis effugatus & ſuperatus eſt. Noviſſime vero per prædictum Præfectum decollata, cum ſacro martyrio vitam finivit.

XIII. Calend. SS. Gervaſii & Protaſii in Mediolano, quorum ſepulchra Ambroſius Domino revelante reperit, ac ita incorrupta eorum corpora, ac ſi eodem die fuiſſent interempti: Quæ cum in urbem introducerentur, quidam diu cæcus feretri tactu lumen recepit; paſſi ſunt autem S. Martyres, Gervaſius, & Protaſius ſub Aſtachio Comite, qui Gervaſium juſſit tamdiu plumbatis tundi, quouſque ſpiritum exhalaret, & Protaſium capite cædi, quorum pater Vitalis fuit, & mater Valeria. Paulinus conſularis vir juſſit S. Vitalem in equuleo ſuſpendi & in puteum projici, & ſic Deus Vitalem Martyrem conſecravit. Valeria autem tenta eſt a Paganis, & tamdiu ab illis cæſa eſt, ita, ut in triduo migraret ad Chriſtum. Romæ nativitas Urſicini Martyris. * *Aſtaſio.*

XII. Calend. Tranſlatio S. Zenonis Martyris.

XI. Calend. In Mogontia natalis Albani Martyris, qui ſub Theodoſio Imperatore de Inſula Namſia pergens cum S. Theoneſto, & Urſo Mediolanum venit, indeque exiens auxiliante Domino pervenit ad Gallias, & in ſervitio Dei manens ad martyrium pro nomine Salvatoris promptus. Poſtquam autem in Auguſta civitate B. Urſus martyrium accepit: Theoneſtus cum Albano Moguntiacum pervenit, dumque ibi prædicaret verbum Dei Albanus diſcipulus ejus martyrium explevit, & ſepultus eſt ibi juxta civitatem.

X. Calend. Jacobi Alphæi Apoſtoli, & in Britannia S. Albani martyris, qui tempore Diocletiani in Verolamio civitate poſt verbera, & tormenta acerba capite plexus eſt: ſed illo in terram cadente, oculi ejus, qui eum percuſſit, pariter ceciderunt: paſſus eſt cum illo etiam unus de militibus, eò quod eum ferire noluerit juſſus, divino utique perterritus miraculo, quia viderat B. Martyrem ſibi, dum ad coronam martyrii properaret alveum amnis interpoſiti orando transmeabilem reddidiſſe. In civitate vero Nola natalis Paulini Epiſcopi, & Confeſſoris de quo Gregorius in libro Dialogorum narrat.

IX. Calend. Sanctæ * Edildrydæ virginis & reginæ in Britannia, cujus corpus, cum XVI. annis eſſet ſepultum, incorruptum eſt inventum. Vigilia S. Joannis Baptiſtæ. * *Edildrudis.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

VIII. Cal. Nativitas præcurſoris Domini, & in Epheſo Dormitatio S. Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ. Romæ Fuſci, Luceæ cum aliis 22. In civitate Auguſtoduno depoſitio ſancti Simplicii.

VII. Calend. Theſſalonicæ, Bigati, Cantani. Romæ Luciæ virginis, & Acejæ regis.

VI. Calend. Joannis, & Pauli Romæ, quorum primus Præpoſitus, ſecundus fuit Primicerius, Conſtantinæ virginis filiæ Conſtantini, qui poſtea ſub Juliano martyrium capitis abſciſſione meruerunt, per Terentianum Campiductorem, qui deinde Chriſtianus factus eſt.

V. Calend. Inventio corporum S. Fuſciani & Victorici, atque Gentiani Martyrum, quæ revelata ſunt Lupicino Ambianenſium Presbytero, qui cum S. Honoratio ejusdem civitatis Epiſcopo, ipſas reliquias collegit, & in loco apto poſuit, quas licet * Hilder. Rex Francorum ad ſe transferre vellet, tamen quia non potuit, propterea in eodem loco ædificata Baſilica, ipſa honorifice ſepelivit. Eodem die in † Epheſio civitate feſtivitas celebratur VII. fratrum dormientium, hoc eſt, Maximiani, & Malchi, ‡ Martiani, Dionyſii, Joannis, Serapionis, Conſtantini, qui Decianam perſecutionem fugientes poſt multa tormenta fugerunt in ſpeluncam grandem in monte Celeo, & ibi in oratione aſſidua manſerunt, quod audiens Decius Imperator, juſſit obſtrui os ſpeluncæ, ut ibi inferirent. Mortuus eſt Decius Imperator & omnis generatio illa, & regnaverunt alii Imperatores. Poſt trecentos ergo ſeptuaginta & duos annos, hoc eſt, triceſimo octavo anno Imperii Theodoſii filii Arcadii Imperatoris, quando pullulavit Hæreſis, volens evacuare ſpem fidei, & reſurrectionis mortuorum, ipſi ſeptem fratres, qui in prædicta ſpelunca uſque ad illud tempus quieſcebant, ſuſcitati ſunt de ſomno longiſſimo, & cum in præſentiam hominum illius ævi adducti ſunt, apprehenſi à quibusdam eò quod pecuniam antiquiſſimam in mercatum adduxerunt ad comparandum victum ſibi, quaſi poſſeſſores multorum theſaurorum, cogebantur reddere, quod ſuſpicabantur tenere. Sed veritate agnita, adveniente Marino Epiſcopo Epheſiorum, liberati ſunt de manibus violentorum, & Theodoſio Imperatori præſentati, ob teſtimonium reſurrectionis futuræ, iterum redibant in locum priſtinum, ubi requieſcent uſque ad diem univerſalis Judicii.

* Hilderitus. † Epheſo. * Martiniani.

IV. Calend. Leonis Papæ, qui poſt Petrum Apoſtolum quadrageſimus ſeptimus in urbe Romana ſedit annos XXI. menſem I. dies XIII. Hic tempore Pontificatus ſui multa dogmata utilia fecit, & errores noxios ab Eccleſia Dei expulit.

III. Cal. Romæ paſſio Sanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli, qui ſub Nerone Imperatore Simonem Magum vincentes, uno eodemque die pro nomine Chriſti paſſi ſunt. Hoc eſt juſſu prædicti Imperatoris nequiſſimi, Petrus cruci affixus eſt, & Paulus capite plexus.

II. Calend. In Agrippina Aſclepii, Pamphili, & * Lemodicas depoſitio S. Martialis Epiſcopi & Confeſſoris.

* Lemovicis.

JULIUS.

CAlendis Julii in monte Hor depoſitio Aaron Sacerdotis. Eodem die Romæ Octava Luceiæ virginis, Sanctimonialis, cum Auceia Rege ſponſo ſuo, & natale Areleſi Confeſſoris, qui ab infantia Deo deditus Monaſticam vitam expetivit, & a ſancto Maximino Aurelianenſi Epiſcopo ſimul cum Avito ſocio Presbyter ordinatus vitam ſolitariam deſiderans, Monaſteria in diverſis locis ædificans, multis virtutibus ante obitum & poſt obitum ſuum claruit, & ſanctitas ejus plurimis profuit.

IV. Nonas. Romæ Proceſſi & Martiniani, qui temporibus Neronis Imperatoris paſſi ſunt. Nam dum in cuſtodia B. Petrus & Paulus Apoſtoli a Paulino præfecto ſervabantur, hi duo viri videntes mirabilia, quæ Apoſtoli Chriſti fecerunt, converſi ſunt ad fidem Chriſti, & a beato Petro Apoſtolo ſunt baptizati. Hos quoque dum prædictus Paulinus à fide vera avertere voluiſſet, & non poſſet, licet multa tormenta eis feciſſet, ad extremum gladio capita juſſit amputari. Et in Turonis depoſitio ſanctæ Monegundæ Virginis.

V. Nonas. Translatio Thomæ Apoſtoli in Edeſſam. Paſſus vero in India eſt.

IV. Nonas. in Gallia Turonis civitate ordinatio Epiſcopatus, & translatio corporis ſancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris, & dedicatio Baſilicæ ipſius.

III. Nonas. in Sicilica natalis Agathonis, & * Triphenæ, & in Tomis Marini, Theodoti, & † Sodephæ.

* Triphina, † Sedophæ.

II.

Digitized by Google

II. Nonas. Isaiæ Prophetæ, & octava Apostolorum. Eodem die depositio est Beati Goaris Confessoris, qui in provincia Aquitaniæ ortus temporibus Hildeberti Regis Francorum, statim ab infantia verus Dei cultor fuit. Hic postmodum ibi Presbyter consecratus, patriam, parentesque deseruit, & in ultimos Galliæ fines peregrinus sæculo, & cœlestis patriæ civis excessit. Veniens ergo in provinciam, quæ ripis Rheni fluminis contigua Trigoria nuncupatur, atque ad Diœcesin pertinet Treverorum infra terminos Wasaliacenses, in ea Deo libere servire delegit. Hic enim hospitalis multum fuit, & largus pauperibus, & Deo in sacris Missis, & Psalmodiis instanter quotidie serviebat. Fecit enim mirabilia multa in vita sua, hoc est, cervam imperio suo stare fecit, ut cuidam lasso ab eo lactis potum acciperet. Dehinc ad Rusticum Episcopum Trevirensem advocatus venit, ibique super Solis radium per fenestram micantem ignorans quod Solis radius esset cappam suam projecit: quod cum multi Magicæ arti deputassent, coram Episcopo positus juxta jussionem ejus parvum puerum, hoc est trium dierum ætate, loqui fecit, & patrem simul cum matre quis esset, patefecit. Sicque memoratus Episcopus in scelere suo denudatus pœnitentiam accepit, & prædictus vir sanctus ad locum suum rediens in pace vitam finivit. SÆC. IX. ANNO 855.

Nonis Julii. in Alexandria natale Parmeni, *Eraclii, Heliæ, Apollonii, Anovi, & aliorum X. & VIII. *Heraclii,

VIII. Iduum. Natale Procopii in Palæstina, qui ab Scythopoli ductus Cæsaream ad primam responsionis suæ confidentiam irato Judice Flaviano capite cæsus est. In pago Austriæ, & castro nomine Wirziburg juxta Moin fluvium sanctorum natale Chiliani Martyris, & duorum sociorum ejus, qui ab Hibernia Scottorum insula venientes, nomen Christi in prædictis locis prædicaverunt; ibique ob veritatis confessionem à quodam judice iniquo nomine Gozberto trucidati sunt, & postea multis signis veri Christi Martyres esse claruerunt.

VII. Idus. in civitate Tyro, Natale sanctorum Anatoliæ, & Audacis sub Decio Imperatore, quorum Anatolia cum multos in Piceno infirmos, Lunaticos, ac Dæmoniacos curasset, ducta est jubente *Festiano ad civitatem Tyri, & diversis plagarum generibus vexata, deinde cum serpente tota nocte inclusa, nihil læsa est. Quin & ipsum Marsum, qui serpentem dimiserat, nomine Audacem, mane à suo serpente devorandum eripuit, & ad Christum martyriumque convertit. Nam ipse posthæc ob confessionem veritatis in custodiam datus, nec mora, capitali sententia coronatus est. Ipsa quoque virgo Christi gladio transverberata, cum staret extensis manibus in oratione, ita ut per dextrum latus gladius missus per sinistram exiret, quæ passa est VII. Idus Julii, sepulta autem mane a civibus Tyrensibus. Audax vero quia de Oriente erat, ab uxore sua, & filiis illo translatus est. Eodem die VII. Iduum Juliarum, depositio sancti patris nostri Ephrem viri doctissimi, & religiosissimi. Eodem die in Ægypto natale est Cyrilli Episcopi, qui cum a Lucio Duce sacrificare Idolis cogeretur, & nollet hoc consentire, jussit eum Dux succenso igne in medio poni, & cum arsissent omnia ligna, & esset cinis, spectantibus religiosis viris, ut ossa ejus colligerent, invenitur super pavimentum sedens extensis manibus ad cœlum: At vero videntes signum, quod Dominus in eum ostenderat, mirabantur, stupentes, quod sic intactus esset ab igne, & ob hoc multi crediderunt in Christum, postea vero prædictus Dux jussit eum gladio percuti, & ille gaudens percussus reddidit spiritum. *Faustiniano.

VI. Idus. Romæ, VII. fratrum filiorum Sanctæ Felicitatis, id est, Felicis, Philippi, Vitalis, Martialis, Alexandri, *Silani, & Januarii, sub præfecto urbis Publio, tempore Antonini principis: è quibus Januarius, post verbera virgarum & carceris macerationem plumbatis occisus est. Felix, ac Philippus fustibus mactati. *Silanus præcipitio interemptus. Alexander, Vitalis, & Martialis capitali sententia puniti. Eodem die natale est Rufinæ, & Secundæ duarum sororum, quæ sub persecutione Valeriani, & Gallieni Augustorum per sceleratissimum Præfectum Archisilaum, eò quod fidem Christi negare, & virginitatem perdere noluerunt, post varia tormenta, quæ eis inflixit, ab ipso decollati sunt. *Silvani, *Silvanus.

V. Idus. in Africa Mariani, & depositio Benedicti Abbatis, & Januarii. In Armenia civitate Nicopoli, item Januarii, & Pelagiæ, qui tormentis subditi, non solum ungulis, sed & testa, corpora eorum usque in diem quartum Idus eandem passionem habuerunt.

IV. Idus. in Aquileia natale sanctorum Fortunati & Armigeri. Lugduno Galliæ depositio Viventioli Episcopi.

III. Idus. in Antiochia passio Margarethæ virginis, quam Olibrius Consul stuprare volens, & a fide Christi avertere, multis tormentis eam afflixit, hoc est in equuleo suspensam ungulis acerbissimis jussit carnes ejus lacerare, postea in carcerem tenebrosum eam misit, ubi Diaboli seductiones, qui in specie draconis, & Æthiopis illi apparuit,

Digitized by Google

SÆC. IX. paruit, ſuperavit, & nihil ei illius fraus nocere potuit: noviſſimè verò gladio perſecutoris decollata eſt, & ad vitam migravit æternam.

ANNO 855. II. Idus. Sancti *Focatis Epiſcopi Ponti, qui ſub Trajano Imperatore, Præfecto Africano, carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro Chriſto ſuperavit; cujus reliquiæ in Baſilica Apoſtolorum, in Galliæ civitate Vienna habentur. Lugduno Galliæ natale Juſti Epiſcopi & Confeſſoris.

*Phoca.

Idibus. Sancti Cyrici, & matris ejus in portu Romano, Eutropii, Zoſimæ, & Bonoſæ ſororum, & infantum X. & in Sirmio Agrippini, Secundi, Maximini, Martialis, & Jacobi Epiſcopi.

XVII. Calend. Auguſti. in Oſtia natale Hilarini, qui ſub perſecutione Juliani cum nollet ſacrificare, fuſtibus cæſus, Martyrium ſumpſit.

*Nartali, Cythini, Beturii. XVI. Calend. in Carthagine Scillitanorum, id eſt, Sperati, *Martialis, Cithii, Veſturii, Felicis, † Aquilini, Lactantii, Januarii, Generoſi, Veſtæ, Donatæ & Secundæ ſub ‡ Saturnio Præfecto, qui poſt primam Chriſti Confeſſionem in carcerem miſſi, & in ligno confixi, & manè gladio decollati ſunt.

†Aquili, Letarii, Januaria, Generoſa, Beſſia, ‡Saturnino XV. Calend. Depoſitio in Mettis civitate Sancti Arnulphi Confeſſoris celebratur, qui ab infantia ad Dei ſervitium aptus fuit. Nam primum apud aulicos Regis, hoc eſt, Gundolfum ſubregulum ac rectorem Palatii nutritus fuit, ſed jugis illius meditatio circa Monaſteria vel loca ſancta vigilabat, largus erat in Eleemoſynis, & cura illi maxima erga pauperes fuit. Poſtea verò Epiſcopus Mettenſium eſt ordinatus; in quo gradu poſitus multa miracula fecit in ſanitate infirmorum; cum autem illi inſpiratio divina ſolitariam vitam in mentem dedit, ubi contemplationi divinæ jugiter vacaret, perrexit in ſecretum locum, & ſedulò in Dei ſervitio laborabat, donec vocatio cœleſtis ad æternam requiem illum perduxit.

XIV. Calend. Sancti patris noſtri Arſenii, de quo in verbis ſeniorum refertur, quia propter redundantiam lachrymarum tergendam ſudarium ſemper in manu ſua vel ſinu habuerit.

*Victoris. †Sabini. XIII. Calend. in Africa natale Luciani, Petri, Amabilis, & Nunninæ, & Thebaidæ *Victuris, & in Damaſco † Savini.

XII. Calend. S. Danielis Prophetæ. Romæ Praxedis Virginis, quæ fuit ſoror Potentianæ, & temporibus Antonini Imperatoris multos Chriſtianos de ſua ſubſtantia fovebat. Cum autem divulgatum eſſet Antonino Imperatori, quod conventus fieret in titulo Praxedis, miſit & tenuit Symmetrium Presbyterum, cum aliis XXII. quos ſine interrogatione gladio puniri præcepit in eodem titulo, quorum corpora beata Praxedis collegit & ſepelivit in cœmiterio Priſcillæ ſub die VII. Calend. Julii. Tunc afflictione conſtricta beata Praxedis ingemuit, & oravit ad Dominum, ut tranſiret ex hoc mundo, cujus orationes & lachrymæ ad Dominum Jeſum Chriſtum pervenerunt. Poſt Martyrium Sanctorum ſupra dictorum & coronam, migravit ad Dominum virgo ſacrata ſub die XII. Calend. Auguſti. Et apud Tiburtinam urbem Italiæ natale Symphoroſæ cum filiis VII. Creſcente, Juliano, Nemeſio, Primitivo, Juſtino, Stacteo, Eugenio; cum quibus ſimul paſſa eſt ab Adriano Principe, qui ipſam Symphoroſam juſſit palmis cædi, deinde ſuſpendi crinibus, ſed cum ſuperari nullatenus poſſet, juſſit eam alligato ſaxo in fluvio præcipitari, cujus frater Eugenius curiæ principalis Tiburtinæ, colligens corpus ejus ſepelivit, & manè Imperator juſſit VII. figi ſtipites, ibique filios ejus ad Trocleas extendi, & Creſcentem in gutture transfigi, Lucianum in pectore, Nemeſium in corde, Primitivum per umbilicum, Juſtinum per membra diſtenſum ſcindi per ſingulos corporis nodos, atque juncturas, Stacteum lanceis innumerabilibus donec moreretur, in terram configi, Eugenium findi a pectore uſque ad inferiores partes: altera autem die veniens Adrianus Imperator ad fanum Herculis, juſſit corpora eorum ſimul auferri, & projici in foveam altam. Poſt ſeptem vero dies in die octavo Martyrii eorum, filiam Adriani Imperatoris arripuit Diabolus, & veniens ad locum ubi obruti erant ſancti, clamabat per os ejus Diabolus dicens: *Domini mei ſeptem Germani Martyres Chriſti incenditis me miſeram.* Ipſe autem Adrianus ſimiliter arreptus a Dæmonio miſerabiliter vitam corporalem finivit. Eodem die in civitate Verona tranſlatio S. Zenonis Martyris, cujus B. Gregorius in libris Dialogorum meminit. Eodem die paſſio eſt Victoris, Maſſilienſis Epiſcopi, qui ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus propter fidem Chriſti per Arterium Præſidem trucidatus eſt ſimul cum militibus, Eleutherio, Feliciano, & Alexandro. Nam cum memoratus Epiſcopus prædictis militibus ad cuſtodiendum in carcerem traditus eſſet, ibi Angelica viſione viſitatus eſt. Unde ipſi cuſtodes videntes ibi lumen ſplendidum cadentes ad B. Victoris genua, remedium ab eo implorant, quos cum S. Epiſcopus baptizaſſet, & ipſi in confeſſione nominis Chriſti uſque in finem perſeveraſſent, Martyrio coronati ſunt. Similiter & Epiſcopus juſſu Imperatoris decollatus eſt. Unde & poſt Martyrium ſanctorum expletum, Maximianus Imperator Dæmonum infeſtatione valdè

Digitized by Google

dè torquebatur, qui inter pœnas ad Arterium præsidem clamare cœpit, ac dicere: *Heu incidor miser a sanctis viris ac torqueor : qui ut video jam & nos excludimus à luce, quam tulimus, torquet & pœna quam dedimus, majus est, quod recepimus, quam quod intulisse probamur*; qui usque ad quartum diem tortus, die 5. a semetipso laqueatus, & jam omni putredinis squalore decoctus vermibus bulliens in tyrocinio vitæ suæ malum digna morte finivit. SÆC. XI. ANNO 855.

XI. Calend. Nativitas Mariæ Magdalenæ. In Antiochia natale sanctorum Cyrilli Episcopi, Andreæ, & * in Anquira Galaciæ natalis Sancti Platonis, cujus gesta habentur. * Ancyræ.

X. Calend. Depositio S. Apollinaris Episcopi in Ravenna, qui Romæ ordinatus ab Apostolo Petro, & illuc missus est, qui etiam in Æmilia prædicavit & in partibus Corinthiorum, & in Mysia & in ripa Danubii, & in partibus Thraciæ, in quibus locis exilio relegatus est, & ubicunque pervenit, innumeras virtutes fecit, & passiones sustinuit: nam nimia cum cæde mactatus est, & rursum diutius fustibus cæsus, ac nudis pedibus super prunas impositus, rursus cæsus, & eculeo adpensus tortus est, & saxo os ejus contusum est, & cum gravissimo ferri pondere inclusus in carcere horrifico, atque in ligno extensus est, ubi ab hominibus quidem neglectus, sed ab Angelo publicè pastus est. Deinde catenatus in exilium directus est, in quo rursum diutius fustibus cæsus, & rursus in Ravenna ligatus, a paganis cæsus & vulneratus est, & rursum in carcerem missus, & cæsus. Sic Martyrium consummavit sub Vespasiano Cæsare, Demosthene Patricio, rexit Ecclesiam annis XX. VIII. dies IV.

XI. Calend. in Tyro civitate natale S. Christinæ Virginis, quæ in Filium Dei credens, & cultui ejus deserviens, non potuit ab Urbano Patre suo ullo modo inde divelli, sed Idola ejus conterens dispersit, & dedit ea pauperibus, ob quod factum pater ejus multis tormentis eam afficiebat, hoc est, plumbatis eam cædebat, similiter & virgis nudam flagellabat, & 12. homines fustibus cædebant, & carnes ejus ab ossibus solvebant. Postea eam ignibus uri præcepit, sed non prævaluit. Deinde saxo ad collum ejus ligato in mare præcepit eam mergere, sed Domini auxilio inde liberata est. Cum autem propter scelera sua pater ejus extinctus est, ab aliis judicibus, hoc est Dione, & Juliano, multa tormenta passa est, sed Dei judicio extinctis hostibus per martyrium migravit ad Christum. Eodem die natale est S. Victorini, qui cum fratre Severino audiens vocem Dei in Evangelio dicentis ad divitem: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* & reliqua. Reliquerunt ambo fratres mundi divitias, & omnia sua dispensantes pauperibus, eremiticam vitam elegerunt, ibique nobiliter vixerunt, licet Victorinus ad tempus delusus fuisset a Diabolo, sed tamen Domini gratia de inimico victor existens nobiliter triumphavit, sicut in vita illorum pleniter narratur. Matth. 19.

VIII. Calend. Nativitas S. Jacobi Zebedæi Apost. Eodem die Romæ natale * Eutyciani Papæ & Martyris. Hic constituit fruges super altare tantum fabas & uvas benedici. Hic temporibus suis per diversa loca 341. Martyres manu sua sepelivit. Qui hoc constituit, ut quicunque fidelium Martyrem sepeliret, sine Dalmatica, & colobio purpurato nulla ratione sepeliret: quod tunc usque ad notitiam sibi devulgaretur. Eodem die passio est S. Christophori Martyris, qui in Samo civitate a Dagno Rege martyrizatus est. Nam per varia tormenta Rex illum cruciare jussit. Sed vir S. impetravit a Domino ut multi crederent per ipsum in Christo, nec non & ipsum Regem, qui sagittæ ictu oculum perdidit, sanguinis sui gutta post passionem suam sanavit, sicut ei ipse antè prædixit, & ad fidem Christi convertit. * Eutychiani.

VII. Calend. in Laodicia Phrygiæ natale Sanctorum Joviani & Juliani.

VI. Calend. In Syria Simeonis Monachi. In Campaniæ civitate Nola natale Felicis, & in alio loco Juliæ, & Jocundæ. In civitate Antisiodoro natale S. * Etheri Episcopi. * Etherii.

V. Calend. Romæ Victoris Papæ & Martyris, qui constituit in Ecclesia, ut faciente necessitate ubi inventum esset, sive in flumine, sive in fonte, sive in mari, tantum Christianæ credulitatis confessione declarata, quicunque hominum veniens ex gentili baptizaretur: & sepultus est juxta corpus Beati Petri Apostoli in Vaticano. Eodem die Romæ depositio Sancti Innocentii Papæ. Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Judæis, & de Paganis, & multos Cataphrygas invenit, quos exilio monasterio relegavit; & hic invenit Pelagium, & Cælestinum Hæreticos, & damnavit eos, & hoc constituit, ut qui nati fuerint de Christiano, * denuò nasci per baptismum, hoc est baptizari, quod Pelagius damnavit. * f. debeant

IV. Calend. Depositio Sancti Lupi Episcopi de Trecas, qui cum Germano venit Britanniam, & 52. annos ibi Sacerdotio functus est: qui tempore Regis Attilæ, qui Galliam vastabat, sicut in hymno ejus cantatur, dum bella cuncta perderent: orando Trecas munivit. Romæ eodem die passio Felicis Papæ & Martyris. Hic Felix declaravit

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

claravit Conſtantium filium Conſtantini eſſe hæreticum, cum ſecundo rebaptiſaretur ab Euſebio, Nicomedienſi Epiſcopo, & juxta præcepta ejuſdem Conſtantii Auguſti Martyrio coronatur, & capite detruncatur. Aurelianis civitate depoſitio beati Proſperi Epiſcopi, doctiſſimi viri, & ſanctiſſimi. Eodem die paſſio celebratur * Simplicis & Fauſtini germanorum, qui ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus in urbe Romana propter fidem Chriſti decollati ſunt. Similiter & germana eorum Beatrix nomine, eò quod corpora eorum cum Criſpo, & Joanne Presbyteris ſepelivit, à Lucretio præfecto præfocata reddidit Spiritum, & uſque in finem vitæ in Chriſti confeſſione perſeveravit. Lucretius verò ab immundo Spiritu arreptus in convivio ſuo expiravit.

* *Simplicii.*

† *Abdon & Sennen.*

III. Calend. Romæ † Abdo & Sennis Subregulorum, qui cum Curnula civitate Perſarum vincula paterentur à Decio, ad ultimum duxit eos Romam catenis obligatos, & diverſis pœnis maceratos, ubi primò plumbatis cæſi, & inde gladio interfecti ſunt. Antiſiodoro depoſitio Urſi Epiſcopi.

II. Calend. in Africa civitate Sinnada natale ſanctorum Democriti, Secundi, Dionyſii, Thyrſi: Antiſiodoro depoſitio ſancti Germani Epiſcopi & Confeſſoris, qui multis virtutibus, doctrina & continentia clarus, etiam ‡ Bretonum fidem per duas vices a Pelagiana hæreſi defendit. Et in Vercellis Euſebii Epiſcopi, qui moventibus perſecutionem Arrianis ſub Conſtantio Principe martyrium paſſus eſt.

‡ *Britonum*

AVGVSTVS.

Auguſtus.

CAlend. Auguſti. Sanctorum Machabæorum VII. fratrum cum matre ſua, qui paſſi ſunt ſub Antiocho Rege: Romæ dedicatio primæ Eccleſiæ a beato Petro conſtructæ, & conſecratæ.

IV. Nonas. Romæ Stephani Papæ qui martyrio coronatus eſt, in perſecutione Valeriani Principis. Eodem die natale S. Theodoræ cum tribus filiis ſuis, in provincia Bythiniæ, urbe Niceæ, tempore Diocletiani ſub comite Leucadio, qui hanc ferro vinctam cum filiis Conſulari Bithyniæ Nicetio deſtinavit. At ille primò ejus filium primogenitum Evodium Chriſtum fiducialiter confitentem fecit fuſtibus cædi. Deinde illam cum omnibus filiis igne conſumi. Scriptum in paſſione ſanctæ Anaſtaſiæ.

III. Nonas. in Antiochia S. Stephani Protomartyris, ubi haberi dicitur unus de lapidibus quibus in brachio percuſſus eſt, & multas ex eo virtutes ſanitatum fieri. Eodem die in Hieroſolymis inventio corporis ejuſdem B. Stephani Martyris, & ſanctorum Gamalielis & Nicodemi.

II. Nonas. Sancti Juſtini Confeſſoris Chriſti: de quo narratur in paſſione Xiſti atque Laurentii: quod multos ad fidem Chriſti converteret, nec non & ſanctorum Martyrum ſepeliret.

Nonis. in civitate Auguſta paſſio ſanctæ Afræ Martyris, cujus converſio & vita, nec non & paſſio conſcripta habetur. Et alibi natale ſanctorum Floriani, & Philiſtinæ. In civitate Catalaunice depoſitio * Memmei Epiſcopi & Confeſſoris, de quo legitur, quod a B. Petro Apoſtolo in Romana urbe Epiſcopus ordinatus miſſus fuiſſet in Galliam ſimul cum S. Dionyſio, & S. Sexto, atque S. Euchario ad prædicandum verbum Dei, qui etiam virtutes multas fecit, & noviſſimè nobiliter vitam præſentem finiens, ad requiem migravit æternam.

* *Memmii.*

VIII. Idus. Romæ S. Sixti Epiſcopi, Feliciſſimi, & * Agapeti Diaconi, qui decollati ſunt ſub Decio. Decollati ſunt cum eo & alii IV. Diaconi. Januarius, Magnus, * Vincentius, & Stephanus, ut in geſtis Pontificalibus legitur.

* *Agapiti.*

* *Innocentius.*

VII. Idus. In Aricio Donati Epiſcopi & Martyris, qui ut Gregorius in lib. Dialog. meminit, fractum a paganis calicem ſanctum ad Miſſas orando reſtauravit. Mediolano nativitas Sancti Fauſtini.

VI. Idus. S. Cyriaci Martyris, qui a B. Marcello Papa Diaconus ordinatus ſimul cum Siſinnio ſocio multa miracula fecit, ſub Maximiano Imperatore, & dæmones ab obſeſſis hominibus expulit: noviſſimè verò per Carpaſium Vicarium juſſu Maximiani decollatus eſt cum aliis numero viginti uno.

V. Idus. Romæ S. Romani militis, qui confeſſione S. Laurentii compunctus petiit ab eo baptizari, & mox jubente Decio cum fuſtibus exhibitus & decollatus eſt. Et in Verona civitate paſſio ſanctorum Martyrum Firmi, & Ruſtici, qui tempore * Maximini Imperatoris, & Anulini Conſiliarii ejus paſſi ſunt.

* *Maximiani.*

IV.

Digitized by Google

IV. Idus. S. Laurentii ſub Decio, qui poſt plurima tormenta carceris, verberum diverſorum, laminarum ardentium, ad ultimum in crate ferrea aſſatus martyrium complevit. Sæc. IX.

ANNO 855.

III. Idus. Romæ natale S. Suſannæ virginis, quæ fuit filia Gabini Presbyteri patris * Gai Papæ. Hæc ergo virgo ſub Diocletiano Imp. paſſa eſt, eò quod noluit maximo filio ſuo in conjugio ſociari, ſed in virginitate permanere. Hortante eam † Gaio Epiſcopo, nec non & Serena Auguſta, ut ſtabilis permaneret in fide Chriſti, & caſtitate perpetua. Propter hoc juſſit eam Diocletianus poſt alia tormenta in domo propria percuti, & ſic martyrium conſummavit. Prædicta vero Serena Auguſta collegit corpus S. Virginis, & ſanguinem quem fuderat in eodem loco cum ſuo velamine terſit, & poſuit in capſam argenteam in palatio ſuo. Ubi diu noctuque furtivis vicibus orare non ceſſabat, corpus autem S. Suſannæ ipſa manibus ſuis ornavit, cum linteaminibus & aromatibus, & poſuit juxta corpora SS. in cœmiterio Alexandri. (a) Eodem die paſſio S. Tiburtii martyris, de quo ſcriptum eſt in paſſione S. Sebaſtiani Martyris, quod converſum ad fidem Chriſti, & baptizatum à Polycarpo Presbytero, S. Sebaſtianus eum a fonte baptiſmatis ſuſcepiſſet, fortiter paganis & infidelibus reſiſteret. Nam juſſu Fabiani Præſidis ſuper prunas ardentes nudis pedibus incedens, in nullo læſus eſt: poſtea vero a prædicto Fabiano, machinante Torquato Apoſtata, gladio transverberatus martyrium explevit; poſthæc autem Torquatus egit ut Caſtulus, cetarius palatii, hoſpes Sanctorum, fuiſſet artatus, & hic tertiò appenſus, tertio auditus, in confeſſione Domini perſeverans, miſſus eſt in foveam, & dimiſſa eſt ſuper eum maſſa arenarii, & ipſe cum palma martyrii migravit ad Chriſtum. Quod cum fortiter pertuliſſent, & laudem Domini cantaſſent, juſſit eos iniquus judex ambos ibi ubi ſtabant lanceis per latera verberari, & ipſi per martyrii gloriam ad ſiderea regna migrarunt. Eodem die depoſitio B. Gaugerici Epiſcopi, qui in Epoſio caſtro ortus fuit. Hic ſtatim in juventute meditationi legis Dei, & pſalmodiæ intentus fuit. Poſt vero a B. Epiſcopo Remenſium civitatis, in ‡ Cameracorenſi civitate Epiſcopus eſt ordinatus; qui multis virtutibus claruit, maximè in abſolutione vinctorum, qui in carceribus cuſtodiebantur. Cum ergo eos a Præſidibus, qui illos in carceres miſerant, abſolvi non poſſet impetrare, ad Dominum prece fuſa abſolvere promeruit, qui etiam cæcos illuminavit & infirmos curavit. Cum autem in Epiſcopatu ſuo XXXIII. annos feliciter explevit, ad Dominum migravit; quod multis indiciis miraculorum juxta ſepulchrum ejus ita factum claruit.

* Caji.

† Cajo.

‡ Cameracenſi.

II. Idus. In Sicilia civitate Catinenſium natale * Eupli Diaconi, qui cum diutiſſimè torqueretur, decollatus eſt à Calviſiano Conſulari, tempore Diocletiani & Maximiani.

* Euplii.

Idib. Romæ S. Hippolyti, qui tempore Decii ligatus pedibus ad colla indomitorum equorum, ſic per carduos ac tribulos tractus emiſit ſpiritum, & Concordiæ nutricis ejus, quæ ante ipſum plumbatis cæſa martyrizavit, & aliorum XIX. de domo ejus, qui ſimul decollati ſunt. Eodem die natale S. Caſſiani Romæ, qui cum adorare Idola noluiſſet, interrogatus a perſecutore quid artis haberet? reſpondit, quia pueros notas doceret; & mox ſpoliatus veſtibus, ac manibus poſt terga revinctis, ſtatuitur in medio, vocatiſque pueris, quibus docendo exoſus factus erat, data eſt facultas eum perimendi, at illi quantum doluerant diſcentes, tantum ſe ulciſci gaudentes, alii eum tabulis ac * buxibus feriebant, alii ſtylis vulnerabant: quorum quanto infirmior erat manus, tanto graviorem Martyrii pœnam dilata morte faciebat. De quo ſcripſit Prudentius Poëta. Item eodem die Pictavis civitate depoſitio S. Radegundis reginæ & in Germania provincia S. † Vigeberechti Presbyteri & Confeſſoris.

* ita eſt in MS.

† Vuigberti.

XIX. Calend. Septemb. natale S. Euſebii Presbyteri & Confeſſoris, qui ſub Conſtantio Imperatore Arriano machinante (b) Liberio præſule ſimiliter Hæretico, confeſſionem ſuam complevit. Nam prædictus Conſtantius ſubrogatu Liberii includit Euſebium Presbyterum in quoddam cubiculum domus ſuæ, quod humile erat in latitudine pedibus quatuor, & ibi multis menſibus in oratione conſtanter perſeverans, incluſus tamen poſt menſes 7. dormitionem accepit, Nona decima Cal. Septembris, cujus corpus collegit Gregorius & Oroſius Presbyteri, & parentes ejus, & ſepelierunt in

(a) Eadem habet *Beda*: attamen hanc hiſtoriam penitus ruere monet *Baluſius* ad Lactantium: 1. enim falſum eſt Serenam fuiſſe Auguſtam, cum unicam uxorem duxerit *Diocletianus* nomine *Priſcam*. 2do. Fallitur *Rabanus*, qui credat *Diocletiano* fuiſſe filium, cui Suſannam conjugio jungere propriamque dicare voluerit; quippe nullos habuit filios Auguſtus, ſed *Valeria* ejus filia *Galerio* nupſit. 3. Illa denique *Valeria* conjugi ſupervixit & miſerabili morte obiit ſub *Licinio*. Videas tamen hac de re Aringhum Romæ Subterraneæ l. 4. c. 79. qui hæc ſubjicit ex Cod. MS. *Poſuit juxta corpora Sanctorum Chriſantha & Dariæ via ſalaria in Arenario juxta S. Alexandrum in civitate Teiguna* III. *Id. Aug.* Suſannæ Eccleſiam a fundamentis reſtituit Leo III. BASN.

(b) Quis ille *Liberius* Præſul? an Pontifex Romanus, qui ſub *Conſtantio* fidem orthodoxam dejeravit? *Euſebii* Acta MS. habuit *Baronius*; rem tamen non aperuit. B.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855. in crypta juxta corpus B. Sixti Martyris, & Episcopi, via Appia in cœmiterio Callisti, ubi & titulum ipsius scribentes posuerunt pro commemoratione ejus: *Eusebio homini Dei.* Eodem tempore auditum est a Constantio Imperatore eò quod Gregorius & Orosius Presbyteri colligerent corpus Eusebii Presbyteri, & in eadem crypta vivum includi præcepit Gregorium. Tunc Orosius Presbyter collegit semivivum B. Gregorium noctu occultè propter Constantium Augustum, & emisso spiritu sepelivit eum juxta corpus S. Eusebii Presbyteri.

XVIII. Cal. Assumptio S. Mariæ, & in Nicomedia natale sanctorum Strationis, Philippi, & Eutychiani, cum sociis eorum.

XVII. Calend. In Alexandria natale S. Orionis, Æmilii, Agnati. In Persida natale sancti Thyrsii cum sociis suis.

XVI. Calend. in Cæsarea Cappadociæ Mammetis, qui temporibus Aureliani Tyranni, quando persecutio maxima fuit Christianorum, cum puer esset decem annorum, relictis omnibus fugit in montem cum pecoribus suis, quæ ibidem pascebat, & lacte eorum vescebatur: ubi visitatio divina super illum venit, eique præsignavit, qualiter pro Christi nomine pati deberet. Ergo cum feræ sylvestres ad eum venissent, ipseque sedens quotidie Evangelium legeret, mansuetissime circa eum versabantur, eorumque lacte servus Dei & se, & alios pauperes in alimoniis juvabat. Cum audisset hoc Alexander Præses, eum inter feras communiter vivere, Magicæ arti hoc deputavit: vocatumque ad se multis tormentis afflixit, hoc est equuleo suspensum torquebat, in caminum ignis ardentis misit, & in nullo eum ignis lædere potuit: postea eum lapidare jussit, in tantum ut collectis lapidibus, & in Christi Martyrem projectis penè coopertum corpus esset, quem persecutor mortuum credens fecessit, sed Dominus Martyrem suum illæsum servans postea divina vocatione ad cœlestia regna eum arcessivit, sicque in pace animam reddens ad æternam requiem migravit.

XV. Calend. Natale S. Agapeti Martyris, qui sub Antiocho Rege cum esset puer annorum XV. pro fide Christi passus est; hic nervis cædebatur, & flagellis atrocissimis fumum ignis adhibuerunt, & caldam bullientem fuderunt super ventrem ejus, sed nihil illi nocuerunt, ad extremum decollatus est, & sic martyrium suum complevit.

* *item.* XIV. Calend. Natale Sancti Magni, * seu S. Andreæ Martyris cum sociis suis duobus millibus quingentis nonaginta septem.

XIII. Calend. Samuelis Prophetæ. In Alexandria natale Dioscori, & alibi depositio Filiberti Abbatis. In Lucania sanctorum Valentiniani, Leontii. In Sinnada civitate natale sanctorum Piricii, Arci, Maximi Confessoris, Pamphili, Coloni Confessoris.

XII. Calend. in Hispaniis nativitas S. Vincentii & Juliani. In Sardinia natale sanctorum * Luxuri, Trajani. In Gavali Vico Minatensi natale sancti Privati Martyris.

* *Luxorii.*

XI. Calend. S. Timothei, qui ab Antiochia veniens Romam sub Miltiade Papa susceptus est in hospitium à Sylvestro, qui postea Episcopus factus est, qui cum annum totum, & aliquot menses ibi prædicans multos ad Christum convertisset, tentus a Tarquinio urbis præfecto, & longa carceris custodia maceratus cum sacrificare Idolis noluisset, tertiò cæsus, ac gravissimis suppliciis attrectatus, ad ultimum decollatus & juxta Beatum Paulum Apostolum sepultus est. Scriptum in historia S. Sylvestri. Eodem die Augustoduno passio S. Symphoriani Martyris.

X. Calend. Passio trium fratrum sub Lysia præside in provincia Lycia, civitate Ægea, hoc est, Claudii, Asterii, Neonis, quos singillatim præses torqueri præcepit, primum Claudium equuleo suspendi, flammas pedibus ex parte laniatis adhiberi, testa acutissima, & candela ardente latera ejus aduri, Asterium vero fratrem ejus similiter jussit in equuleo suspendi, carbones ardentes sub pedibus ejus substerni; tertium fratrem ejus, hoc est, Neonem jussit in cervice torqueri, carbonis super mitti, & nervis dorsum ejus cædere. Mulieres autem, hoc est, * Domninam, & Theonillam projicere in terram, & alapis eas cædi, & capita † tondi, & sic carbonibus succendi: ad extremum vero corpora eorum sacco inclusa in mare jussit demergi.

* *Domninam.* † *tonderi.*

IX. Calend. Natale Bartholomæi Apostoli, qui nomen ex Syra lingua suscepit, & interpretatur *filius suspendentis aquas.* ‡ Lycaoniam prædicavit: ad ultimum in Albano majoris Armeniæ urbe vivens a Barbaris decoriatus, atque per jussum Regis Astyagis decollatus, sicque terræ conditus, IX. Calend. Septembr.

‡ *in Lycaonia.*

VIII. Calend. Passio Genesii Martyris sub Imperatore Diocletiano, qui fuit primum sub gentilitate arte mimus, sed postea Christi confessor factus, multis modis à persecutoribus est cruciatus, hoc est fustibus cæsus, equuleo suspensus, flammis adustus, novissime decollatus.

* *Irenæi.* VII. Cal. Natale * Herenæi, & Abundii Romæ, quos Deciana persecutione jussit Valerianus in cloaca necari: eò quod corpus beatæ Concordiæ in cloacam missum le-

vave-

Digitized by Google

vaverint, & ipsorum quoque corpus levavit Justinus Presbyter, & sepelivit in crypta juxta B. Laurentium. SÆC. IX.

VI. Calend. in Gallia Arelato civitate depositio sancti Cæsarii Episcopi. Augusto-duno depositio sancti Syagrii Episcopi. ANNO 855.

V. Calend. in Africa depositio S. Augustini Episcopi, qui primo de sua civitato propter Barbaros Sardiniam translatus, nuper a Luitbrando Rege Longobardorum * Ticinis relatus, & honorificè conditus est. Eodem die natale sancti Hermetis Martyris. * Ticinum.

IV. Calend. in Venusio civitate Apuliæ, natale Felicis Episcopi civitatis Tubrozensis, & Januarii Presbyteri, & Fortunatiani, & Septimini Lectorum, qui temporibus Diocletiani in sua civitate tenti à Magnelliano Procuratore XVIII. Calend. Julii, inde multis diu vinculis & carceribus macerati, & in Asia, & in Sicilia, tandem in occisione gladii consummati sunt. Natale sanctæ Sabinæ Martyris. Eadem die celebratur decollatio sancti Joannis Baptistæ, qui primo in Samaria conditus, nunc in Alexandria: porro caput de Hierosolymis ad Phœnicis urbem † Emissam delatum est. † Edessam.

III. Cal. Romæ natale sanctorum Martyrum Felicis, & Audacti, Gaudentiæ Virginis cum reliquis tribus, & depositio Agili Abbatis.

II. Calend. Treviris depositio sancti Paulini Episcopi & Confessoris, qui cum pro fide Catholica a Constantio Imperatore filio Constantini exiliatus fuisset, ibidem requievit.

SEPTEMBER.

CAlend. Septembr. Cennomannis civitate Galliæ natale * Victoris Episcopi. Nam dum sanctus Martinus Turonensis Episcopus perrexit ad sepeliendum Leporium Pontificem supradictæ urbis, & venissent ad oppidum, respiciens, vidit hominem operantem in vinea, eratque Clericus, Subdiaconi officium adeptus: revelatumque est sancto Dei, eo quod ipse esset successurus in Episcopalem locum: vocavitque illum sanctus Martinus ad se dicens illi: *Benedic me Domine Victor.* Cui ille: *Benedic tu mihi Domine mi, & benedictus sermo tuus.* Sicque jussu sancti viri secutus est eum, quem convocata plebe, atque coadunata ordinavit Episcopum, ejusque filium Victorinum nomine baptizavit, & secum ad nutriendum ad Dei servitium tulit: quem etiam post obitum patris defuncti eidem civitati ordinavit Episcopum. September * Victorii.

IV. Nonas. Lugduno Galliæ depositio Justi Episcopi & Confessoris, cum post Diaconatum Antistes ordinatus est, tanta puritate, modestia, pietate, patientia per multos rexit annos, tanta circa pauperes cura, tanta divinorum mandatorum observantia, ut etiam magnificos, atque præstantes illos Domini Sacerdotes omni præiret gratia virtutum, sed ita ingenti gloria suæ plebis, populi Domini Ecclesiæ præsideret, usque ad expulsionem ejus frementis Diaboli exarsit invidia. Hunc ergo cum seditio populi persequebatur, post multas tribulationes in peregrinationem perrexit: atque solo secum comitante puero in Ægyptum pervenit, ibique inter Anachoretas strictissimam vitam duxit, & nobiliter conversatus est: quem sanctus Antiochus Presbyter Lugdunensis pio incitatus officio usque ad visitandum suum Episcopum pergere animo intendit, quem etiam ad se venturum sanctus Justus Episcopus prædixit his qui secum erant. Post aliquot vero dies sanctus Dei migrans de hoc sæculo, ossa sua ad sedem suam divino nutu transferri promeruit, ibique honorificè sepeliri.

III. Nonas. in Alexandria Aristippi Episcopi, & in Syria Antonini pueri annorum XX. & Aristonis Episcopi, & in Caudis Vitaliani.

II. Nonas. in urbe Cabilonensi Natale sancti Marcelli Martyris, qui sub Antonino Imperatore per Priscum præsidem passus est. Nam cum nollet Idola adorare, multipliciter torquebatur. Sanctus ergo Martyr in animo cœlesti virtute roboratus, secundum loca Idolorum, ita & supplicia commutabat, equuleis extensa membra catenarum stridore laniat, ignium * globibus urit, & dissolutis ictibus artus exusta corporis elementa jungebant: sed Athleta fortissimus auctoris sui Jesu Christi intra viscera retinens passionem glorioſiore certamine triumphabat, & antiquam fidem tormentorum novitas mutare non poterat. Hoc semper iniqui persecutoris interrogationi respondens, fieri nequaquam posse, ut qui Deum vivum sensibus recepisset, saxa sensu carentia, aut simulachra Dæmonum adoraret; quem nequissimus Præses, cum * ita MS.

SÆC. IX. ANNO 855.

cum in suppliciis divini favoris gratia adverteret fortiorem, inaudito crudelitatis exemplo, plusquam furore persecutoris insaniens, defodi eum cingulotenus jussit, sed triduo in laudibus Christi omnipotentis Domini ac Dei sui ore, & amore perdurans. Interim terris membra terrena commendans, Spiritum sanctum emisit ad cœlos.

*Herculani

Nonis. in portu Romæ natale Taurini, * Eraculani, & in Alexandria, Nymphi & Saturnini, & depositio B. Ingenui Episcopi, & in Campania Quinti. In Galliis civitate Vesontione, natale sanctorum Ferreoli & Ferrutionis.

VIII. Idus. Zachariæ Prophetæ. Romæ via Salaria milliario ab urbe quinquagesimo, natale S. Eleutherii Episcopi. In territorio Cappadociæ civitate Ructensi, natale S. † Cuttidi, Eugenii Episcopi, & sociorum ejus.

* Cottidi.

VII. Idus. Natale S. Chlodoaldi Confessoris. In Campania natale Innocentii, & in Benevento Januarii, Festi, Acuti, & S. Synoti, & Desiderii. Arelato Galliæ civitate natale sancti Augustalis Episcopi. Aurelianis civitate S. Evortii Episcopi & Confessoris, qui post Definianum ipsius Ecclesiæ Episcopatum meruit, qui etiam divino nutu per columbæ speciem Spiritus S. electione ad Episcopatum percipiendum dignus ostensus est. Sicut in vita ejus conscriptum legitur. Hic nobili & sancta conversatione dies suos complevit, & miraculis claruit, ipseque diem obitus sui per revelationem agnoscens, Sanctum Annianum Episcopum futurum, ne seditio in populo oriretur, prælegit, sicque ad cœlestem gloriam transivit. Æduæ civitate in Galliis, loco Alisiana, natale sanctæ Reginæ Martyris cujus gesta habentur.

VI. Idus. Natale sanctæ Dei genetricis. Et in Nicomedia S. Adriani Martyris cum aliis XXIII. & in suburbanis Magontiacensis Ecclesiæ natale sancti Disibothi Confessoris.

V. Idus. Romæ Gorgonii Martyris, & Candidi, Cyrini, Domiciani, Eunoici, Sisinnii, Erachilii, Alexandri, Joannis, Claudii, Athanasii, Valentis, Eliani, Melicii, Ecdicii, Acacii, Jubiani, Eliani, Theoduli, Cyrilli, Flavii, Severiani, Valerii, Chudionis, Sacerdonis, Prisci, Evacii, Juvenalis, Philoctimonis, Etii, Micalli, Lysimachi, Theophili, Euticii, Xanthii, Aggii, Leontii, Insitii, Gaji, Basilidis. Hi omnes simul quadraginta passi sunt temporibus Licinii Imperatoris, & Agricolai Præsidis, & Lysiæ Ducis. Eodem die in Sabinis passio celebratur Jacinthi Diaconi, & Martyris, qui a Luxurio persecutore traditus est consulari Leontio. Hic cum non posset eum compellere, ut sacrificaret Idolis, misit in ignem, qui statim extinctus est; postea misit eum in aquam, sed sanus ad littus reductus est. Luxurius vero cum a serpente percussus, juxta quod sanctus vir ei prædixerat, tumidus in via jaceret: nam serpens cum juxta arborem præteriret, cecidit per caput ejus inter collum, & capitium tunicæ, & sic in ventrem irrupit. Attamen ille impius jussit Consulari Leontio, ut capitalem sententiam sancto Martyri inferret. Sicque corona martyrii sanctus vir migravit ad Dominum.

IV. Idus. Romæ depositio Hilari Papæ, per quem Victorius ordinem Paschalem conscripsit. Eodem die depositio sancti Salvii Episcopi, de cujus sanctitate Gregorius Turonensis Episcopus scripsit: narrans quod per revelationem vidisset divinæ vocis evaginatum gladium imminere super * regulum, quod Hilpericus Rex jussit construi. Cui visioni veritas statim secuta est. Nam post dies XXII. Filii Regis in eadem domo obierunt.

* ita habet MS.

* Hyacinthi.

III. Idus. Romæ Proti & * Jacinthi, qui erant Eunuchi sanctæ Eugeniæ Virginis, & cum ea a Romana urbe Alexandriam venientes ab Heleno Episcopo, cui eorum adventus per visionem revelatus est, recepti in Monasterio quodam sub virili habitu inter Monachos conversabantur, postea vero cum Melanthia quædam fœmina malitiosa Eugeniam sub virili habitu degentem masculum suspicans, per eam stuprari desiderasset. sed patefacto arcano Eugenia non vir, sed fœmina esse comperta est: coacta Imperiali præcepto, cum Eunuchis suis Romam rediit; ibi simul cum Basilla virgine prædicti duo Eunuchi jussu Gallieni Augusti gladio interfecti sunt. Beata vero Eugenia postmodum; hoc est in VIII. Cal. Januarii, pro Christi nomine passa, cum Martyrii corona migravit ad Dominum.

* f. Pamphylia.
† Catana.

II. Idus. in Antiochia natale Timothei, & in * Pampalia natale Syri, & in Sicilia civitate † Cathena natale Eupli. Lugduno civitate depositio beati Sacerdotis Episcopi. In Galliis civitate Augustoduno depositio beati Evantii Episcopi.

Idibus. in Gallia civitate Turonis, depositio Lidorii Episcopi.

XVIII. Calend. Octob. Sancti Cornelii Episcopi, cui primo os cum plumbatis cæsum, & sic decollatus est, cum aliis XXI. promiscui sexus, & Cerealis miles cum uxore sua Sallustia, quam Cornelius ab infirmitate sanaverat. Passus sub Decio: hic Cornelius temporibus suis rogatus a quadam matrona Lucina corpora Apostolorum beati Petri & Pauli, de catacumbas levavit noctu: primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina accepit, & posuit in prædio suo via Ostiensi ad latus, ubi decollatus fuit;

Digitized by Google

fuit: beati vero Petri corpus, beatus Cornelius accepit Episcopus, & posuit juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum in templo Apollinis in monte Aureo. In Vaticano palatii Neroniani. III. Cal. Julii. Eodem die natale S. Cypriani Episcopi, qui sub Valeriano Principe post longum exilium detruncatione capitis martyrium consummavit, sexto milliario à Carthagine juxta mare. Et depositio sancti Materni Episcopi. Eodem die exaltatio est sanctæ crucis. SÆC. IX. ANNO 855.

XVII. Calend. Passio Nicomedis Martyris: Eodem die natale sancti Apri Episcopi, & Leobini Confessoris. In Alexandria natale S. Serapionis, Leontii: & Ancyra Galatiæ natale S. Seleuci, Valerii & Cyrionis: & in Tomis Stratonis & Macrobii, & in Nuceria in Campania natale Constantis, & in * Anquira natale Pauli Episcopi, & in territorio Cabilonense Castro Nortio natale S. Valeriani Martyris. Lugduno Galliæ depositio Albini Episcopi. * Ancyra.

XVI. Calend. Natale sanctæ Euphemiæ virginis, quæ martyrizavit sub Diocletiano Imperatore, Proconsule autem Prisco, in civitate Chalcedone, quæ tormenta, & carceres, verbera, & argumenta rotarum, ignes, & pondera lapidum angularium, bestias, & plagas virgarum, ferras acutas, & sartagines ignitas, rursum morsum bestiæ pro Christo superavit, & ad mille passus civitate Chalcedonis, sepulta est à patre suo Philosophrone Senatore. Eodem die passio Martyrum Luciæ & Geminiani celebratur, qui sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus passi sunt. Igitur Lucia erat permanens in viduitate per annos triginta & sex. Erant autem omnes anni vitæ ejus, 75. ut in libello passionis ejus scriptum reperitur. Hæc per Euprepium filium suum apud Imperatores prodita, eo quod Christiana esset, tenta est, & in vinculis posita, de suppliciis variis, quæ ei persecutor ingessit, erepta est. Nam carcerem in fluvium convertit, ipsaque verberibus applicata, nihil sensit: Immo cædentem se lapideum fecit, templum Deorum ex gemmis & auro fabricatum ruere a fundamentis fecit, ignem exsuperavit, picem & plumbum in aquam convertit. Nec in his pœnis lædi potuit: immo Geminianum socium passionis suæ adquisivit, cum quo persecutoribus fortiter veritatem prædicans ad extremum per Apophrasium præsidem decollari jussi sunt, & sic ad regnum cœleste migrarunt.

XV. Calend. in Britannia Socratis & Stephani, & in Gallia prope civitatem (a) Trajectum in villa Liudovico passio Landeberti Episcopi, qui ab infantia Dei servitio mancipatus fuit. Hic septem annos vitam sanctam agens inter Monachos habitavit. Postquam autem Faramundus de sede Pontificali depositus est, & ejectus de Provincia Trajectense, tunc agmina Clericorum, & vulgus populorum una pariter voce ingenti postulabant Dominum, ut Pastorem eorum Dominum Landebertum recepturi essent, quem consentiente Pipino tunc principe ad propria recipere meruerunt: ibique per plures annos in Ecclesia Dei nobiliter vixit. Hunc vero Dodo domesticus jam supradicti principis Pipini machinatione pessima occidi fecit. Ipse vero per innocentem mortem ad Dominum migravit. (a) Maestrict.

XIV. Calend. Mediolano depositio Eustorgii Episcopi, & Satyri. In Chalcedonia natale Trophimi, & in Nicomedia natale Jociani.

XIII. Calend. In Neapoli Campaniæ natale sanctorum Januarii, Beneventanæ civitatis Episcopi, cum * Fossio Diacono † Mesenatis civitatis, & Diacono suo Festo, & Lectore suo Desiderio, qui post vincula, & carceres capite sunt cæsi in civitate Puteolana sub Diocletiano Principe, Judice Dracontio: qui cum ducerentur ad mortem viderunt inter alios Proculus Puteolanæ civitatis Diaconus, & duo Laici, Eutyches & Acutius, & interrogaverunt, quare justi occidi juberentur: quos judex ut vidit Christianos, jussit decollari cum illis. Sic omnes septem pariter sunt decollati, & tulerunt noctu corpora Christiani, & Neapolitani Januarium posuerunt juxta civitatem in Basilica ‡ Mesenate; Sossium æque in Basilica Puteolani, Proculum, Eutychen, & Acutium juxta Basilicam S. Stephani, Festum & Desiderium Beneventani collegerunt. (a) * Sosio. † Misenatis. ‡ Misenate.

XII. Calend. In Cyzim natale sanctorum Faustæ Virginis, & Evilasii sub Maximiano Imperatore: quam idem Evilasius cum esset primus Palatii jussit decalvari, & tradi ad turpitudinem, deinde torqueri, ac suspendi: quo tempore coruscatio de cœlis facta multos ministrorum percussit: deinde jussit loculos adferri, & eam immissam ac fixam, quasi lignum secari mediam; sed non eam carnifices ferris lædere valebant: quæ inter stupens Evilasius Christo credere cœpit; & hoc ubi Imperatori nunciatum est, misit præfectum, qui eum suspensum fortiter torqueret: qui etiam jussit Faustam nudam, & sine * Masorte educi de carcere, & ei caput terebrari, ac clavos infigi, cui postmodum non solum caput & facies, sed & pectus, & totum corpus usque ad tibia clavis impletum est. * ita habet MS.

(a) Hic omisit Rabanus Eustachii portentosam Historiam, & merito quidem: sic & Notkerus, cujus Martyrologium infetius habebis. ad an. 894. B.

SÆC. IX. ANNO 855. Posthæc & sartaginem igniri jussit, sed hæc illa psallente refriguit. Hæc interveniens vox de cœlo vocavit eos, & sic tradiderunt Spiritum. Erat autem Fausta annorum tredecim, & Evilasius LXXX.

XI. Calend. Natale S. Matthæi Evangelistæ in Æthiopia, qui cum ibi prædicaret verbum Dei, & multos ad fidem Christi converteret, novissime spiculator missus ab Hirtaco Rege, qui eum gladio feriebat, efficiens martyrem Christi.

X. Calend. Sanctorum Martyrum Thebæorum Mauricii, Candidi, Exsuperii, & sancti Emmerammi Martyris.

* *Misenatis* IX. Calend. Natale S. Sosii Diaconi * Mesenatis civitatis in Campania, qui cum esset annorum triginta, martyr cum B. Januario Beneventi Episcopo capitis decollationem suscepit, tempore Diocletiani Imperatoris, is cum tempore quodam legeret, in Ecclesia † *Misenate.* † Mesenate civitatis præsente Episcopo Januario, frequenter enim eum pro sanctitate & prudentia ejus visitare consueverat, vidit subito idem Episcopus de capite ejus flammam exsurgere, quam nemo alius vidit, & pronunciavit eum martyrem futurum, & post non multos dies item Diaconus tentus, & in carcerem missus est: ad quem visitandum cum venisset Episcopus cum Diacono suo Festo, & Lectore suo Desiderio, & ipse cum eis simul tentus, ac pariter omnes cum aliis tribus occisi sunt. Eodem die natale Teclæ in Oriente Iconio civitate, quæ a Paulo Apostolo instructa in confessione Christi ignes ac bestias devicit, & post multa certamina, ac doctrinam multorum, veniens Seleuciam requievit in pace. Item eodem die Romæ passio Lini Papæ, qui post Apostolos primus cathedram Episcopalem ibi tenuit annos XI. menses VII. dies XIII.

VIII. Calend. Conceptio Joannis Baptistæ, & in Augustoduno natale Andochii Presbyteri, Thyrsi Diaconi, & Felicis qui a sancto Polycarpo Episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam sub Aureliano Principe sunt gloriossime coronati: siquidem flagellis cæsi, in ultimo tota die inversis manibus suspensi, in ignem missi, sed non combusti. Tandem vectibus colla feriuntur, ubi Symphorianus tunc xx. annorum, qui postea passus est, semper vigilias & orationes agebat. Eodem die depositio Solemnis Episcopi, qui ab infantia Dei servitio devotus fuit, qui etiam miraculis claruit. Nam cum quadam die itineris sui proficisceretur Callem, obvium habuit hominem a nativitate cæcum, surdum & mutum, quem complexus collo osculavit, & citò sanum reddidit. Hic etiam cum defuncto Carnothensi urbis Episcopo electus est ad Episcopatum, quem ergo invitus accepit. HLudovicum vero Regem adhuc Paganum, qui eodem tempore Francis imperabat, cum vellet contra Gothos in bellum pergere, signo crucis, in corde & in pectore armavit, & sic victoria de hostibus potitum, ac domi reversum simul cum sancto Rhemigio Rhemensium urbis Episcopo divina favente virtute cum gratiæ alacritate baptizavit; & cum eodem trecentos septuaginta nobiles Satrapas sacro fonte regeneratos in Spiritu sancto adoptionis parturivit filios: sicque memoratus sanctus Dei tres Olympiadas gerens in Episcopatu de hac luce migravit ad Christum. Romæ natale Priscillæ, & Liberi Episcopi & Confessoris. Lugduno Galliæ depositio sancti Lupi Episcopi.

VII. Calend. Natale sancti Firmini Martyris. In Asia natale Bardomiani, Eucarpi, & aliorum XXVI.

VI. Calend. Sanctorum Martyrum Cypriani Episcopi, & Justinæ, quorum Justina sub Diocletiano multa propter Christum perpessa, ipsum quoque Cyprianum, cum esset Magus, & magicis suis eam dementare conaretur, convertit ad Christum; cum quo jam Episcopo, & nobili Doctore facto martyrizavit sub Claudio Principe.

V. Calend. Cosmæ & Domiani sub persecutione Diocletiani & Maximiani, Præside ejus Lysia in civitate Ægea; qui post multa tormenta, vincula, & carceres toleratos, post mare & ignes, crucem, lapidationem & sagittas divinitus superatas capite plectuntur.

IV. Calend. Romæ natale Stactei, & in Africa Martialis, Laurentii, & aliorum xx. Antisiodoro depositio S. Alodi Episcopi. In Gallia civitate Genua depositio * Saloni Episcopi. **Salomenis* Eodem die in Germania depositio Leobæ Virginis, quæ in Britannia Insula ex Saxonum gente nata, virginitatis propositum in Monasterio posita nobiliter servavit, postea vero a sancto Bonifacio Archiepiscopo Mogontiacensis Ecclesiæ in Germaniam advocata, ut famulas Dei in Monasteriis Germaniæ divinis scripturis instrueret: ubi non solum multa miracula vivens fecit, imo post obitum in Bochonia sylva, hoc est in Monasterio Fulda, juxta decretum S. Bonifacii sepulta, non paucis miraculis sanctitatem suam declaravit. *† Eutichii &*

III. Cal. Dedicatio Ecclesiæ S. Angeli Michaëlis in monte Gargano. In Thracia civitate Eraclea natale † Euticii Plauti: Antisiodoro depositio Fraterni Episcopi.

II. Calend. In Bethleem Judæ, depositio Hieronymi Presbyteri, cujus vita & doctrina ubique in Ecclesiis Christi laudabilis exstat; quomodo divinos libros ex lingua Hebræa in Latinam transtulit, Propheticosque libros sensu allegorico exposuit. Cum autem octoginta & octo annorum dies explevit, vitam præsentem deserens, ad æternam requiem emigravit.

OCTO-

Digitized by Google

OCTOBER.

CAl. Octob. In Galliis civitate Antisiodorense, depositio S. Germani Episcopi. Rhemis civitate Remedii Episcopi. * Adratis civitate B. Vedasti Episcopi, Ganda Monasterio S. Babonis Episcopi, quorum omnium conversationes & gesta miraculis plena conscripta habentur. Eodem die natale * Fronti Episcopi & Confessoris, † terminibus urbis ‡ Petrocoricæ ex loco, qui dicitur Linicasio ‡‡ felicem luminis sumpsit exordium. Sicque devotus in servitio inter Monachos habitans multis virtutibus claruit, & multos ad fidem Christi convertit: ad extremum vero post sacros labores, qui per insignia virtutum ejus claruerunt, à præsenti tribulatione ad æternam migravit requiem.

* *Attrebatis.*

* *Frontonis* † *terminis* ‡ *Petragoricæ.* ‡‡ *felix.*

VI. Nonas Octobris. in Galliis natale S. Leudegarii Episcopi & Confessoris. In Nicomedia S. Eleutherii.

V. Nonas. Apud antiquos Saxones natale duorum Hewaldorum Presbyterorum, qui cum Wilibrordo Episcopo venientes in Germaniam transierunt ad Saxones, & cum prædicare Christum ibi cœpissent, comprehensi sunt à Paganis, & sic occisi sunt: ad quorum corpora noctu diu multa lux apparens, & ubi essent, & cujus essent meriti declaravit. Eodem die passio S. Leutgarii Augustodunensis Episcopi celebratur, qui Christianorum Regum temporibus effectus est Martyr, hoc est, HLudharii Regis, & Theodorici fratris ejus, nec non & Hiltrici, per factionem malitiosam Eburwini, qui Major domus fuit, crudelissimis tormentis afflictus oculorumque effossione cruciatus: ad extremum gladio peremptus est, post cujus martyrium multis miraculorum signis Dominus reliquias ipsius glorificavit.

IV. Nonas. in Ægypto Marti & Mauriciani. Romæ Marcelli Episcopi, & in Africa Audacti: Antisiodoro depositio Marsi Presbyteri.

III. Nonas. in Sicilia natale * Eutici, & aliorum triginta. In Galliis civitate Valentia depositio B. Apollinaris Episcopi. Et in Galliis civitate Antisiodoro natale sanctorum germanorum Firmati Diaconi, & Flavianæ virginis Deo sacratæ.

* *Eutychii.*

II. Nonas. Depositio Sancti Marci Episcopi, & in Apulia, Casti, & † Emili. In Galliis civitate Agenno natale sancti Fidei Martyris. In civitate Antisiodoro depositio Romani Episcopi.

† *Æmilii.*

Nonis Oct. Passio Sanctorum Martyrum Sergii & Bachi, qui sub Maximiano Imperatore pro Christi nomine passi sunt. Nam Sergius Primicerius & Princeps erat Gentilium amicus Imperatoris. Beatus vero Bachus, Secundicerius erat ejusdem Scholæ Gentilium. Hi ergo ab Antiocho Duce, pro Christi nomine jussu Maximiani Imperatoris passi sunt: ita ut Bacchus dum extensus crudis flagellis cæderetur emitteret spiritum. Sergius vero post multa tormenta gladio cæsus est, & sic migravit ad Christum.

VIII. Idus Oct. Natale Reparatæ virginis & Martyris, quæ passa est in Cæsarea urbe Palæstinæ sub Decio Præside. Hæc cum nollet Idolis sacrificare, primo adhibita est illi olla plumbo fervente impleta: postea abscissæ sunt illi mamillæ, & lampades ardentes adhibitæ, deinde in caminum ignis ardentis missa est, quæ cum in nullo ibi fuisset læsa, ad extremum decollata est, & continuò de collo ejus exivit columba alba: cujus corpus rapuerunt Christiani, & conditum aromatibus sepelierunt.

VII. Idus. in Parisio passio Dionysii Episcopi & Martyris Eleutherii Presbyteri & Rustici Diaconi: quos (a) referunt à Clemente Papa in Galliam ad prædicandum verbum Dei missos, & ibidem martyrizatos. Eadem die natale est Domnini Martyris, qui sub Maximiano Imperat. propter fidem Christi decollatus est jussu ipsius Imperat. hic post martyrium suum multa miracula fecit in sanitate infirmorum & debilium.

VI. Idus. in Britannia Paulini Eburaci Episcopi.

V. Id. in Gallia civitate Turonis depositio Venantii Abbatis & Confessoris.

IV. Idus. Romæ natale * Hedisti, & in Syria † Eustati Presbyteri, & Eucharisti, Burri, Bonati, & in Campania ‡ Patriæ Fortunatæ.

* *Edisii.* † *Eustachii.* ‡ *ita habet MS.*

III. Idus. in Hispanis natale Fausti, Marci & Adriæ, & in Chalcedonia Marcelli, & in Alexandria sancti Anastasii Episcopi.

II. Id. Natale S. Callisti Papæ, qui in persecutione Alexandri Imperatoris diutius in carcere fame cruciatus, & cottidie fustibus cæsus, per visionem a Presbytero suo Calepodio, qui antea Martyrium consummaverat, confortatus & consolatus est. Qui in carcere eodem positus, quendam militem nomine Privatum ab ulcerum dolore, ac fœditate simul curavit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem militem fecit plumbatis

(a) Videatur dubitare *Rabanus*, an *Dionysius* missus fuerit in Gallias à *Clemente*; dubium indicat illud *referunt*. Nono Sæculo illam opinionem fovebat & tuebatur *Hilduinus*, *Rabano* coævus, sed nondum invaluerat. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

batis deficere, beatum vero Calliſtum per feneſtram domus præcipitari, & ligato ad collum ejus ſaxo in puteum demergi, & in eum per rudera cumulari. Poſt dies vero quatuordecim Presbyter ejus Aſterius cum clericis noctu veniens levavit corpus, & ſepelivit, in cœmiterio Calepodii. II. Id. Oct. Eodem die Corduba civitate S. Lupi, Aureliæ. Lugduno Galliæ translatio corporis Juſti Epiſcopi, & Confeſſoris.

Idibus. Gallis in Colonia Agro Pinenſi natale Maurorum, & in Capua Libuli, & ſanctæ Fortunatæ * in patrias.

*ſorte Imperatricis.

XVII. Cal. Nov. Depoſitio S. Galli confeſſoris. In Aſia natale Cereæ, & aliorum 270.

XVI. Cal. in Nicomedia Alexandri. In Mauritania, Nini, Victurii, Nobilitani, Mauriani, Lucii, Mittini, & Creſcentiani.

XV. Calend. S. Lucæ Evangeliſtæ, qui fuit Syrus Antiochenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus uſque ad confeſſionem ejus, ſerviens Domino ſine crimine, neque uxorem unquam habens, neque filios; 74. annorum, obiit in Bithynia plenus Spiritu ſancto, & Romæ ſanctæ Triphoniæ uxoris Decii Cæſaris, quæ viro ſuo poſt interfectionem beatorum Xiſti, & Laurentii divinitus punito petiit ſe baptizari cum filia Decii Cyrilla à Juſtino Presbytero, & alia die defuncta eſt, ac juxta ſanctum Hippolytum in crypta ſepulta.

XIV. Calend. Natale S. Pelagiæ, quæ primum fuit ſub gentilitatis ritu meretricis officio functa, & mundanis illecebris dedita: poſtea vero per gratiam Dei, & S. *Nonnis Epiſcopi dogmata ad fidem Chriſti converſa, & ab eodem Epiſcopo baptizata, totam ſubſtantiam & ſupellectilem ſuam pauperibus erogavit: ipſaque cilicio induta, & vili indumento veſtita in peregrinationem perrexit, & in Hieroſolymis ſub virili habitu monaſticam vitam duxit. Conſtruxerat enim ſibi parvulam cellulam in monte Oliveti, ubi Dominus cœlum adſcendit; & ibi vitam præſentem finivit, atque ad vitam æternam feliciter migravit.

*Nonni.

XIII. Calend. Natale Simplicii, cujus caſtitas, & vita miraculis probata, multorum ſalutis cauſa fuit, ita ut trium millium hominum multitudo gremio genitricis Eccleſiæ exciperetur, ac vitalis lavacri fonte dilueretur.

XII. Calend. S. Patris noſtri Hilarionis, cujus vitam Hieronymus virtutibus plenam conſcripſit. Eodem die natale S. Aſterii Presbyteri Calliſti, qui cum corpus ejus elevatum de puteo ſepeliſſet, poſt dies tres audiens hoc Alexander Imperator, præcepit eum per pontem præcipitari. Cujus corpus inventum eſt, & à quibuſdam Chriſtianis in eadem civitate ſepultum. Scriptum in paſſione S. Calliſti Papæ.

XI. Calend. in Provincia Thraciæ & in Adrianopolitana civitate paſſio Philippi Epiſcopi, & Severi Presbyteri, atque Hermetis Diaconi, qui perſecutione ſæviente Chriſtianorum Eccleſias claudere, & ſpoliare juſſu Imperatoris per iniquos præſides contradicebant, & ob hoc per Paſſum Præſidem nec non & Juſtinum multis tormentis afficiebantur, hoc eſt carceribus, vinculis, flagellis, ad ultimum verò flammarum incendio, ſed Domini virtute roborati uſque in finem in confeſſione nominis ejus perſeveraverunt.

X. Calend. Venantii Abbatis, qui ſpreto ſeculi luxu, & nuptiis carnalibus, elegit Monaſticam vitam, qua Deo ſoli ſerviret. Nam cum in Monaſterio S. Martini, Abbatis officio functus, die Dominica oratione expleta reverteretur, ſuper bacellum ſuſtentatus, in medio confeſſoris atrio erectis auribus, oculiſque ad cœlum diutiſſimè attentus ſtetit immobilis. Deinde motus à loco cœpit dare gemitus, ac ſuſpiria longa producere, interrogatusque à ſuis quid hoc eſſet, aut ſi aliquid fuiſſet divinum intuitus enarraret, reſpondit: *Væ nobis inertibus & pigris, ecce jam in cœlo Miſſarum ſolemnia expediuntur, & nos ſegnes nec inchoare cœpimus hujus miniſterii Sacramentum. Verè*, inquit, *dico vobis, quod ego audivi voces Angelorum in cœlis ſanctos in laude Domini proclamantes*, & dicto citius in Monaſterio Miſſarum ſolemnia cœpit explere. Sed nec illud præteribo: quod quadam vice dum juxta conſuetudinem, ut ſupra diximus, de Baſilicis, quas orationis gratia adierat, repedaret, & in Baſilica ad Miſſas Dominicæ orationis verba decantarentur, cum illi dixerunt, *libera nos à malo*, audivit è tumulo cujuſdam vocem dicentem ſimiliter: *libera nos à malo*, quod non ſine perfectionis merito cenſetur, ut hæc meruiſſet audire. Poſtea multa miracula geſſit magnarum virtutum gratia pollens, impletoque vitæ præſentis curriculo vitam percepturus æternam, emigravit ab hoc ſæculo.

IX. Calend. in Nicomedia natale Severi & Dorothei. In Cæſarea Cappadociæ natale Longini.

VIII. Calend. Paſſio Martyrum Chriſti, Chryſanti, & Dariæ, qui ſub ſpecie conjugii caſtitatem ſervaverunt perpetuam. Nam Chryſantus Dariam a gentilitatis errore, & magica ſuperſtitione convertit ad fidem Chriſti, & ſic inter varia tormenta, quæ a Numeriano Imp. *primum Claudius Tribunus pœnis eos afficiebat, ſed per virtutem Dei, & orationes ſanctorum converſus eſt ad fidem Chriſti, qui etiam Martyr Chriſti ſimul cum uxore & liberis meruit fieri. Poſtea verò per Celerianum quendam carcere & pœnis traditi,

*videtur aliquid deeſſe.

traditi, & ad extremum in foveam profundam ſubmerſi, ſanctas animas ad cœleſtia regna miſerunt. Similiter eodem die Criſpinus & Criſpinianus ſub Maximiano, & Diocletiano Imperatoribus in Sueſſionis civitate per Ritiovarum Tyrannum Chriſti martyres effecti ſunt. Nam idem Ritiovarus præclaros martyres extenſos ad trocleas cædere fuſtibus juſſit. Deinde juſſit ſudes in ungulis eorum mitti, & loros ſingulos de dorſo tolli, ſed ab hac pœna divino auxilio liberati ſunt. Tunc Ritiovarus furore inſaniens molas ad ſingulorum colla jubet ſuſpendi, & hyemis tempore in fluvio cujus vocabulum eſt Axona, velut ſub glacie demergi; at illi ſcuto divinæ protecti virtutis dicebant læti: *Supra aquam refectionis educabis nos Domine*, ſed famulante creatura ſua Deo Martyres ejus nec aqua mergere, nec petra premere, nec frigus potuit ſtringere, ſed potius quaſi æſtivis lavacris * delectatis projecto molari onere; ad alteram natantes illæſi pervenerunt fluminis ripam. Hoc viſo Ritiovarus miraculo, inſtigante Diabolo exagitatus ira, juſſit eos rurſus vinctos cuſtodire, & plumbum injectum igni liquefieri, in quo martyres ſanctos conſumendos demergeret: ſed quos quia Chriſti dextera protegebat invicta, illæſos reddidit ignis; quibus hæc operantibus exiliens gutta plumbi ferventis in oculum Ritiovari, gravi illum dolore crucians excæcavit: at is fremens inſania poſſeſſus, dum medelam corporis animæque debuit implorare, mortem ſibi acceleravit inſaniens. Nam picem, adipem, oleumque ſimul juſſit fervere, & ſanctos denuò martyres in eam præcipitari, quaſi conſumendos pœna præcepit. At ubi miniſtri obtemperantes perfecerunt cuncta quæ ſibi ab impio fuerunt imperata, S. Martyres ſpei ſuæ immobiliter incumbentes alacres fiducialiter Deo in oratione dixerunt: *Potens es Domine Deus noſter de illatis nos ab impio liberare tormentis. Et ſicut nos voluiſti per confeſſionem tui S. nominis pati: ita ad confuſionem Diaboli, & ſatellitum ejus ab hac etiam pœna illæſos educere.* Mox oratione finita eduxit eos Angelus Domini ſine dolore ab igne. Tunc videns ſe inimicus nihil inlatis adverſum Chriſti Martyres prævaluiſſe ſuppliciis, ſeſe concite furens Ritiovarus præcipitavit in ignem, & ita morte peſſima vitam finivit indignam. Nam Maximianus mox audita ſatellitis ſui Ritiovari perditione, utrumque Criſpinum videlicet ac Criſpinianum gladio punire præcepit, qui jam jamque imminente cervicibus ſuis gladio gratiarum Domino actionem perſolventes, vitam præſentem felici morte finierunt. Ipſo die Romæ via Salaria 46. militum, qui ſimul baptizati a Dionyſio Papa, & mox jubente Claudio Imp. decollati ſunt. Ibi ſunt & alii martyres 121. inter quos fuerunt 4. milites Chriſti, Theodoſius, Lucius, Marcus & Petrus. Scriptum in paſſione S. Sixti.

SÆC. IX. ANNO 855.

pſal. 22.

* delectati.

VII. Cal. In Nicomedia natale Luciani, † Flori, Heraclidæ, & Martiani.

† Florii.

VI. Cal. Vigilia Apoſtolorum Simonis, & Taddei. In Sardinia natale Proti & Januarii, & in Phrygia Eumeni, & Cononis, Diodori, & Metrovii.

V. Calend. Vigilia Apoſtolorum Simonis & Thaddæi, & Romæ S. Cyrillæ filiæ Decii Cæſaris, quæ ſub Claudio Principe jugulata & necata eſt gladio, & ſepulta a Juſtino Presbytero, cum matre ſua juxta S. Hippolytum.

IV. Calend. in Lucania S. ‡ Jacinthi, Quintini, Felicianæ, Lucini.

‡ Hyacinthi, Quintini, Felicianæ, & Lucii.

III. Calend. Romæ natale S. Pontiani Papæ & Martyris, qui ab Alexandro Imp. cum Hippolyto Presbytero in exilium eſt deportatus in Sardiniam inſulam, ubi eſt defunctus.

II. Cal. in Galliis S. Quintini, qui ſub Maximiano Imp. martyrium paſſus eſt, & poſt annos LII. inventum eſt revelante Angelo, corpus ejus, & ſepultum IIX. Cal. Julii.

NOVEMBER.

November

CAlend. Novembris. In Caſtro Divionenſi natale Benigni Presbyteri, qui cum Andochio Conpresbytero, & Thyrſo Diacono miſſus eſt a ſancto Epiſcopo Polycarpo ab Oriente in Galliam tempore Aureliani, qui prædicatione ejus comperta vinctum eum, & cæſum ad ſe adduci præcepit, & audita ſermonum ejus conſtantia nervis duriſſimis eum cædi fecit, & Terentio Comiti ſuperandum tradidit, a quo ad trochleas extenſus eſt, & cæſus, ac rurſum carceri mancipatus, manè Idola orando deſtruxit, & reductus eſt in carcerem, cui ſubulas decem calentes in manibus infixerunt, & a plumbo remiſſo pedes in lapide perforato fixerunt, & canes duodecim feroces cum eo incluſerunt per ſex dies, & attulit ei Angelus panem cœleſtem, ſubulas abſtulit, & eum de plumbo ac ferro eripuit. Poſt hoc collum ejus vecte ferreo tundi, & corpus lancea forari jubetur: quo facto Columba nivea de carcere Chriſtianis adſpicientibus ad cœlos adſcendit, & odor ſuaviſſimus quaſi paradiſi ſecutus eſt: Diſcedente Aureliano a loco ſupervenit Leonilla, & conditum aromatibus corpus non longè ab ipſo carcere ſepelivit. Eodem die natale ſancti Cæſarii Diaconi, & Juliani Presbyteri, qui videlicet Cæſarius tempore Claudii Imperatoris veniens ex Africa ad Terracinam Campaniæ civitatem, dum contra Idololatras proclamaret in publico, tentus eſt a Firmino Pontifice, & in cuſtodiam recluſus, ubi diebus multis maceratus deinde traditus eſt Leontio Conſulari Campaniæ. Quem ille cum verbis

Digitized by Google

SÆC. XI. ANNO 855.

bis ſuperare nequiret, juſſit vinctum ante carpentum ſuum ducere, ligatis manibus, nudum uſque ad templum Apollinis, quò cum perveniſſent, ad orationem ejus corruit templum, & occidit Pontificem Firminum, poſthæc recluſus in carcere a Luxorio primo civitatis, fuit ibi annum & menſem unum. Deinde eductus in foro, a Deo dum oraret cœleſti luce circumdatus, ut ipſe Leontius crederet, & Cæſarium, qui erat nudus, ſua chlamyde indueret, & baptizaretur, ac corpus ac ſanguinem Domini acciperet de manu Juliani Presbyteri, nec mora, dicta ſuper eum oratione, ſpiritum tradidit III. Calend. Nov. Tunc Luxorius juſſit Julianum & Cæſarium mitti in ſaccum, & præcipitari in mare, qui eodem die rejecti ſunt ad littus, & ſepulti ab Euſebio ſervo Dei, juxta urbem Terracinam, & idem Euſebius poſtea martyrium paſſus eſt cum Felice Presbytero. Eodem die depoſitio Severini Monachi de Tiburtina civitate: Ipſa die memoria celebratur omnium Sanctorum, quod conſtituit Bonifacius Papa, qui delubrum vetuſtum, quod ab antiquis Pantheon vocabatur, concedente * Focato Cæſare, in honorem ſanctæ Mariæ Virginis & omnium Sanctorum dedicavit. Item in eodem die in Monaſterio Fulda dedicatio Eccleſiæ ſancti Bonifacii, & translatio corporis ejuſdem ſancti Martyris.

* *Phocæ.*

IV. Nonas. in Africa natale Publii, Victoris, Hermetis, Juſti & Papiæ.

III. Nonas. in Cæſarea Cappadociæ natale Germani, Domnini, Theophili, Vitalis, Juſti, & Eremitis. Eodem die depoſitio ſancti * Permenii Confeſſoris.

* *Firmini.*

II. Nonas. Auguſtoduno depoſitio beati Proculi Epiſcopi. † Rotenus Galliæ natale ſancti Amantii Epiſcopi. In Galliis ‡ Beturicas depoſitio S. Inluſoris pueri & Confeſſoris, & in Nicæa Domnini. In Africa natale Primi, Cæſarii, Gregorii, Porfiri, Amantis, Saturini, Victurinæ, Perpetuæ.

† *Rutbenis.* ‡ *Apud Biturícas.*

Nonis Novemb. in Tarracina Campaniæ civitate, natale ſanctorum Felicis Presbyteri, & Euſebii Monachi, tempore Claudii Imperatoris, qui videlicet Euſebius cum ſepeliſſet S. Martyres Julianum & Cæſarium, & ad ſepulchra eorum orans ac jejunans multos converteret ad fidem, quos Felix Presbyter baptizabat: tenti ſunt ambo a Leontio filio Leontii Conſularis ob eam maximè cauſam, quia Cæſarius patrem ejus Chriſtianum feciſſet, & ad forum ducti, nec ſuperati, inde in carcerem recluſi, & nocte eadem cum ſacrificare nollent decollati, atque in fluvio ſunt jactati, quorum corpora venerunt uſque ad mare, & rejecta ſunt ad littus, atque a Presbytero quodam de Capua, nomine Quarto, inventa, qui ea mox impoſita vehiculo duxit in caſam ſuam, & curioſè quærens etiam capita invenit, ac juncta corporibus ſepelivit juxta ſanctum Cæſarium.

VIII. Idus Novemb. Depoſitio Wilbrordi Epiſcopi de gente Anglorum viri ſanctiſſimi, & miraculorum gratia inſigniſſimi, qui a Sergio Papa Romæ ordinatus in Germaniam ad prædicandum Verbum Dei eſt deſtinatus, ibidemque quievit in pace.

VII. Idus. in Africa natale Rogati, Donati, Juliæ, Januarii. Eodem die natale S. Rufi Epiſcopi urbis Metenſis & Confeſſoris, qui translatus eſt a prædicta Urbe, conſentiente Drogone Præſule, in Wormacienſem pagum, in villam quæ vocatur Oterheim, temporibus HLudarii Imp. & HLudovici Regis, ubi etiam ſanctitas ejus multis virtutibus claruit.*

* *Hic deſiderantur in Martyrologio duo dies.*

IV. Idus. Romæ depoſitio S. Leonis Epiſcopi. In Antiochia natale Demetrii Epiſcopi * Amneſi, Euſtachii, & ſociorum ejus. Aurelianis depoſitio B. † Minitoris Epiſcopi.

* *Aniani, Euſtoſii* † *Monitoris*

III. Idus. Depoſitio B. Martini Turonenſis Archiepiſcopi & Confeſſoris, cujus vita & doctrina, per miracula quæ Dominus per eum fecit, penè omnibus fidelibus claret, nec neceſſe eſt aliquid hic inde a nobis commemorari, quia ipſius vitam, virtutes & ſigna Sulpicius Severus luculento ſermone manifeſtè deſcripſit: nec non & Gregorius ejuſdem urbis Epiſcopus in miraculorum libris pleniſſimè diſſeruit. Eodem die paſſio celebratur Mennæ Martyris, qui militiam terrenam deſerens, eò quod Dioclet. Imper. ſævitia Chriſtianos cogeret Idola colere, & Deos falſos adorare, S. famulus Dei primum in eremum ſeceſſit, ac ibi Domino inſtanter ſervivit. Poſtea verò cum gentiles natalem diem prædicti Imper. celebrarent, venit in civitatem, & increpavit ſuperſtitioſos cultores Idolorum de vanitate ſua. Per Bagaſium Principem multis tormentis afflictus eſt, & eum à Chriſti fide avertere voluit, & in errorem gentilium atque ad militiam terrenam reducere. Sed Chriſti Martyr penitus hoc contradixit. Tunc Præſes juſſit eum primum in ſtipite tenſum nervis taurinis cædere, ita ut ſanguis è corpore ejus fluens in circuitu terram repleret; poſtea juſſit fieri ſpinas ferreas, & præcepit ligari ipſum S. Martyrem Mennam, & ſuper eaſdem trahi. Tunc Præſes juſſit eum contra humeros diutiſſimè cædi; deinde lampades ardentes mandavit ſupponi corpori ejus: allato autem igne & ſuppoſito ei per duas fermè horas nullum verbum ad Præſidem dixit, ſed tantum clamabat ad Dominum dicens: *Chriſte Deus adjuva me*: noviſſimè verò cum nullo modo eum Præſes a Chriſto ſeparare poſſet, juſſit eum decollari. Sicque feliciter S. Dei relinquens præſens ſæculum ad cœleſte regnum tranſivit.

II. Id. in * Africa natale Sanctorum † Inauruli, Publi. In Cæſarea Cappadociæ natale SS. Germani, Theophili, Cæſarii, & S. Euſebii.

* *Aſia.* † *Aurelii & Publii.*

Idib. In Turonis civitate Galliæ depoſitio S. Bricci Epiſcopi & Confeſſoris, qui fuit ſucceſſor S. Martini in Epiſcopatu.

‡ *Britii.*

XVIII.

Digitized by Google

XVIII. Cal. Decemb. in Heraclea civitate Thraciæ natale S. *Clentini, & Theodotæ, Filomini, Eracli, Martialis, Donati & aliorum multorum Sanctorum. SÆC. IX.

XVII. Cal. in Africa natale SS. Secundi, Fidentiani, Varici & Martialis. ANNO

XVI. Calend. in Capua natale Auguſtini & in Africa Vitalis, Januarii. Lugduno Galliæ depoſitio S. † Euceri Epiſcopi. 855.

XV. Calend. S. Patris noſtri Gregorii miraculorum factoris, & in Aurelianis civitate Galliæ depoſitio S. Aniani Epiſcopi & Confeſſoris. *Clementini, Theodoti, Philomeni.

XIV. Cal. Paſſio S. Romani Martyris, qui ſub Aſclepiade Præfecto gloriam ſacri martyris adeptus eſt. Nam prædictus Aſclepiades cum vellet ſanctum Romanum à fide Chriſti avertere, & in paganicum errorem redigere, validis tormentis illum afficiebat: ipſe autem in fide recta & confeſſione vera permanebat. Adſcitus etiam fuit in teſtimonium parvulum infans, ut ipſe oſtenderet in profeſſione ſua, utrum Chriſtus Dei filius, an falſi Dii adorandi eſſent: ad hoc infans reſpondit, Chriſtum Dei filium adorandum, non falſa numina Deorum. Juſſit memoratus Præfectus ipſum infantulum valide tractari, ſed tamen eum vincere non potuit, nec in errorem feducere, tunc Aſclepiades juſſit Romanum ſimul cum infante in carcerem mitti & poſtera die in validum ignem projicere, ſed pluvia nimia à Deo miſſa illum extinxit. Ob hoc iratus Præſes infantulum juſſit jugulari. Romano vero linguam abſcindere. Sed Dei gratia poſt linguæ abſciſſionem laudes Deo inceſſanter cecinit, & in Chriſti confeſſione perſeveravit. Quod cum nuntiatum eſſet Maximino genero Diocletiani, juſſit eum in carcerem mitti, & ibi per noctem ſtrangulari. Sicque ſanctus Chriſti Martyr XVIII. die Novembr. menſis ad cœleſtia regna migravit. † Eucherii.

XIII. Calend. in Cæſarea Cappadociæ natale Maximi, Muciani, Neophyti, & aliorum XL.

XII. Calend. In Heraclea natale Baſſi, Dionyſii, & in Cappadocia Cæſarea *Agapeti. *Agapii.

XI. Calend. (a) Mauri Martyris, qui ab infantia Chriſtianus fuit, orationibusque & jejuniis Chriſtum Dominum deprecabatur, Eleemoſynis viduis & egenis frequenter impenſis non minuebat. Cumque hoc per omnes dies vitæ ſuæ perageret, nutu Dei Spiritus ſanctus immiſit in ſenſum ejus, ut Monaſterium ingrederetur. Cum ergo non multo tempore ibidem habitaret, ita cœpit ab univerſis fratribus diligi, ut veluti patrem eum omnes venerarentur. Cumque compleſſet annos octodecim agens vitam Monachorum, introivit in ſenſum ejus deſiderium, ut S. Petri Apoſtoli ſedem adviſitaret, & proficiſcens Deo auxiliante Romam pervenit, & cum omnia didiciſſet myſteria, vel regulam Eccleſiæ, multo magis in urbe Roma cœpit Chriſtianis, & egenis conſueta præbere ſolatia. Cum vero illic demoraretur annis tribus, eodem tempore quo Imperium obtinuit Numerianus impiiſſimus, & cœpit per civitates vel provincias ſuas præcepta * arguenter dirigere, ut ſi quis Chriſtianus inventus fuiſſet, & non Diis immolaret, diverſis ſuppliciis maceratus morti traderetur. Ipſo namque in tempore cum Præfecturam Romæ promeruiſſet Celerinus, & ipſe Idolis deditus diu requiſiſſet per omnes civitates vel loca, ut ſicubi Chriſtiani reperirentur, diverſis generibus tormentorum affecti deficerent: Hic beatum Maurum multiplicibus tormentis afflixit, hoc eſt, juſſit eum primum fuſtibus nodoſis cædi: deinde plumbatis maxillas ejus contundi; poſtea in equuleo ſuſpenſum ungulis radi & lampades ardentes lateribus ejus applicari; ad extremum verò caput ejus amputari. Cujus corpus noctu nautæ Africani cognoſcentes eum ex ſua patria ortum rapuerunt, & volventes eum linteaminibus mundis cum aromatibus poſuerunt in ſarcophagum, ſcripſerunt ad caput ejus dicentes: *Dei & Chriſti Jeſu famulus Maurus * hunc ſæculum pro Chriſti fide relinquens vitam æternam adquiſivit:* poſt aliquantos dies occulte eundem ſarcophagum ſuam in navem omnes nautæ uno animo levaverunt. Quo facto pervenit ad præfecti Celerini notitiam, & iratus juſſit omnes nautas comprehendere. Quo audito omnes fugerunt, & nullus eorum inventus eſt. Videns hæc Celerinus Præfectus, conſilio Diaboli armatus, juſſit eandem navim, in qua Martyris corpus erat, ſarmentis impleri, & igne ſuppoſito in medio mari comburi, ſed gubernante Domino Martyrem ſuum, ubi Chriſtus voluit, ad portum ſalutis perduxit. *ita MS. * hoc

X. Calend. S. Ceciliæ, quæ & ſponſum ſuum Valerianum, & fratrem ejus Tiburtium ad credendum Chriſto, ac martyrium perdocuit, & ipſa deinde martyrizavit, ignem quidem ſuperans, ſed ferro occiſo ſub Almachio urbis Præfecto. Eadem die S. Mederaſmæ Virginis. Ipſo die natale Longini Martyris, qui militiam terrenam exercens, illo tem-

(a) Quis ille *Maurus*, qui anno 18. Monachus fuit temporibus *Numeriani*, hoc eſt tertio ſæculo? Nulli tunc fuere Monachi, nec nomen eorum notum. Omiſit illum Baronius, nec ejus paſſio legitur in Martyrologio: habetur ſolum ad 21. Novembr. Maurus Epiſcopus Veronenſis. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

tempore, quo Dominus cruci affixus, adstans, jussus à Pontio Pilato Præside, latus Domini lancea percutiens aperuit, & videns signa quæ fiebant propter Dominum, Sole obscurato, & terra commota, credidit in Dominum nostrum Jesum Christum, & percutiens pectus suum voce magna dicebat: *Verè filius Dei est hic.* Et posthæc recedens à militia instruebatur Domini præceptis a sanctis Apostolis, & venerabilia Christi mandata servans, accepit signaculum fidei, totumque se obtulit Domino, faciens Eleemosynas, & castitate corpus continens, puram custodiebat conscientiam, cœlestem vitam gerens in terra. Hic cum esset Cæsareæ Cappadociæ, vixit habens quietam Monachorum vitam annis 28. & multos avertens ab iniquitate, illuminabat verbo veritatis: prohibens Idolorum sacrificia, seminans verbo Domini venerabilia præcepta. Igitur cum Octavianus Præses hoc audisset, jussit eum sibi exhiberi, volens avertere illum a Christi fide, & vera religione, multisque eum tormentis ob hoc afflixit: novissime vero capitalem sententiam illum jussit subire, ipseque Præses postea orans juxta corpus S. Martyris recepit visum, & sanitatem, quam propter scelera sua ante perdidit. *Matth.* 27.

IX. Calend. Romæ S. Clementis Episcopi, qui jubente Trajano missus est in exilium trans Pontum mare, ubi multis ad fidem vocatis per miracula & doctrinam ejus, præcipitatus est in mare ligata ad collum anchora, sed recessit mare orantibus discipulis ejus per tria millia, & invenerunt corpus in arca saxea in templo marmoreo, & anchoram juxta. Eodem die natale S. Felicitatis matris septem filiorum, Martyris, quæ jubente Antonino decollata est pro Christo, & in Monasterio Bobio depositio S. Columbani Abbatis. Natale S. Trudonis Confessoris.

VIII. Calend. Romæ natale S. Chrysogoni, qui sub Diocletiano martyrium complevit. Scriptum in passione S. Anastasiæ. Ipso die natale sancti Crescentiani, qui erat cum Cæsario Diacono, & Largo, & Smaragdo in carcere sub persecutione Maximini filii Maximiani, & eductus jubente Carpasio Vicario de carcere suspensus est in equuleum, & fustibus cæsus, unguibus rasus diutius. Deinde flammis circum latera ejus appositis diu ustulatus, emisit Spiritum & ab Joanne Presbytero sepultus est, in cœmiterio Priscillæ. Ipso tempore Maximinus interfecit sororem suam Artemiam, scriptum in gestis Marcelli Papæ.

VII. Calend. Natale S. Petri Episcopi Alexandriæ, qui cum esset omnibus adornatus virtutibus, in scripturis quoque divinis nulli priorum inferior, vere & Sacerdos, & hostia Dei, subitò rapitur, atque ex Maximini præcepto capite obtruncatur, cum quo simul & alii plures ex Ægypto Episcopi trucidantur. Scriptum in historia Ecclesiastica libro IX. In Nicomedia passio beati Marculi Sacerdotis, & Martyris, qui temporibus Constantis Regis tyrannici per Macharianum, & Paulum persecutores maximos martyrium pro Christi nomine pertulit. Nam cum variis tormentis afflictus esset: tamen a professione rectæ fidei nullo modo averti potuit: ad extremum vero per prædictum Macharianum in altissimam rupem adductus, inde præcipitatus est, sed tamen Christo protegente corpus ejus integrum inter asperrimos scopulos, atque acutissimos servatum est: anima vero egressa de corporis ergastulo ad vitam migravit æternam.

VI. Calend. Romæ depositio Sirici Episcopi, & Saturnini, & in Aquilea Valentini Episcopi, & in Capua Nicanoris, Cassiani, & Feliciissimi. Augustoduno depositio S. Amatoris Episcopi.

V. Calend. In Nicomedia natale Marcelli, Petri, Numeri, Hierenæ, & Melosæ, & depositio Optati Episcopi.

IV. Calend. In Syria Trophimi, Theodoli, Expicaci, Euceri, Eusebii & Julii.

III. Calend. Romæ natale S. Saturnini, * Serii, & Sisinnii Diaconi sub Maximiano, a quo primo inter alios damnati ad fodiendam arenam ad faciendas thermas Diocletianas. Deinde in carcere diu sunt macerati, ubi multos gentiles docentes baptizabant; & denuo educti vincti catenis, ac nudis pedibus ante præfectum urbis Laodicium jussi sunt in eculeo levari, & attrahi nervis, & fustibus, ac scorpionibus cædi, quibus etiam postmodum flammas ad latera jussit apponi & depositos de equuleo capite truncari, quorum corpora cum Joanne Presbytero colligens Thrason vir christianissimus, qui de facultatibus suis Martyribus multa ministraverat, sepelivit in prædio suo via Salaria. His in medio certamine positis crediderunt duo milites Papias, & Maurus, qui mox comprehensi a Laodicio, & non multo post martyrio coronati sunt. Scriptum in gestis Marcelli Papæ. Eodem die in Galliis civitate * Mannetis, Saturnini Episcopi & Martyris. Ipse vero Saturninus Martyr ut fertur, ab Apostolorum discipulis ordinatus in urbem Tolosatium est directus, qui impulsu Paganorum bovis petulci religatus vestigiis per gradus Capitolii præcipitatus, præsentem finivit vitam, capitis compage dispersa; cujus reliquiæ in pluribus locis miraculis claruerunt.

* *Senis.*

* *Tolosa.*

II. Calend. Natale S. Andreæ Apostoli, qui interpretatur virilis, vel decorus, frater

Digitized by Google

frater Petri. Hic prædicavit Scythiam, & Achaiam, ibique in civitate Patras cruci suſpenſus occubuit. Romæ Caſtuli, & * Eucrepitis, & in Mediolano Ambroſii Epiſcopi.

SÆC. IX. ANNO 855

* Euprepitis.

DECEMBER.

Decembet

CAlendis Decembr. Romæ natale Candidæ, * Viriboni, & aliorum XXX. & dedicatio Baſilicæ S. Albani Martyris, atque ordinatio beati Bonifacii Martyris.

* Lucii, Regati, Caſſiani.

IV. Nonarum Romæ natale Primenti, Pontiani, Pimini, Dafroſæ, * Dimetri, Jubiani. In Mauritania † Veri, Seeuri, Januarii, Victorini.

* forte Demetrii.

† Severi,

III. Nonas. In Oriente Metrobi, Claudici & Felicis. In Nicomedia Ambici, ‡ Victuri, & Julii. In Africa, Criſpini, Maginæ, Joannis, Stephani, †† Victoris. In Pannonia S. Agricolæ, & in Tingi Caſſiani Presbyteri.

‡ Victoris,

†† Claudii.

II. Nonarum. Natale (a) Barbaræ martyris, quæ temporibus Imperatoris Maximiani paſſa eſt pro Chriſto. Nam pater ejus nomine Dioſcorus dives valde, ſed paganus, & colens Idola, ipſam filiam ſuam unicam, eo quod nollet nubere, & Deos falſos colere, multis tormentis affligebat; noviſſime verò præcepto Præſidis a ſuo patre decollata eſt, & completum eſt martyrium ejus in bona confeſſione cum ſancta Juliana. Deſcendente verò patre ejus a monte, deſcendit ignis de cœlo, & combuſſit eum ita, ut nec pulvis ejus inveniretur. Eodem die Heracli, Chriſtiani, Pudentis. Monaſterio Floriaco a partibus Romæ adventus corporis ſancti Benedicti Abbatis.

* Maximiani.

Nonis. Natale Dalmatii Martyris: natale S. Criſpini, Felicis. In Africa civitate * Tagora natale Julii, Potamiæ & Grati, & aliorum VII.

* Thagura.

VIII. Idus. In Africa Zeloti, Fortunati, Gathi. Eodem die natale Nicolai Myrenſis Eccleſiæ Metropolitani Epiſcopi, qui temporibus Conſtantini Auguſti cum Pagani, & Hæretici tumultuarent, & Eccleſiam Dei erroribus ſuis vexarent, adveniens illuc, compeſcuit errorem, & mitigavit perſecutionem. Erat enim quidam Præſes ibi nomine Euſtachius, qui per cupiditatem pecuniæ multos Chriſtianorum læſerat. Nam amplius quam * ducentos pondos argenti, accepturus idem Præſes erat, ut eos perderet: poſtea verò per invidiam Diaboli non modica facta eſt perſecutio in civitate a Magiſtro Militum, & a Præfecto Ablabio, qui Imperatori perſuaſit falſis accuſationibus ſanctos Dei in cuſtodiam mitti; quod cum factum fuiſſet, hoc eſt, ut Nepotianus, Urſus, & Eupoleon intus in carcerem includerentur, juſſit eos Imperator pernoctantes gladio capite truncari. Ipſi autem viri Sancti hoc audientes, pulverem capiti ſuo ſparſerunt, & clamaverunt ad Dominum, ut eos adjuvaret, dicentes: *Domine Deus ſancti Nicolai miſerere noſtri, & ſicuti feciſti in tribus viris, qui in Lycia iniquè, aut injuſtè judicati ſunt mori, & ſalvaſti eos: ſic & nos ſalva ſancte Nicolaë ſerve Chriſti, & ſi longinquus a nobis es, propinquior nobis fiat tua deprecatio atque poſtulatio; ad Dominatorem tuum Deum, & ſalvatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, intercede pro nobis, ut ſalvi facti ab iniqua & mortifera tempeſtate, digni efficiamur venire, & adorare ſanctiſſima veſtigia tuæ ſanctitatis.* Hæc & his ſimilia dicente Nepotiano, tunc hi tres quaſi ex uno ore ſic vociferati ſunt, orantes. Sanctus vero Nicolaus ipſa nocte præſens apparuit Imperatori, & dixit ei: *Conſtantine Imperator ſurge, & dimitte illos tres viros, quos habes in cuſtodia carceris, Nepotianum, & Urſum, & Eupoleonem, Magiſtros militum, quia ex ſummiſſione criminati ſunt. Quod ſi non obaudieris me, pugnam tibi excitabo in doratio, & carnes tuas, & interiora beſtiis tradam voranda: poſtulationem faciens contra te coram cœleſti Rege Chriſto.* Et dixit Imperator: *Quis enim es tu, & quomodo ingreſſus es in meum palatium?* Et dixit ſanctus Vir: *Ego ſum Nicolaus peccator, Epiſcopus, qui in Lycia metropolin inhabito*; & hæc dicens abſceſſit, & iterum in ipſa nocte & hora ambulavit, & apparuit * Ablio Præfecto eadem dicendo: *Ablii lætus animo & mente, ſurge, & dimitte illos viros tres Magiſtros militum, quos habes innocentes in cuſtodia carceris: Quod ſi nolueris eos dimittere, & non audieris me, poſtulationes adverſus te faciam coram immortali Rege Chriſto, & in infirmitatem cades, & vermium comeſtione finieris, & omnis domus tua male peribit.* Et dixit ei Ablius: *Tu autem quis es? & unde huc veniens talia loqueris?* Sanctus verò Nicolaus dixit:

* ducenta pondo.

* f. Ablabio.

(a) Non indicatur locus quo pati debuit: alii in Tuſcia alii Nicomediæ coronatam aſſerunt; nullus veterum rem ita portentoſam retulit, quamquam ſub Maximino factam. Nullus vetuſtior Johanne Damaſceno de Barbara ejusque Parente mentionem fecit. Si tamen Damaſcenus auctor eſt Actorum Barbaræ, quod dubium. B.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855. *Ego sum Nicolaus peccator, servus Dei, qui est in Myra metropoli,* & hæc dicens simili modo discessit. Evigilans Imperator misit ad Abablium dicens: *Vade nuntia Abablio Præfecto, & dic ei quæ vidi & audivi.* & intimatis eis omnibus dimisit eum, similiter & Præfectus remisit eundem præcursorem eadem denuncians Imperatori, & mox præcepit Imperator præsentari tres viros Magistros militum sibi coram omni cœtu, & generalitate, seu Præfecto, convenientibus illuc, cum interrogasset eos de omnibus, & cognovisset veritatem visionis, quod per sancti Nicolai preces innocentes custoditi sunt, dixit ad eos: *Hoc autem scitote, quod non ego donavi vobis istam vitam, sed quem vos invocati estis sanctum Nicolaum, ad quem destinastis, tondete capillos capitis vestri, & mutate vestes vestras, & gratias referetis ei. Memores estote & mei.* Deditque eis ut ferant secum vasa sancta diversa: & quidem Evangelium totum aureum, & *cereola aurea duo, & patenam auream lapillatim preciosam ornatam, & misit eos Imperator, qui ambulantes in Lycia Myrensium metropoleos, adoraverunt sanctum Nicolaum, & totonderunt capillos capitis sui, & mutaverunt vestimenta sua. Et multum quidem cum lachrymis distribuebant pauperibus, de quibus habebant rebus, quæque auri & argenti, & vestimentorum; per multos autem annos faciebant hæc, glorificantes & laudantes Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, nunc & semper in sæcula sæculorum Amen.

*thuribula

VII. Idus. In Antiochia natale Polycarpi & Theodori. Eodem natale S. Savini, Episcopi & Martyris, qui temporibus Maximiani Augusti pro nomine Christi passus est, simul cum Marcello & Exsuperantio diaconibus suis. Nam Venustianus quidam vir clarus in Tusciæ partibus, cum ipsum sanctum Episcopum non posset a fide Christi avertere, & ad Idolorum culturam perducere, jussit ei manus abscindere, eò quod statiunculam Jovis in terram projiciens frangeret. Diaconos verò suos tormentis variis torquebat; equuleo suspensos, unguibus latera eorum jussit lacerari, & ignem supponi, qui dum ibi spiritum exhalassent, jactari præcepit in fluvium corpora eorum, quæ per piscatores inde ablata sepulta sunt per quandam fœminam nobilem, nomine Serenam, de civitate Spoletana, cujus nepotem S. Savinus, dum esset in carcere positus benedicens, illuminavit. Venustianus autem post aliquot dies divino judicio in oculis suis magnum dolorem sustinuit, quem sui pueri ad memoratum Episcopum perduxerunt: ipse vero sanctus Dei docens eum abrenunciare Diabolo, convertit ad fidem Christi, & baptizavit eum cum uxore & filiis. Quod cum comperisset Maximianus Augustus, misit militem suum ut amputaret caput Venustiani, & uxoris ejus & filiorum. Savinum ergo in civitate Spoletana sine auditione tam diu præcepit cædi, quousque deficeret, qui cum diu cæderetur, emisit spiritum.

VI. Idus. In civitate Verona Natale S. Zenonis martyris, quando aquæ fluminis Athesis, usque ad superiores tecti fenestras Ecclesiæ illius excreverunt, nec in eam intrare potuerunt, virtutem Martyris ostendentes: & depositio S. Eucharii Episcopi.

V. Idus. In Africa Natale Petri, Successi. *Turni, Publiciani, & aliorum XX.

*Bassiani, Primitivi.

IV. Idus. Natatale S. Eulaliæ virginis in Barchilona civitate Hispaniæ sub Daciano Præside, quæ cum esset XIII. annorum post plurima tormenta decollata est, & recisо ab ea capite columba de corpore ejus exire visa est. Eodem die sancti *Habundi, & Carpofoli Martyrum.

*Abundii & Carpophori.

III. Idus. Romæ Damasi Papæ & Confessoris, hic constituit, ut Psalmi die noctuque canerentur in Ecclesia Christi. Eodem die Fusciani, * Victurici & Gentiani martyrum.

*Victorici & Gratiani

II. Idus. in Hispanis civitate Emerita, natale Eulaliæ virginis, & Hermogenis, †Donatæ & aliorum XXII.

†Donati.

Idibus. Natale S. Luciæ virginis de Syracusis, sub Paschasio Consulari, quam cùm ‡Leones corrumpere jubente Paschasio vellent, nullatenus eam movere potuerunt, nec funibus additis, aut boum paribus plurimis: picem resineam, fervens oleum, nil læsa suscepit. Tandem gladio in viscera merso percussa, nec tamen mortua est, donec venientibus sacerdotibus communionem Dominici corporis & sanguinis accepit. Passa est tempore Diocletiani & Maximiani.

‡ſ. Lenones.

XIX. Calend. Januar. in Antiochia natale Drusi & sociorum ejus Zosimi, & Theodori. Lugduno Galliæ sancti Viatoris Episcopi. Remis, Nicasii Episcopi, & *Sacrepi. Viennæ Lupicini Episcopi, Aspediæ, Theodoli.

*Eutropia.

XVIII. Calend. In Africa natale Faustini, Lucii, Candidi, Celiani, Marci, Maximi, Januarii, Fortunati.

XVII. Calend. Ravennæ Valentini, Navalis, Agricolæ, Concordii. Arelato dedicatio Basilicæ & altaris S. Genesii martyris.

XVI. Cal. Sancti Ignatii Episcopi & Martyris, qui tertius Antiochiæ post Petrum Apostolum Episcopus, undecimo Trajani anno ad bestias vinctus Romam missus est, reli-

Digitized by Google

reliquiæ ductæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Dafniticam in cœmiterio Eccleſiæ. Sæc. IX. Anno. 855.

XV. Calend. Laodicea civitate Theotimi, Baſiliani. In Africa, Quinti, Simplicii, Pomponii & Pauli.

XIV. Calend. In Nicomedia Zoſimi, Cyriaci, Pauli, Secundi. Natale ſanctorum Anaſtaſii, & * Siddimi Epiſcoporum. Antiſiodoro Beati Gregorii Epiſcopi. * Syndimii.

XIII. Calend. in Thracia civitate (a) Gildo, Bajuli. Romæ Zephyrini Epiſcopi. In Oriente natale ſanctæ Teclæ Virginis, & S. Liberati. (a) vulgo Geldubæ, Scriver. not. MS. in Canif.

XII. Calend. Thomæ Apoſtoli, qui interpretatur abyſſus, & Didymus, hoc eſt Chriſti ſimilis. Hic Parthis & Medis prædicavit. Lancea enim ibi transfixus occubuit in Calamia Indiæ civitate: ibi ſepultus eſt cum honore XII. Calend. Januarias, & in Tuſcia Joannis & Feſti.

XI. Calend. in Antiochia natale ſancti Baſilei, & Romæ via Lavicana inter duos lauros natale ſanctorum XXX. Martyrum, qui omnes uno die coronati ſunt. Romæ via Portuenſi depoſitio ſancti Felicis Epiſcopi, & alibi paſſio Theodoſiæ virginis, & Didymi Monachi.

X. Calend. Natale Gregorii Presbyteri, qui temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum in Spoletana Urbe, ſub Flacco & Tircano Judicibus multa tormenta paſſus eſt, hoc eſt, primum fuſtibus nodoſis cæſus: poſtea in craticula ignea uri jubetur; ibique terræ motu magno facto intra civitatem Spoletanam oppreſſæ ſunt, pluſquam trecentæ animæ paganorum. Deinde in carcerem miſſus, & lampadibus ardentibus in lateribus accenſis, ad extremum verò in medio amphitheatro ab Aqualino ſpathario capite truncatus, ſicque ad æternam gloriam migravit. Depoſitio Victoriæ Romæ ſub Decio, quæ cum eſſet deſponſata viro pagano Eugenio, & nec nubere vellet, nec ſacrificare, poſt draconem peſtiferum de iilis locis expulſum, & poſt alia multa facta miracula, inter quæ virgines plurimas, quas ad ſerviendum Domino in ſpelunca, qua prius draco habitavit, adgregaverat, percuſſa gladio in corde a carnifice Thaliaco comite rogatu ſui Sponſi. Depoſita eſt autem X. Calend. earundem. In Nicomedia natale Martyrum XXXV. & in alio loco Evariſti, Victoris, & aliorum 532.

IX. Calend. Januarii in Tripoli civitate S. Luciani, & natale Sanctorum Metrobii, Pauli, * Zenoti, Theutini, Timiſti. In Antiochia Syriæ, natale ſanctarum virginum XL. Canonicarum, & aliorum II. ſimul Druſi & Donati. * Zenobii, Theotimi, & Druſi.

VIII. Calend. in Bethlehem nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem, & natale S. Anaſtaſiæ, quæ tempore Diocletiani primò duram, & immitem cuſtodiam a viro ſuo Publio perpeſſa. In qua tamen a Chryſogono Confeſſore Chriſti multum conſolata & confortata eſt. Deinde a Præfecto Illyrici in graviſſima æque & diuturna cuſtodia macerata eſt, in qua duobus menſibus refecta eſt cœleſtibus eſcis per S. Theodoten, quæ prius martyrium paſſa eſt; deinde navi impoſita cum ducentis viris, & ducentis fœminis, ut demergerentur in mari, perlata eſt ad Inſulas Palmarias, ubi per manus & pedes extenſa, & ligata ad palos fixos, & circa media ejus ignis accenſus eſt, in quo martyrium conſummavit, & omnes qui cum illa venerant, variis interfectionibus martyrium celebrârunt. Eodem die natale S. Eugeniæ virginis, quæ erat filia Philippi Præfecti Alexandriæ, & totius Ægypti ab Imperatore illuc transmiſſi. Hæc ergo propter fidem Chriſti, & caſtitatis amorem ſprevit ſecularem habitum, & delicias mundi: induta eſt veſte virili, & pergens ad S. Helenum Epiſcopum, ſimul cum Proto & Eugenio Eunuchis ſuis, per quem baptiſmate abluti, monaſterium Monachorum ingreſſi ſunt, ſub virili habitu monaſticè converſantes, ubi defuncto Abbate S. Eugenia in locum Abbatis ſtatuta eſt, ubi ſancta converſatione & miraculis claruit. Nam Melantiam quandam fœminam a febre ſigno crucis ſalvans: ſed Diabolo inſtigante ipſa Melantia eum ad concubitum ſuum pertrahere voluit, ſed cum hoc non conſenſiſſet, accuſavit eam, quaſi Eugenius Monachus & Abbas eum ſtuprare voluiſſet. Sed hæc omnia per Philippum Præfectum falſa inventa ſunt, quia ipſa Eugenia ſeſe fœminam eſſe demonſtravit, non virum. Hoc etiam conſiderato Philippus pater ejus, & Claudia mater, fratresque Eugeniæ, Auctus & Sergius, converſi ſunt ad fidem Chriſti, & baptizati ſunt. Poſtea vero S. Eugenia cum Proto & Hiacyntho Romam perrexit, ubi & martyrizata eſt juſſu Gallieni Imperatoris, per Nicetium Præfectum urbis, qui cum eam cogeret Deæ Dianæ ſacrificia exhibere, & illa nollet acquieſcere, imò ipſum ſimulachrum in pulverem redegiſſet, juſſit eam Præfectus ſaxo ad collum ligato in Tyberin projicere; ſed inde Dei gratia liberata, poſtea in fornacem ardentem miſſa eſt, ſed nullo modo ab igne eſt læſa. Noviſſimè verò in die natalis Domini, ſicut Salvator ipſe ei ante revelavit, per ſpiculatorem in cuſtodia poſita interfecta eſt. Sicque ad cœleſte regnum migravit.

VII.

Digitized by Google

SÆC. IX. VII. Calend. in oppido Hieroſolymitano Cofargamala paſſio S. Stephani primi Martyris & Diaconi.

ANNO 855. VI. Calend. (a) Adſumptio S. Joannis Evangeliſtæ apud Epheſum, & ordinatio Epiſcopatus S. Jacobi fratris Domini, qui ab Apoſtolis primus ex Judæis Hieroſolymis eſt Epiſcopus ordinatus, & medio Paſcha martyrio coronatus.

V. Calend. in Bethlehem natale ſanctorum Infantum lactantium, qui ſub Herode paſſi ſunt pro Chriſto.

IV. Calend. in Africa natale *Domici, Victuri, Creſcentii, Primiani, Lyboſi Epiſcopi, & Romæ, in cœmiterio Calliſti Felicis, & Bonifacii Epiſcopi de ordinatione. †

*Dominici, Victoris. †Videtur aliquid deeſſe.

III. Calend. Turonis depoſitio beati Perpetui Epiſcopi, qui ſancti Martini Eccleſiam ædificavit.

II. Calend. Depoſitio ſancti Sylveſtri Epiſcopi & Confeſſoris, & paſſio S. Columbæ virginis, Senonis ſub Aureliano Imperatore, quæ ſuperato igne cæſa eſt.

(a) Invaluit apud plurimos ea de *Joanne* opinio, eum non obiiſſe; id refert *Auguſtinus*, eam ſententiam ſuggillans. Alii obdormiviſſe, ſed mox in cœlo *aſſumptum* crediderunt: id aſſeruit *Hippolytus*, qui de duodecim Apoſtolis ſcripſit apud *Combefiſium*. Ne credas tamen illum eſſe *Hippolytum Portuenſem* qui vixit tertio ſæculo; diverſus eſt enim ille, referens Reliquias *Joannis*, cum fuiſſent quæſitæ, non eſſe inventas. Eadem ſenſiſſe videtur *Rabanus*, qui hic *aſſumptionem Joannis Evangeliſtæ* celebratam ſuo tempore contendit. BASN.

FINIS.

Digitized by Google

SYNODUS REGIATICINA.

A

CANISIO

Primum edita,

Ex Membranis MS. Monaſterii
S. Galli.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855.

AD

LECTOREM

CANISIUS.

HAc Synodus, *quantum ego opinari poßum, hactenus non cognita fuit. De Regiaticinà civitate quærendum cenſeo. Ita nimirum in his edendis propero, neque bono publico ſubtrahenda eſſe cenſeo, dum omnia inveſtigentur. Sunt docti, quibus hæc talia primo intuitu occurrent, qui vel unius horæ moram vix ferunt, ita avide expetunt, ut ejuſcemodi monumenta antiqua quam primum edantur. Ipſi in illis ornandis, & ſi opus ſit, in divinando prompti erunt. Ego de hac Synodo Regiaticina non habeo quæ adferam. Recienſem pagum, in quo Carolus & Ludovicus, Ludovici filii, paternum regnum, anno* 876. *diviſerunt, non auſim huc trahere. Tum etiam, quibus rationibus annum Chriſti* 850. *indictione* 14. *& HLotharii & HLudovici trigeſimum primum conciliemus? Non minus intricata æra conventus Ticinenſis anni Chriſti* 854. *indictione* 4. *HLudovici* 6. *Hæc monere volui, Lector, ut videas, quam bona fide in dandis his verſer, & ut habeas, in quo laudem merearis, ſi hæc corrigas ex aliquo MS. Codice: nam ut mihi conjecturas in his indulgeam, non ſtatui.*

AD-

Digitized by Google

355

Sæc. IX. Anno 855.

ADMONITIO AD LECTOREM DE SYNODO REGIATICINA;

Ex Litteris Nobiliſſimi & Ampliſſimi Domini Velſeri II. Viri Auguſtani.

DE Synodo Regiaticina in mentem venit, eam Ticini habitam. Legendum itaque: *In Urbe Regia Ticino facta Synodus.* Anno Chriſti 850. exeunti indictio XIV. convenit. Et cum Ludovicus Pius Anno 840. obierit 12. Kal. Iul. fit, ut Lotharius anno 850. extremo, regni undecimum egerit, quem loco trigeſimi primi reſtituendum cenſeo, mendum enim in his numeris manifeſtum eſt, cum Lotharius ne decimum ſextum annum impleverit. Filii Ludovici nomen adſcriptum difficultatem nullam habet. Volente enim patre à Sergio Pontifice coronatus, Imperator Auguſtus appellatus eſt, uti ex Adone conſtat. Annos vero filii à paternis non diſtinctos, brevitatis cauſa interpretor. De Angilberto Mediolanenſi Archiepiſcopo per hæc tempora expedita res eſt, ſive is ſecundus fuerit hujus nominis, ut Onuphrius exiſtimat, ſive primus, uti Cardinalis Boromæus beatæ memoriæ prodidit, qui provincialem Synodum ab eo celebratam ſcripſit, in qua inſtitutionem Cœnobii Sanctorum Iovitæ & Fauſtini ratam habuerit. Id verò in Ticina ſive Ticinenſi iſta, ut fieri potuit, ita factum eſſe, non auſim aſſerere. Impeditius Theodemanni Patriarchæ Aquileienſis nomen. Onuphrius enim in Chronico Endelmarium appellat. Sed exſtant apud me vitæ Patriarcharum Aquileienſium manuſcriptæ, in quibus Theudemarus dicitur, cum hoc elogio. *Theudemarus Patriarcha ſedit annos* XXI. *Hic etiam ſub Lothario & ſub Ludovico ejus filio, Eccleſiam mirabiliter gubernavit, & pro Gradenſi plebe reclamavit, & eam Papiæ obtinuit.* Ubi vides etiam digitum ad Ticinenſem Synodum quodammodo intendi.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

di. De Ioſepho nihil habeo, niſi ſuſpicari Eporedienſem Epiſcopum fuiſſe, cujus Cardinalis Baronius anno 844. & 853. meminit. Hæc Velſerus. Cui gratiores, ut opinor, gratias referre non poterimus, quam ut (a) Synodum patriam, hoc eſt, Auguſtanam, ex tenebris in lucem vindicemus, exſcriptam ex MS. Cod. celeberrimi monaſterii Weingartenſis, quem nobis ſuppeditavit ejusdem monaſterii Sacerdos & profeſſus R. P. Ioannes Rieberus, veterum & recentiorum librorum amans.

(a) Habetur ſuo loco & tempore, ſcilicet an. 952. quo fuit convocata. B.

JACOBI BASNAGII

DE HAC

SYNODO REGIATICINA

OBSERVATIO.

I. Quænam Urbs Regia Ticina.

Aniſii difficultatem ſolvit *Velſerus* in epiſtola quam etiam P. *Labbe* inſeruit Conciliorum editioni. Urbem enim in quâ convocata eſt illa Synodus levi correctione indicat. Fuit illa *Regia Ticina*: Divellas duo verba ab amanuenſi imperito conjuncta, & Urbem *Regiam Ticinam* fuiſſe locum Synodi ſtatim patebit.

II. Tempus Synodi.

II. Alia ſtatim ſuboritur quæſtio de tempore quo fuit habita illa Synodus. Legitur in Præfatione, fuiſſe convocatam anno 850. Imperatoris *Lotharii* 31. quæ duo convenire non poſſunt. Obſervat *Velſerus Lotharium* nequidem ſextum decimum annum impleviſſe, & mortuo *Ludovico Pio* anno 840. undecimum tantum Imperii annum egiſſe *Lotharium*, cum habita fuit *Synodus Ticinenſis* anno 850. unde conjicit hic eſſe mendum circa annos *Lotharii*.

Non diffiteor hic ineſſe mendum, ſed illud in ſupputatione annorum *Lotharii*, ut voluit *Velſerus*, non cubat. Imperavit ille annos 39. Argumentum habes ex Privilegio Monaſterio Corbeienſi conceſſo a *Benedicto* Pontifice hujus nominis tertio, in quo hanc clauſulam, quæ de-

erat

Digitized by Google

erat apud *Dacherium* repoſuit *Mabillonius*: *Datum nonas Octubrias imperante Domino noſtro Piiſſimo perpetuo Auguſto HLotario, a Deo coronato, magno Imperatore, anno triceſimo nono; & poſt conſulatum anno triceſimo nono. Sed et HLudovico novo Imperatore, ejus filio, anno ſeptimo, indictione IV.* Hic ſunt plurima obſervanda quæ lucem ſequentibus adferunt: 1. Privilegium Corbeienſe, datum a *Benedicto* III. conceſſum fuit anno 855. quo, menſe Auguſto, promotus fuit *Benedictus* ad Sedem Pontificalem, & quadrat indictio IV. quæ incidit in hunc annum. 2. Eo tempore obierat a paucis diebus *Lotharius*, ſed, ut obſervat Mabillonius, mortis ejus nuncium Romam nondum pervenerat. Quidquid ſit, triginta novem recenſentur anni ejus imperii, contra quam aſſerit *Velſerus*. 3. Numerantur totidem anni a primo ejus Conſulatu. Cum enim a *Juſtiniano*, qui jugem perpetuumque Imperatorum Conſulatum eſſe voluerat, ſingulis annis Conſules, ſi tamen *Mauricium* excipias, eſſent Imperatores. Ab ejus primo Conſulatu indicabantur anni imperii. Cum igitur 39. annos a primo Conſulatu transegerit *Lotharius*, eum totidem annos imperaſſe fit neceſſe.

Sæc. IX. Anno 855. De Re Diplomatica. l. V. c. 47. p. 440.

III. Obſervandum revera diverſimode recenſeri annos *Lotharii*. Anno ſcilicet 817. in imperii conſortium a parente *Ludovico* adſcitus eſt; confirmatus in Conventu Noviomagenſi; miſſus Romam, ut in Regem Longobardorum inungeretur a Pontifice an. 822. & anno ſequenti Regnum & Imperialem Coronam accepit a *Paſchale*; denique defuncto *Ludovico Pio* ſolus imperare cœpit an. 840. In diverſa abeunt Scriptores, & imperii tempus vel contrahunt, vel producunt, prout initia iſtius imperii collocant. *Benedictus* Papa ab anno 817. ſuam ducens epocham an. 855. Lotharium triginta novem imperaſſe, triginta novem annos ab ipſius primo Conſulatu effluxiſſe jure aſſeruit, in Concilio Ticinenſi, de quo nunc agitur, alia ſtatuitur epocha, nempe ab anno 823. quo a Pontifice fuit coronatus *Lotharius*. Hanc enim potiſſimum affectabat epocham ipſe Lotharius. An vero ut gratiam Pontificis ſibi conciliaret, dubium, cum *Benedictus* ipſe illam non ſequeretur, diverſamque amplecteretur, ut probatum ex Privilegio Corbeienſi. *Velſerus* vero ad mortem *Ludovici Pii* animum unice intendens, *Lotharium* non integros ſexdecim annos in imperio complevisſe tuetur: quæ ſingula aliquatenus ſunt vera.

III. Obſervatio circa annos Lotharii.

His obſervatis duo tamen eliciuntur: 1. Veritati conſentire quod legitur in præfatione Concilii Ticinenſis, *Lotharium* annos triginta unum imperaſſe, cum ab anno 823. ad 855. ſi numeres, trigeſimum primum imperii annum jam effluxiſſe, trigeſimum ſecundum incœpiſſe pateat. Illud igitur male impugnatur a *Velſero*. Secundo concluditur *Concilium Ticinenſe* non fuiſſe habitum anno 850. ut definitur in editione Labbeana, ſed anno 855. idque bina ratione: Prior, quia indictio IV. incidit in annum 855. nec poteſt unquam convenire anno 850. Poſterior vero, quod annus trigeſimus primus *Lotharii* conciliabitur cum anno 855. æræ chriſtianæ. Error igitur qui irrepſit in Præfatione illius Concilii incurrit in annum quo dicitur habitum Concilium, non vero in annos Lotharii, qui recte numerantur.

IV. Quo anno imperarit Ludovicus II.

IV. Legitur in eadem præfatione Concilii Ticinenſis *Ludovicum* Lotharii

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

rii filium tunc temporis fuisse *Augustum*. Id nullam habere difficultatem autumabat *Velserus*, eo quod *Ludovicus* à *Sergio* Pontifice appellatus & coronatus fuerat Augustus, ut ex *Adone* ipsi constabat. Id ipsum prius dixerat *Sigonius*, qui *Leonem Ostiensem* & vetera *Lotharii* Diplomata id probantia indicaverat. Falluntur viri docti; nam *Ludovicus* a *Sergio* Pontifice in Regem Longobardorum fuit inunctus an. 844. sed Imperator creatus est a Patre an. 849.

De regno occid. l. V. p. 195.

Illud probant primo veteres illi Scriptores, qui regnum Longobardicum a *Sergio* accepisse *Ludovicum* testantur, cum magno comitatu stipatus Romam venit an. 844. Testis est *Anastasius*, quem male *Baronius* interpretatur, quasi per Regnum Longobardorum intelligendum foret Imperium. Eadem habet *Wernerus Rolewink* in fasciculo temporum, qui *Regem* non Imperatorem coronatum a *Sergio* Ludovicum narrat. Secundò probatur ex Privilegio Corbeiensi superius memorato: in eo enim indicatur Ludovicum regnasse annos VII.

Ætas Sexta p. 66. Hist. Germ. t. 3.

Si *Ludovici* annos computes ex Itinere Italico quo Romam ingressus, a *Sergio* coronatus est Rex Longobardorum, effluebat undecimus annus *Ludovici*, cum *Benedictus* vulgavit Privilegium Corbeiense anno 855. Si vero eos recenseas a donatione Imperii, concessa a *Lothario* an. 849. ut notavimus, erit tantum annus vel sextus elapsus, vel septimus inchoatus *Ludovici*. Observa a Benedicto Pontifice datum esse Privilegium Corbeiensibus Monachis; illum autem non potuit latere coronatio *Ludovici* a *Sergio* facta, eam tamen omittens annos Imperii septem tantum *Ludovico* tribuit. Observa itidem Pontificem Imperii *Ludovici* initia non ducere vel a *Sergio*, vel a *Leone* IV. sed a concessione *Lotharii:* Agnoscens Imperium non ab auctoritate Pontificum, nec ab ipsa coronatione, sed e *Lotharii* Parentis Augusti donatione fluere. Tertiò testatur *Sigonius* se vidisse Diplomata *Lotharii*, quibus facile probatur *Ludovicum* a *Sergio* Augustum fuisse appellatum; quæ sunt illa Diplomata non indicat: Sed diversa plane habet *Mabillonius* de Re Diplomatica libro sexto. Quippe in commutatione facta inter *Ludovicum* II. & *Siferiandum* indicatur annus *Ludovici* XXII. indictione V. In altero de *Bectorrita* indicatur annus Imperii XXV. die VIII. mensis Augusti, indictione VII. quæ Diplomata confecta sunt an. 872. & 874. Ex iis concludas, non nisi desinente anno 849. Imperatorem fuisse *Ludovicum* a Parente creatum, non vero a Sergio prius defuncto coronatum, contra quam contendunt viri eruditi *Sigonius*, *Baronius*, *Velserus*, & *P. Labbe*, qui epistolam *Velseri* descripsit.

p. 102. p. 542.

V.

De Angilberto.

V. Habetur in eadem præfatione *Concilii Ticinensis*, *Angilbertum* Mediolanensem fuisse unum ex Præsidibus. Ille *Angilbertus Onuphrio* secundus est Mediolanensis Episcopus hujus nominis, *Borromæo* vero primus. Quidquid sit, *Angilbertus* ab Ecclesia Romana secesserat anno 844. *parum comperta de causa*, inquit Sigonius, *tantumque exemplo in posterum valuit, ut non nisi post ducentos annos Ecclesia Mediolanensis ad Romanæ obedientiam autoritatemque redierit.* Causam defectionis aperuit ipse, ni fallor, apud *Ripamontium Angilbertus*; nam ita depravatam reperit Ecclesiam, ut vix ulla fides vel pietas apud Romanos superesset.

VI.

Digitized by Google

VI. Secundus fuit Præſes *Theodemannus Aquileienſis Patriarcha.* nomine dubitat *Velſerus*, eo quod *Onuphrius* habeat *Endelmarium*, *Jo-annes Candidus* de rebus Aquileienſibus libro quarto ipſum *Hendelmarium* appellat; obſervavit tandem in vitis Patriarcharum Aquileienſium, quas apud ſe manuſcriptas ſervabat, dici *Theudemarum : Theudemarus Patriarcha ſedit annos* XXI. *Hic etiam ſub Lothario & ſub Ludovico ejus filio eccleſiam mirabiliter gubernavit & pro Gradenſi plebe reclamavit & eam Papiæ obtinuit.* De Sæc. IX. Anno 855. VI. De Theodemanno.

Ni fallor eadem ſunt nomina diverſimode ab amanuenſibus ſcripta, prout fieri ſolet. *Theodemanum* ſeu *Theudemarum* patet vixiſſe temporibus *Ludovici* II. quinimo indicatur in ejus vita *Ticinenſis* illa *Synodus*, de qua nunc agitur.

VII. Obſervari debet potius *dici Patriarcham Aquileienſem* poſterio-rem tamen locum poſt Angilbertum Mediolanenſem occupaſſe. Diſceptabant a longo tempore Prælules illi de dignitate. Sexto Sæculo fuerunt pares, ita ut, referente *Pelagio* Pontifice, Aquileienſis Mediolanenſem Archiepiſcopum, Mediolanenſis Aquileienſem Patriarcham ordinaret. Sed Sæculo nono Mediolanenſis primatum illum quem a primis Sæculis habuerat recuperavit. Sedes enim illa vindicatur prima poſt Romam & Ravennam in Teſtamento *Caroli Magni*, deinde ſequitur Forojulium. Forojulienſis autem eccleſia erat Aquileienſis, quæ non niſi quarta apud Italos ordine procedebat. Roma prior, deinde Ravenna ob Imperium ab exarchis ipſi collatum, tertio Mediolanum, quarto denique Aquileia. Idem hic probatur ordo; Aquileienſes autem fuerunt nomine tantum Patriarchæ. VII. De Patriarchatu Aquileienſi.

VIII. Tertius denique Præſes fuit *Joſeph Epiſcopus & Archicapellanus totius Eccleſiæ.* 1. *Joſeph* ille Eporedienſis Epiſcopus, aderat jam in eo Concilio Epiſcoporum habito Romæ anno 844. adverſus Romanum Pontificem, per dies ſingulos conflictum novi certaminis cum Epiſcopis & proceribus commovente. 2. Ille *Joſeph* Epiſcopus Taurinenſi ſubjectus nihilominus inter Præſides Concilii recenſetur, quia Capellani Regum omnibus Epiſcopis in Concilio præibant. Erant Principi à ſecretis, unde Archi-Cancellarii dicti ſæpius. Et quanquam prohibitum ſuiſſet a Concilio Cabillonenſi anno 813. Presbyteris villicis Cancellarios agere, nihilominus juris id retinuerunt diu Principes, ut ipſorum Capellani tali munere apud eos fungerentur. 3. Dicitur *Joſeph totius Eccleſiæ* Archicapellanus, ea ſcilicet ratione, quod omnes eccleſiaſticæ controverſiæ ad eum deferrentur; quemadmodum lites civiles proponebantur Comitibus Palatii judicandæ. VIII. De Joſepho Archicapellano.

IX. Sequitur alia *Synodus Ticinenſis* eodem anno habita, quamquam aliter autumaverit P. *Labbe*, eædem enim occurrunt notæ caracteriſticæ illud indicantes. Primò indictio IV. quæ incidit in an. 855. Secundò ſextus aſſignatur annus *Ludovici*, qui Auguſtus appellatus eſt a patre anno 849. ut ſuperius probatum. Ideo illas Synodos divellere nobis non licuit. IX. De alia Synodo Ticinenſi.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855. licuit. Obſerva hic *Ludovicum* ſolum Auguſtum indicari. Obierat enim *Lotharius* tertio Kal. Octobris Prumiæ, ubi ante aliquot dies veſtem monachicam induerat. Differt igitur Conventus ille a Synodo ſuperiori, in qua *Lotharius* adhuc memorabatur. Ille tamen Conventus habitus eſt eodem anno ac ſuperior, cum conveniant anni Regni *Ludovici* & ipſa indictio. Emendanda igitur præfatio Conventus, in qua dicitur convocatus apud Caniſium anno 854. apud Labbe anno 853. quod fieri non potuit, cum in vivis adhuc eſſet his temporibus *Lotharius*. Optime rejicitur in annum 855. quo revera diem ultimum clauſerat. Fuſius forſan de his rebus; ſed obſervationes noſtras poſtulare videbatur non modo rei obſcuritas, ſed & autoritas eruditiſſimi *Velſeri* diverſa prorſus aſſerentis.

FINIS.

AD-

Digitized by Google

SYNODUS REGIATICINA.

SÆC. IX. ANNO 855.

ANno incarnationis * Dominicæ Dcccl. Ind. xiii. & HLotharii atque HLudovici piiſſimorum Auguſtorum xxx. atque primo, in urbe Regiaticino facta Synodus, cui præſederunt Angilbertus Mediolanensis Archiepiscopus, Theodemanus Aquileiensis Patriarcha, & Joseph venerabilis Episcopus atque Archicapellanus totius Eccleſiæ, in qua hæc conſtituta ſunt.

* *Hæc diſſicultatem habent, ut monui ad lectorem.*

CAP. I.

DEcrevit ſancta Synodus domeſticam & interiorem Epiſcopi converſationem totius reprehenſionis atque ſuſpicionis impenetrabilem fieri debere, ut juxta Apoſtolum provideamus bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Oportet igitur, ut cubiculo Epiſcopi, & ſecretioribus quilibet obſequiis ſinceræ opinionis ſacerdotes & Clerici aſſiſtant, qui vigilantem, orantem, ſacra eloquia ſcrutantem, Epiſcopum ſuum jugiter attendant, ejuſque ſanctæ converſationis teſtes, imitatores, & ad Dei gloriam prædicatores exiſtant. *Rom.* 12, 17.

CAP. II.

STatuimus, ut non tantum Dominicis diebus, & præcipuis feſtivitatibus Epiſcopi Miſſas celebrent, ſed cum poſſibile fuerit, cottidiana quoque ſacrificia frequentent: nec faſtidiant privatim, primùm pro ſe, deinde pro Conſacerdotibus, pro Regibus & cunctis Eccleſiæ Dei rectoribus, proque his, qui ſe orationibus ipſorum peculiariter commiſerunt, & maxime pro pauperibus preces fundere, & Omnipotenti Deo hoſtias offerre, comitante pia compunctione, & ſacræ devotionis affectu, quod magis occultè ſacrificantibus convenit, ut ipſe quoque ſacerdos hoſtia viva fiat, & ſacrificium Deo ſpiritu contribulato.

CAP. III.

PLacet Epiſcopum moderatis epulis contentum eſſe, ſuoſque convivas ad comedendum & potandum non urgere, quin potius ſemper ſe ſobrietatis præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convictu cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra ſpectacula, non *acromatum vaniloquia, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurriles admittantur præſtigiæ. Adſint peregrini & pauperes, & debiles, qui de ſacerdotali menſa Chriſtum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio: ſubſequatur vivæ vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imo verbi ſpiritalis alimento convivantes ſe refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

* *acroamatum.*

CAP. IV.

UT Epiſcopus omnes affectiones, quæ à ſancta converſatione, & ſacerdotali abhorrent officio penitus repudiet: & non canibus, aut accipitribus, vel capis, (a) quos vulgus *Falcones* vocat, per ſeipſum venationes exerceat, equorum quoque mulorumque ſuperfluam curam contemnat, pretioſarumque veſtium cultum & diſſolutum,

(a) Labbe *quod.*

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855.

lutum, ac velut ad pompam compositum vitæ. Incensum sit Sacerdotis eloquium, spiritali sale conditum, non curiosis & protervis & coturnosis vocibus tumidum. Sit sermo Episcopi juxta Evangelium: Est, Est, Non, Non. Si quid enixius affirmandum duræ forsitan audientium mentes exigunt, more potius Apostolico interponat suæ locutioni, Deus scit; aut, Coram Deo, quàm per Imperatoris gratiam, sicut militantibus seculo jurare celebre est, sua dicta confirmet. Purgetur sanè, Domino suffragante ab omni levitate atque jactantia dignitas Episcopalis, ut omnibus Christianis bonæ conversationis speculum fieri valeat.

CAP. V.

UT Episcopi Canonicas scripturas, & sancta dogmata jugi meditatione discutiant, & Presbyteris ac clericis suis subtilius tractando, & differendo occultos sacrarum literarum thesauros aperiant, populis vero juxta ipsorum capacitatem Dominicis & festis diebus verbum prædicationis impendere non neglegant. Quod si quis se deinceps ab hac observatione, & ab his quæ superius sunt statuta, subtraxerit, tanquam proprii desertor officii divinis legibus subjacebit.

CAP. VI.

SOllicitè procurent Episcopi quam diligentiam erga plebem sibi commissam unusquisque Presbyterorum gerat. Oportet enim ut plebium Archipresbyteri per singulos unumquemque patremfamilias conveniant, quatenus tam ipsi, quam omnes in eorum domibus commorantes, qui publicè crimina perpetrarunt, publice pœniteant. Qui verò occulte deliquerunt, illis confiteantur, quos Episcopi & plebium Archipresbyteri idoneos ad secretiora vulnera mentium medicos elegerint; qui si forsitan in aliquo dubitaverint, Episcoporum suorum non dissimulent implorare sententiam. Si verò Episcopus hæsitaverit, non aspernetur consulere vicinos Episcopos, & ambiguam rem alterius, aut certe duorum vel trium fratrum examinare * concessu. Quod si adeò aliqua obscuritate vel novitate perplexa res fuerit, si quidem diffamatum certæ personæ scelus est, metropolitani & provincialis Synodi palàm sententia requiratur: ut illud impleatur Apostoli: Peccantes publicè argue, ut & cæteri metum habeant. Si autem occulta confusio est, & is, à quo quæritur salutis consilium, explicare non sufficit, potest suppresso facinoroso nomine qualitas quantitasque peccati discuti, & congruus correctioni modus inveniri. Similiter autem & singulis urbium vicinis & suburbanis per municipalem Archipresbyterum, & reliquos ex Presbyteris strenuos ministros procuret Episcopus, habita penitus in rebus dubiis observatione, quæ superius (a) prexa est.

*f. confessu.

(a) præfixa

CAP. VII.

OPortet etiam per oppida singula, villasque curam gerere Presbyteros, qualiter pœnitentes impositam sibi abstinentiæ formam custodiant, & utrum eleemosynarum largitione, vel aliis remissionem peccatorum promerentibus piis operibus inserviant, & qua cordis contritione vel lamentatione seipsos afficiant, ut hac consideratione pœnitudinis, tempus rationalem possit accipere terminum, & vel extendatur, si pœnitens negligenter injuncta prosecutus est, vel brevietur, si desideranter veniæ placationem studuit promereri. Reconciliatio vero pœnitentium, juxta antiquorum Canonum instituta, non à Presbyteris, sed ab Episcopis fieri debet, nisi fortè quis in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari devotè petierit: Si Episcopus absens fuerit, debet utique Presbyter consulere, & sic pœnitentem ejus præcepto reconciliare. Aliter autem sicut nec chrismatis confectio vel puellarum consecratio, ita nec pœnitentium reconciliatio ullatenus a Presbyteris fieri debuit: quia solis Episcopis Apostolorum vicem tenentibus per manus impositionem specialiter in Ecclesia conceditur, quod tunc Apostolis ad ipsos Domino dicente concessum est: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

CAP.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

CAP. VIII.

ILlud quoque ſalutare ſacramentum, quod commendat Jacobus Apoſtolus dicens: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum; & ſuſcitabit illum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittetur ei, ſolerti prædicatione populis innoteſcendum eſt, magnum ſanè & valdè appetendum myſterium, per quod ſi fideliter poſcitur, & remittuntur, & conſequenter corporalis ſalus reſtituitur; ſed quia frequenter contingit, ut ægrotus aliquis aut ſacramenti vim neſciat, aut minus periculoſam reputans infirmitatem, ſalutem ſuam operari diſſimulet, aut certè morbi violentia obliviſcatur, debet eum loci Presbyter congruenter admonere, quatenus ad hanc ſpiritualem curam, ſecundum propriæ poſſibilitatis vires, vicinos quoque Presbyteros invitet. Hoc tamen ſciendum, quia ſi is, qui infirmatur, publicæ pœnitentiæ mancipatus eſt, non poteſt hujus myſterii conſequi medicinam, niſi prius reconciliatione percepta communionem corporis & ſanguinis Chriſti meruerit. Cui enim reliqua ſacramenta interdicta ſunt, hoc uno nulla ratione uti conceditur. Si autem infirmi qualitas talis eſt, ut per ſeipſum viſitandum & unguendum dignum exiſtimet Epiſcopus, ab ipſo quàm plurimum competenter fieri valet, a quo ipſum Chriſma conficitur, & cui peccata remittendi officio privilegii poteſtas conceſſa eſt.

CAP. IX.

EX diverſis partibus perventum eſt ad ſacram Synodum, quod quidam parentum filias ſuas, cùm ad nubilem pervenerint ætatem, eaſque pro ſuo modulo ſatis convenienter nuptum tradere poſſint, diutius quam neceſſe eſt, ſecum detineant; unde ſæpe contingit, ut in ipſa paterna domo corrumpantur, fertur & de * quibus, quod dictu quoque nefas eſt, ipſos parentes filiarum ſuarum corruptoribus, † conhibentiam præbere, & natarum ſuarum lenones exiſtere. Monendi igitur a Presbyteris ſunt patresfamilias, ut filiabus ſuis tempeſtivè nuptias provideant, & calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant, primum ſcientes quia tales, etſi poſt corruptelam legitimis viris copulatæ fuerint, non poſſunt tamen cum ſponſo pariter ſolenne benedictionis *ſacerdote munus percipere. Deinde ſi in eorum domibus tale nefas † eſt, acciderit: ſi quidem illis neſcientibus pro ſola negligentiæ culpa, pœnitentiæ ſubjiciendi ſunt. Si verò ‡ corruptionis turpitudinem ipſi conſenſerint, major his, qui prohibere debuerant, pœnitentiæ ſarcina, quàm ipſis qui perpetrarunt, imponenda eſt. Ad ultimum verò hoc noverint, eccleſiaſticis * ſanctibus eſſe præfixum, ut nullus † plu pœnitens, uſque ad tempus ‡ per pœnitentiæ conjugium contrahere valeat, & hac ratione corruptam filiam non poſſe conjugio copulari, quouſque per publicam pœnitentiam, & ipſa & parentes, ſi fortè conſenſiſſe probati fuerint, reconciliationem & ſacri altaris communionem obtinere meruerint.

*ſ. quibusdam, †conniventiam.

*deeſt à. †ſed eſt. abundant hæc verba. ‡vid. deeſſe in *fortè ſanctionibus. †publicè ‡perfectum vel peractum.

CAP. X.

DE raptoribus verò, antiquorum Patrum ſtatuta ſequentes, hoc tenendum cenſemus, ut ſi eas rapuerint, quæ cum ſponſo pariter benedictione ſacerdotali initiatæ ſunt, licet eaſdem corruperint, abſtrahantur tamen ab his, & propriis ſponſis reddantur: quæ verò vel viduæ vel adhuc ſponſæ non fuerunt, & abſque ipſarum & parentum voluntate rapiuntur, nihilominus parentibus vel propinquis reſtituantur, & aliis, ſi voluerint, nubant: nam ipſis a quibus raptæ ſunt legitimæ demum uxores nullatenus eſſe poſſunt, ipſos autem raptores, eiſque auxilium præbentes, quanquam anathematizandos antiqui canones præcipiant, in ultimo tamen conſtitutis, ſi devotè poſtulaverint, ſacræ communionis viaticum pro miſericordia dandum non negamus. Quod ſi aliquis de ordine clericali hujuſmodi transgreſſoribus cooperator exſtiterit, proprii gradus honore carebit.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855.

CAP. XI.

INveniuntur nonnulli per diversas Provincias & civitates habentes possessiones, qui cum aliquod publicè scelus perpetraverint, & ab Episcopo vel Presbyteris loci conventi fuerint, ut pœnitudinem gerant, ab alterius civitatis Episcopo vel Presbytero se jam pœnitentiam suscepisse vel suscipere velle fateantur, atque ita sibimet illudentes Deo mentiri conantur. Tales ergo ab Episcopo civitatis, in cujus parochia scelus commissum est, statim communione privati ad agendam pœnitentiam cogantur. Scribet autem qui eum communione privaverit aliis quoque Episcopis in quarum parochiarum territoriis hujusmodi prædia possidet, ut & ipsi non scientes a sua illum communione removeant: ne fortè postmodum per ignorantiam sibi subreptum querantur. Manifesta etenim & ecclesiastica sanctio continet, ut qui ab uno Episcopo excommunicatus est, ab aliis ei non debeat Episcopis communicari.

CAP. XII.

HOc autem omnibus Christianis intimandum est, quia hi qui sacri altaris communione privati, & pro suis sceleribus revendis (reverendis) aditibus (fortè adytis) excluſi publicæ pœnitentiæ subjugati sunt, nullo militiæ secularis uti concilio, nullamque Reipublicæ debent administrare dignitatem, quia nec popularibus gentibus eos misceri oportet, nec vacare salutationibus, nec quorumlibet causas judicare, cum sint ipsi divino addicti judicio. Domesticas autem necessitates curare non prohibentur, nisi fortè propter scelerum, ut sæpe fit, enormitatem conscientiæ stimulis exagitati, & in se perculsi, ipsius privatæ rei administrationem implere nequiverint. Qui verò administrationem Episcopi seu Sacerdotum perpetrato palam scelere pœnitentiæ remedium suscipere noluerint, magis abjiciendi sunt, anathematizandi scilicet, tanquam putrida ac desperata membra ab universalis Ecclesiæ corpore dissecandi, cujusmodi jam inter Christianos nulla legum, nulla morum, nulla collegii participatio est, quibus neque in ipso exitu communicatur, & quorum neque post mortem saltem inter defunctos fideles commemoratio fit; sed si ad hoc irrevocabile judicium obdurati cordis contemptus trahit, non sine magna tamen examinatione veniendum est, & omnia Sacerdoti prius experienda, nec absque Metropolitani cogitatione, & provincialium Episcoporum communi judicio quemlibet anathematizandum esse permittimus.

CAP. XIII.

PRopter assiduam erga populum Dei curam singulis plebibus Archipresbyteros præesse volumus; qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant, verum etiam eorum Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiant, & qua unusquisque industria divinum opus exerceat, Episcopo suo renunciet; nec obtendat Episcopus non egere plebem Archipresbytero, quod ipse eam per se gubernare valeat, quia etsi valdè idoneus est, decet tamen ut partiatur onera sua; & sicut ipse matrici præest, ita Archipresbyteri præsint plebeis, ut in nullo tituber ecclesiastica sollicitudo: cuncta tamen ad Episcopum referant, nec aliquid contra ejus decretum ordinare præsumant.

CAP. XIV.

QUia non tantum a secularibus personis, imò & ab ipsis Præsularibus, quod minimè decuit, tam virorum quam fœminarum monasteria destructa inveniuntur: placuit sanctæ Synodo, ut ab Episcopis primùm eorum status recuperationis sumat exordium, & omnia monasteria, quæ sub sua potestate, protinus restaurentur; & quicunque Episcoporum ad venturam sequentis anni, Domino propitio, Synodum, monasteria, quæ sub sua potestate neglecta fuerant, aliqua ex parte recuperasse repertus non fuerit, excommunicetur.

CAP.

Digitized by Google

SÆC. IX ANNO 855

CAP. XV.

SImiliter & de ſinodochiis (xenodochiis) ſtatuimus, ut quæque in Epiſcoporum ſunt poteſtate, ſecundum diſpenſationem eorum, * quia inſtituerunt, gubernentur. Quæ autem ſub defenſione quidem ſunt Eccleſiæ, ſed juxta † inſtitutum decreta per hæredes vel pertinentes, qui religioſam vitam duxerunt, regi debent: procuret Epiſcopus, ut ab eis non negligantur: & ſi in aliquo malæ tractationis obnoxii reperiuntur, eccleſiaſticæ ſubjaceant diſciplinæ. Quod ſi hæredes ſive clerici ſive ſæculares adeò importunè contra majorum ſuorum decreta ire tentaverint, ut teſtatoris inſtitutionem ſupprimere vel obſcurare nitantur, & inter ſe ſinodochii ſubſtantiam dividere, nuncietur ſacratiſſimo Imperatori, ut ejus auctoritate hujuſmodi transgreſſorum nequitia coërceatur.

* *qui inſtituerunt.*
† *inſtitutorum.*
xenodochii

CAP. XVI.

SUggerendum eſt beatiſſimis Imperatoribus, quia hi qui monaſteria & ſinodochia ſub defenſione ſacri Palatii poſuerunt, ideo feciſſe probantur, quod a nullo melius, quam a ſummis poteſtatibus protegenda crediderint; & ſi ea contra decreta inſtitutorum, perſonis quibus non licet dederint, ipſi impugnatores efficiuntur, qui propugnare debuerunt, & cavendum ſummoperè principibus, ut quia minime nunc judicantur, ne in futuro judicio ab omnipotenti Deo gravius judicentur, ſecundum Apoſtolum: Etenim horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. Nos verò qui debitores ſumus, ut fideliter annunciemus, idcirco humiliter ſuggerimus, quod ſilere non audemus.

CAP. XVII.

OMnes Chriſtianos ſcire oportet, quia omnium rerum ſuarum decimationem Deo fideliter reddere debet, & ſecundum Epiſcoporum diſpoſitionem ſacerdotum & reliquorum clericorum uſibus, cæteriſque eccleſiaſticis utilitatibus diſtribuendæ ſunt. Qui vero eas ſuo arbitrio, & non ſecundum diſpoſitionem diſpenſare conatur, duplicem reatum incurrit: unum quia dominicam ſubſtantiam impiè ſubtrahit: alterum, quia rem ſacram ſacrilega temeritate violare præſumit. Quisquis igitur poſt admonitionem Epiſcopi & Sacerdotum decimas dare contempſerit, pro ſuo arbitrio quibus dandæ non ſunt; dare præſumpſerit, tanquam divinarum ſanctionum contemptor & temerator ſacerdotali eſt vigore plectendus, & ſacræ communionis participatione removendus.

CAP. XVIII.

NUlla ratione Clerici aut Sacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina & providentia gubernantur. Tales enim Acefalos, id eſt, ſine capite priſca Eccleſiæ conſuetudo nuncupavit. Docendi ſunt igitur ſeculares viri, ut ſi in domibus ſuis myſteria divina jugiter exerceri debeant, quod valdè laudabile eſt, ab his tamen tractentur, qui ab Epiſcopis examinati fuerint, & ab ordinatoribus ſuis commendatitiis litteris comitati probantur, cum ad peregrina forte migrare eſt. Si quid ergo contemptores Canonum extraordinariè & illicite miniſtrantes, & divina ſacramentaliter violantes inveniuntur, primum ab Epiſcopo uterque amoveatur, & vagans ſcilicet Clericus vel Sacerdos, & is qui ejus uſurpativo fruitur officio, & ſi noluerint ſe ab hac temeritate compeſcere, excommunicentur.

CAP. XIX.

SEd & ille exceſſus omnino inhibendus eſt, quo quidam ſæculares viri Presbyteros, aut alios clericos, conductores, vel procuratores, ſive exactores fiſcalium rerum vel redituum aut vectigalium conſtitunnt. Si quis igitur deinceps hujus exorbitationis rerum inventus fuerit, uterque excommunicetur tam ipſe qui conſtituit, quam ille qui indigne paruit.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 855.

CAP. XX.

OMni ratione caret, & religioni Christianæ noxium & contrarium noscitur, ut Judæi a Christianis vectigalia exigant, aut ullas civiles aut criminales causas inter Christianos judicandi locum habeant. Quicunque igitur judiciariæ potestatis super Christianos aliquam administrationem judicio tractare permiserint, à Christiana communione pellantur.

CAP. XXI.

QUia terribiliter Propheticus sermo minatur ad usuram dantem & amplius accipientem, in æternum non esse victurum, & non habitaturum in tabernaculo altissimi, nec requieturum in monte sancto Dei, censemus ut quique hoc perpetrasse inveniuntur, si supersunt, a quibus usuras exegerunt, ipsis restituant, quæ superabundantius abstulisse probantur. Si autem decesserint, hæredibus eorum saltem medietatem refundant, aut eleemosynis redimant, quod cupiditate deliquerunt. Deinceps vero qui hæc sectari inventus fuerit, si laicus est, excommunicetur: Sacerdos autem vel Clericus, si ad Episcopi admonitionem, ab hoc turpi & pestifero negotio se non cohibuerit, proprii gradus periculum sustinebit.

CAP. XXII.

COmperimus, quod ab his, qui secundum mundanas leges viduarum & orfanorum tutelam sibi vindicant, non solum nec regantur, verum etiam aliquoties opprimantur, * qui sibi Ecclesiastica sollicitudine succurrendum censemus: Et si hujusmodi suppressores ad Episcopalem admonitionem corrigi voluerint, gratulandum his est: si autem in obstinatis impietate duraverint, suggerendum clementissimo Imperatori, quatenus ipse efficacem tutorem eis tribuat, ut & illi remuneratio reddatur a Deo & de inutili silentio sacerdotalis ordo non damnetur.

* f. quibus.

CAP. XXIII.

QUidam Clericorum vel Monachorum peregrinantes per diversas vagando provincias & civitates, multiplices spargunt errores, & inutiles quæstiones disseminant decipientes corda simplicium, de his decrevit sancta Synodus, ut ab Episcopo loci detineantur, & ad Metropolitanum deducti discussione Ecclesiastica examinentur, & si vanitatis atque jactantiæ, non autem utilitatis aut doctrinæ caussa, has inquietudines ferere reperiuntur in populis, velut Ecclesiasticæ pacis perturbatores congruenti disciplina macerentur.

CAP. XXIV.

INventi sunt multi, & maximè de rusticis, qui adultas feminas sub parvulorum filiorum nomine in domibus suis introduxerint: & postmodum ipsi soceri nurus suas adulterasse convicti sunt. Idcirco inhibendum decernimus, ut nulli deinceps imperfectæ ætatis puero adulta fœmina jungatur, sed cum ad ætatem idoneam adolescentes venerint, tunc legitimo possint conjugio copulari.

CAP. XXV.

QUia pestiferas adhuc stirpes & reliquias artis magicæ in tantum vigere ad nos perlatum est, ut quædam maleficæ illicitum amorem aliorum mentibus, aliis verò odium immittere dicantur, quædam etiam ita venenariæ sunt, ut quosdam peremisse multo populi rumore deferantur, hujusmodi diaboli ministras diligenti examinatione proditas, sub acerrima pœnitentia redigendas statuimus, & in ipso tantum exitu, si tamen prius digna pœnitentiæ opera fecerint, reconciliandas esse permittimus.

De

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

De rebus vero ſæcularibus hæc ſtatuit Piiſſimus Imperator HLudovicus, quæ glorioſi quoque genitoris ejus HLotharii Sereniſſimi Auguſti auctoritate firmata ſunt.

CAP. I.

PErventum eſt ad nos, quod eos, qui Romam orationis cauſſa pergunt, vel qui negotiandi cauſſa per regnum noſtrum diſcurrunt, collecti latrones diripiant, eosque aliquoties vulnerent vel occidant, & eorum bona diripiant, ideo volumus, ut Comites noſtri eorum (a) Scudaſſii adjunctis ſecum vaſallis Epiſcoporum, ſi neceſſitas fuerit, ubicunque tales fuerint, ſtudioſiſſimè perquirant, ut eos capiant atque diſtringant. Et ſi hujus criminis reos invenerint, pœnas in legibus poſitas erga eos abſque ulla negligentia exequantur: ut ab his malefactoribus regnum noſtrum purgetur, & qui in noſtra fiducia huc veniunt, ſive orationis ſive negotiandi gratia, ſalvi eſſe poſſint. Sciat autem unuſquiſque fidelium noſtrorum, quia quiſque Comes, & quilibet publicus miniſter hujuſmodi malefactoribus aut aſſenſum præbuerit, aut eos qui perſequi neglexerit, noſtræ indignationis motum ſentiet, & proprio honore privabitur.

CAP. II.

SEd & hoc comperimus, quia ex diverſis locis hujuſmodi noxii homines inter ſe conſpirent, & diverſos comitatus circumeuntes prædas & rapinas per villas ſeu per vias, vel per ſilvas faciant; & innocentes homines deprædentur & ſpolient, & hi quoque ſimiliter volumus, ut diligenti ſtudio perquiſiti capiantur & diſtringantur, & ſi obnoxii hujus ſceleris inventi fuerint, legalibus pœnis abſque ulla dilatione ſubjiciantur, ut hujuſmodi inquietudo, & injuſta direptio à populo noſtro auferatur, & liceat omnibus ſub noſtra ditione degentibus cum ſalvatione ac pace vivere, ut ordo reipublicæ ſecundum juſtam adminiſtrationem prorſus ſalvus & quietus permaneat.

CAP. III.

AUdivimus quoque quod quidam domos & poſſeſſiones habentes, concilient ſibi atque conſocient latrones aliunde venientes, eoſque occultè foveant & ſolacientur ad tale facinus perpetrandum, ut quidquid ipſi ex pernicioſo opere adquiſierint, cum eis partiantur: quod genus malefactorum peſſimum judicamus, quia non ſolum ipſi mala peragunt, ſed etiam aliorum opere & officio ad ſcelera utuntur. Ubicunque igitur in tali ſuſpicione quilibet venerit, & rumor in populo diſperſus fuerit, quod hæc facinora exerceat, ſi adhuc prolatum eſt, cum duodecim ſe purget: ſi autem in aliquo manifeſtatus aut deprehenſus eſt, ſtatim capiatur & diſtringatur, & damnationem legibus præfixam ſuſtineat. Ubicumque vero ſive manentes ſive vagantes latrones comprehendere publici muneris adminiſtrator voluerit, & ille ſe defenſare conatus fuerit, ſi inter hæc fortè eundem latronem occidi contigerit, nulla is, qui eum occidit, damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias à parentibus, aut ullam perſecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo ſuſtineat. Quod ſi aliquis ejus ſenior aut propinquus propter hoc vindictam facere conatus fuerit, & judex publicus eum compeſcere non potuerit, per fidejuſſores idoneos talis perſona ad noſtram deducatur præſentiam, ut complices &

(a) Legi debet *Scuthais*, is eſt qui animadvertit in legum transgreſſores. Ut *Marhais*, qui juſſionem habent in equos: nam *Mar* nos dicimus *Merri*, eſt equus fœmina. *Paulus Warnefridus* in Hiſt. Longob. circa finem p. 232. edit. nov. Riphelengianæ ſic habet: *Subſecutus hos Rector loci, quem Schuldhais patria lingua dicunt. Et Leges Longobardorum* tit. CXV. §. 1. *Si quis Schulthais aut actorem Regis occiderit.* Leges *Luitprandi* Regis tit. XX. §. 1. & alibi. Servatur etiamnum hæc vox in plurimis Germaniæ locis. *Scriverius* not. MS. in *Caniſ.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855. & fautores ſceleratorum noſtra animadverſione plectantur. Ubicunque autem fama eſt tales habitare, inquiſitio per ſacramentum, per omnem populum circa manentem fiat, & cujuſcunque gentis aut conditionis fuerit, per quos hoc inquiri melius potuerit jusjurandum dare, cum à Comite conventus fuerit, recuſandi non habeat poteſtatem.

CAP. IV.

SEd & hoc pervenit ad notitiam noſtram, quod quando potentes & honorati ſive eccleſiaſtici ſive ſæculares ad nos veniunt, à populo, in quorum domibus manſiones accipiunt, ſuis uſibus, ſuorumque equorum neceſſaria per vim tollant, & hac occaſione populus noſter affligatur: Idcirco præcipimus, fidelis noſter, quicunque ad noſtram præſentiam properat, nihil *inveniendo aut evertendo ab aliquo violenter tollat, ſed ſuis hominibus & equis, niſi fortè ab amicis ſtipendia acceperit, ab hoſpitibus ſuis pretio juſto comparet. Nam quicunque hujus mali famam habuerit, cum ad nos venerit, veracem hominem volumus ut det, qui pro ſuis omnibus juret, nihil eos in itinere tuliſſe, & ſi forte in aliquo ſe ſuosque obnoxios recognoſcit, donet idoneum hominem, qui juret, aut cuncta reſtituat his, à quibus abſtuliſſe viſus eſt.

*forte in veniendo aut reverſendo.

CAP. V.

HOc etiam multorum querelis ad nos delatum eſt, quod potentes & honorati viri locis, quibus converſantur, minorem populum depopulentur & opprimant, eorum prata depaſcant, manſiones etiam contra voluntatem privatorum hominum ſive pauperum domibus ſuis - - - -

Cætera deſunt in Codice.

CON

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

CONVENTUS TICINENSIS.

Ex eodem MS. Codice

S. Galli.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti annis DCCCLIV. anni Imperii domini Ludovici Imperat. Auguſti VI. Indict. IV. dum conventum fidelium noſtrorum Palatio noſtro Ticiniæ civitatis * convacarentur, & ſimul eorum & noſtrorum Nobilium conſultum, non ſolum Eccleſiaſticam utilitatem, & populi ſalvationem, ſed etiam totius Regni ſtatum perquirere ſtuderemus, inter reliqua populus noſter nobis quasdam petitiones obtulit, quas nos Dei amore & eorum fidelitate ducti libenter ſuſcepimus, atque ideo ſubter annotata capitula ad eorum utilitatem ſubſcribi fecimus, quas in futuro pro lege tenenda firmamus.

* convocaremus.

CAP. I.

DE fœminis, quæ defunctis viris Lex LONGOBARDORUM prohibet ante anni ſpatium veſtem religionis mutare, * velamque ſuſcipere petierunt, ut noſtra licentia eis mox divina pietas inſpiraverit, eas indemnes licere ſuſcipere. Nos autem ejus conſiderantes, quia opto pro ipſa dilatione multæ etiam raptu intra eundem ſpatium ad aliam partem diſtractæ fuerunt: ideo & eorum petitionem, quam juſtam cenſuimus, ſuſcepimus, & eis ita fieri concedimus.

* velumque

locus corruptus.

* idem.

CAP. II.

NOſtræ majeſtati reclamaverunt Patres noſtri, vel noſtri ſuper * eas ſuperfluas factas inquiſitiones, ideo eis concedimus ab hinc in futurum nullas alias ſuper eos fieri inquiſitiones, niſi unde CAROLI Proavi, & Avi noſtri tempore factæ fuerunt.

* eos.

CAP. III.

DE liberis hominibus, qui ſuper alterius res reſident, ejuſque nunc adminiſtris Reipublicæ contra legem ad placita protrahantur, & ideo pignerabantur, conſtitutum eſt, ut ſecundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant, & ſi quis eos contra hanc noſtram auctoritatem, & eorum legem pignerare aut diſtringere præ-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 855.

sumpserit, patronum ejus omnia cum lege commendet, & insuper præsumptione bannum nostrum *conpt.

*f. contempserit.

CAP. IV.

DE homicidio, unde lex pro simplicitate probationem trium testium quærit, & testes habere non potuerit, concedimus, ut cum XII. juratoribus juret ab eadem simplicitate absolutus proprium non admittat.

CAP. V.

DE cartis, quæ a quibusdam personis Falsæ appellantur, constituimus, ut si Notarius superfuerit, & testes, qui eam veram & idoneam faciant; & si testes mortui fuerint, & Notarius superfuerit, cum XII. juratoribus veram & idoneam eam faciat. Concessas denique petitiones vestras consideravimus etiam ea, quæ ad nos *in pridem pervenerunt ad referandas malorum insidiationes iisdem adjungere capitulis.

*jam pridem.

GE-

Digitized by Google

GENEALOGIA CAROLI MAGNI,

AUCTORE ANONYMO;

SCRIPTA

ANNO DOMINI 867.

A Caniſio primum ex MS. S. Galli edita.

CANISIUS AD LECTOREM.

NOn magni momenti dices eſſe hanc ſchedam genealogicam tam brevem, tam nullo autore præſignem. Ita eſt. Attamen non digna eſt perire: quippe quæ ſe ſua antiquitate commendet, ſcripta anno 867. Ab interitu hic vindico. Hoc unum in hac editione conſilium. Quod autem Carolus Magnus hic mortuus dicitur anno 815. eſt plane contra ſententiam communem, quæ in annum 814. conſentit.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 867.

INCIPIT

COMMEMORATIO GENEALOGIÆ CAROLI IMPERATORIS.

ANSPERTUS, qui fuit ex genere Senatorum, præclarus vir atque nobilis, in multis divinis pollens, accepit filiam HLOTHARII REGIS FRANCORUM ad conjugem, nomine BLICHILT, & habuit ex ea filios tres, & filiam unam: primogenitus ipsius ARNOLDUS nominatus est; secundus FERIOLUS; tertius MODERICUS; & filia ipsius TARSICIA. FERIOLUS quidem Episcopus effectus est, in Uceſiu civitate Martyrio coronatus est, ibique requiescit in pace. MODERICUS vero in Harisio Episcopus est ordinatus, ibique Confessor Christi requiescit in pace, ubi Deus pro ejus meritis multa miracula operatur. TARSICIA virgo Christi in virginitate sua perseverans, in Rodinis civitate requiescit: pro cujus meritis ibidem Christi virtus cottidie ostenditur: quæ etiam fertur mortua mortuos suscitasse. ARNOLDUS primogenitus ipsius genuit Dominum ARNULFUM; Dominus ARNULFUS genuit FLODULFUM & ANSKISUM. FLODULFUS divina annuente gratia Episcopus ordinatus est. ANSKISUS genuit PIPINUM. PIPINUS genuit CAROLUM. CAROLUS vero genuit Dominum Regem PIPINUM. Dominus PIPINUS genuit Cæsarem glorioſum, ac Principem nobiliſſimum CAROLUM.

Anno Incarnat. Domini nostri Jesu Christi Dcccxv. CAROLUS omnium AUGUSTORUM optimus, ad Aquasgrani v. Cal. Febr. hora diei tertia, de hoc sæculo migravit, qui regnavit annos XLVII. Decessit autem anno ætatis suæ LXXII.

Et suscepit HLUDOVICUS filius ejus eodem anno Imperium, qui regnavit annos XXVI. id est, usque ad annum Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Dcccxl. Decessit autem XII. Cal. Jul. in Insula Rheni, juxta palatium in Ingilinheim.

Post quem HLUDOVICUS filius & æquivocus ejus in orientali Francia suscepit Imperium: qui anno præsente, id est, Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Dcccl.xvii. XXVII. annos regnare videtur.

FINIS.

PHO-

Digitized by Google

PHOTII
PATRIARCHÆ
CONSTANTINOPOLITANI
EPISTOLA
AD
MICHAELEM
BULGARORUM
REGEM,

Unà cum ſex Diſſertationibus ejusdem Photii de Divinitate & Incarnatione.

A

CANISIO

Omnia primum in lucem edita.

Interprete

FRANCISCO TVRRIANO,

Societatis Jeſu.

Digitized by Google

CANISIUS

DE

PHOTIO

AD

LECTOREM

QVis Photius fuerit, malo ut ex decimo Tomo Annalium Illustrissimi Cardinalis Baronii discas, quam ex mea relatione. Utinam tam probitate excelluisset, quam excelluit ingenio & eruditione. Sed & de caussa seu potius controversia Bulgarica reperies multa apud eundem Ecclesiastica Historia instauratorem. Unde intelliges, quo consilio hæc Epistola ad Michaëlem Bulgarorum Regem à Photio scripta erat.

JAC.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

JACOBI BASNAGII DE PHOTIO EJUSQUE SCRIPTIS OBSERVATIO.

I. Photius adversus Baronium defensus. Bar. An. 871. p. 471. 4to.

DE *Photio* Litteratis omnibus notissimo nihil foret dicendum, nisi vapularet *Baronio*, *Lambecio* cæterisque. Hunc *seductorem quo nullus deterior potuit inveniri, criminibus manifestissimis iisque plurimis involutum* asserit Annalista. Primò fuit *Photius* vir sui sæculi doctissimus, omnium liberalium artium & disciplinarum studio cognitioneque tantopere claruit, ut ævi sui facile princeps haberetur, imo & *cum veteribus jam posset componi.* Omnia quippe confluxerant in illum, aptitudo quædam, naturæ vis, felicitas, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat, & quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido qua flagrans totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, insomnes ducebat. Hæc *Nicetas* Ignatii defensor & Panegyrista, *Photio* cætera infensissimus. Secundò humilitatem, patientiamque summam in ærumnis declarant ejus epistolæ. *Cæterum*, inquit, *& ista nos propter Christum & divinas leges toleravimus antea, & gratias Deo agimus, qui cum angimur quod celantur ærumnæ, & sic inglorie patimur.* Amicos ubi vidit in vinculis male tractari, verberibus dilacerari, linguis exscindi, temperare non potuit a lachrymis & querelis, sed mala sua patiebatur inglorius, gratias ea de re Christo rependens. Quidquid dixerit Annalista, me latet, an non hæc summa sit virtus. Tertiò, objiciunt illi, quod Laicus Episcopus sit ordinatus, & de foro repente transierit ad Ecclesiæ præfecturam: quasi *Ambrosio* Mediolanensi apud Latinos, vel *Tarasio* apud Orientales idem non evenisset a Theologis omnibus probatum. Quartò, ajunt sedem Ignatii Imperatoris jussu depositi invasisse: quasi illud juris ab initio fere non habuissent Imperatores, quoslibet Patriarchas deponendi, aliosque in sedem expulsorum promovendi. Id *Theodora* fecit, quæ ipsi *Baronio* tanto erat in pretio. Nec desunt similia exempla, quæ historiam Ecclesiasticam legenti in infinitum occurrunt. Quintò, unde tantæ lites inter orientalem Patriarcham & Pontificem Romanum, nisi ob Bulgariam?

Nicetas Vita Ignat. p. 1197.

Ep. 3. p. 65.

Cæ-

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869. Cæteras causas contempserat ipse *Johannes VIII.* qui *Photium* Patriarcham, quamvis sæpius damnatum, agnoscebat. Legas quæ refert Schotus tanquam e prima sessione Concilii Constantinopolitani excerpta: *quod Dominus noster Apostolicus admittit Dominum Photium in Patriarcham testatur pontificalis epistola a summo Pontifice Domino nostro Johanne ad eum missa, quam propterea direxit, ut omnes intelligant & certo sciant Dominum Photium recipi a summo pontifice in Patriarcham.* Hæc ego non legi nec in Concilio Constantinopolitano, nec in *Joannis Octavi* epistolis; nihilominus certum est, consentiente Pontifice *Johanne VIII.* post mortem *Ignatii* sedem Constantinopolitanam fuisse restitutam Photio. Unde constare debuit ipsis etiam Latinis, tanta non fuisse Photii scelera, qui damnari non potest, nisi prius damnato Pontifice ipsum restituente. Sed hæc obiter, ob *Baronium* tantum virum inique exagitantem.

II. Photii epistola ad Michaëlem.

II. Inter opera quæ hic eduntur *Photii* primum occurrit *Epistola* ad *Michaelem Bulgarorum regem.* Sic & *Baronius: Rege novo Romano augetur & illustratur Ecclesia. Alter Michael, o miraculum, Rex Bulgarorum dato nomine Christo, gremium matris requirit Ecclesiæ.* Attamen *Michaël* ille non fuit Rex, sed Princeps vel Dux Bulgarorum, pro more solito septentrionalibus illis populis, qui plurimos Duces sibi eligebant, Regem vero non agnoscebant: ideo *Photius* eum non Regem, ut volunt Autores prius memorati, sed ἄρχοντα Principem appellavit. Dicebatur ille Princeps Bulgarorum *Senior*, sic enim legas in vita Adriani secundi. Autumavit *Montacutius* hunc Michaëlem ipsum esse qui *Bogaris* prius fuerat dictus, postea vero ab Episcopo baptizante mutato nomine *Michaël* fuit appellatus; sic & *Lambecius* (a). Sed *Bogaris* anno 845. jam fidem fuerat amplexus, & Bulgaris præfuerat; hic vero ad quem scribit *Photius, fuit ipsius partus spiritalis, verum & genuinum genema; ideoque apud eum amicitiæ & filiationis quædam Symbola deponebat.* Non potuit igitur idem esse qui *Bogaris* appellabatur, & jam a viginti annis & ulterius fidem christianam professus fuerat. Ipsi Bulgari se recens conversos fatentur, dum Constantinopoli ageretur an. 870. controversia de jurisdictione Bulgariæ inter *Ignatium* & legatos Pontificis Romani: mirandum tamen quod nusquam dicatur, *Michaëlem* a *Photio* vel conversum vel baptizatum. Silere potuit ea de re *Ignatius*, qui *Photium* inter Episcopos non recensebat. Sed cur illud argumentum non protulit ipse *Photius?* quidquid sit, scripta fuit illa epistola ante restitutionem *Ignatii*, dum Constantinopolitanam sedem teneret *Photius.*

(a) *Bill. Cas. T. III. p. 163.*

III. Lamberii judicium de hac ep. B.bl. Vindob t.III. p. 162. Montac. n. in epist. primam Phot. p 45.

III. De hac epistola ad Bulgarorum Principem litem movet *Lambecius. Montacutio*; hic observaverat in codice suo legi ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Φωτίου, *ex Epistolis Photii.* Unde concludebat, nobis tantum fragmenta epistolæ *Photii* ad *Michaëlem* supereſſe, sive excerpta illa ab aliquo lectore vel ab ipso *Photio* qui delectabatur epitomis, in numerum & ordinem fuerint redacta.

IV. An integra esset epistola?

IV. Observat tria *Lambecius.* Primò nos habere epistolam Photii integram, ideo reformandus est titulus apud *Montacutium*, & sic legi debet: Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολὴ πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα τῆς Βουλγαρίας. Τῷ πνευματικῷ ἡμῶν υἱῷ Μιχαὴλ ἄρχοντι Βουλγαρίας. αἱ μὲν ἀλλαὶ χάριτες. *Photii Patriarchæ Constantinopoleos epistola ad Michaëlem Principem*

Digitized by Google

cipem Bulgariæ ſpirituali noſtro filio Michaeli Principi Bulgariæ. Alia quidem dona.

SÆC. IX. ANNO 869.

V. 2. Notat *Lambecius* titulum a *Montacutio* male appoſitum fuiſſe. Τι ἐστιν ἔργον ἄρχοντος. *de Officio Principis.* nam talis inſcriptio non pertinet ad totam Epiſtolam, ſed ad ſecundam ejus partem tantum; quippe hæc epiſtola quæſtione æque integra ac ſcripta fuit a *Photio*, duas habet partes: Prior continet narrationem de ſeptem Synodis & deſinit ſegmento vigeſimo tertio; altera pars, quæ incipit ſegmento vigeſimo quarto, agit de officio Principis, ideoque incipit his verbis: *Quo te nomine deſignem, ut meum explicem in te animi affectum & deſiderium &c.*

V. Titulus male appoſitus.

p. Mont. 11.

VI. 3. Lacunam quæ ſtatim ab initio Sectionis ſecundæ occurrit ſic reple-verat *Montacutius*: αὐτὴ γὰρ τῆς πολυμόρφε πλανῆς τὸν ἄνθρωπον..... ſubjicit *Montacutius*, ἐλευθερώσασα, καὶ πᾶσαν ἐκείνης ἀχλὺν ἀποσκεδάσασα, δύναμιν αὐτῷ &c. παρέχεται. *Hæc enim fides Chriſtiana homines poſtquam ab errore multiformi liberaverit illiusque tenebras omnino diſpulerit, præbet illi facultatem.* At in codice Cæſareo nulla eſt lacuna; ſic enim habet: αὐτὴ γὰρ &c. ἄνθρωπον .... ἀπαλλάττουσα καὶ τὰ τῆς καρδίας ὄμματα τῆς ἐκεῖθεν ἀχλῦς ἀποκαθαίρουσα καθαρᾷ ψυχῆς θεωρία τῷ καθαρωτάτῳ κάλλει. &c. quod ſic reddiderat *Turrianus*, ut legitur apud *Caniſium*: *Hæc enim hominem variis erroribus liberat & oculos cordis pulſa inde caligine repurgat, ut pura contemplatione animæ puriſſimam pulchritudinem cultus divini poſſit intueri.*

VI. Lacuna nulla in Codice Cæſareo.

VII. Diſcrimen inter codices indicatos.

VI. Differunt Codices a *Montacutio* & *Lambecio* laudati, primo quod in prioris fronte detur *Photio* titulus Sanctiſſimi, ἁγιωτάτου Φωτίου, qui deeſt in altero; & revera ſceleſtiſſimum atque turbulentiſſimum *Photium*, quique cum eunuchus & laicus eſſet, ſedem Conſtantinopolitanam invaſit, appellat *Lambecius*; quem alii ſanctiſſimi titulo cohoneſtant.

2. Ex poſteriori Cæſareo ſcilicet Codice probatur nos integram *Photii* epiſtolam habere, idque patebit, ni fallor, illius operis lectoribus. Dein deſideratur in codice Cæſareo vox qua ſententiam ſuam formabat *Montacutius*, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς, *ex epiſtola*; & neſcio qua ratione *Photius* opus genuinum, & quod multa continet obſervatione digniſſima, ad fragmenta & excerpta redegiſſet ipſe.

Denique nulla eſt lacuna in Codice Cæſareo; & ſimilem viderat *Turrianus*, ut probatur ex ejus verſione.

VIII. Dubii hæſimus an Latinum fragmentum a *Turriano* editum hic tantum inſeri deberet, quia breviſſimum eſt illud fragmentum, plurimaque obſervatione digniſſima occurrant in epiſtola integra Græca & Latina quam *Montacutius* ex Codicibus orientalibus eruit & juris publici fecit. Denique cum nulla apud Bibliopolas reperiantur exemplaria *Montacutii*, cæteraque lateant in Bibliothecis, nos, ut perfectior evadat collectio noſtra, 1. verſionem *Turriani*, quæ differt a *Montacutiana*, edidimus. 2. Subjecimus epiſtolam *Photii* integram, ſecundum exemplar *Montacutii*.

VIII. De editione noſtra.

IX. Sequuntur *Diſſertationes Photii* ſcriptæ dum exularet, ad *Taraſium* fratrem. Expulſus enim fuerat a ſede Conſtantinopolitana tanta cum inhumanitate, ut etiam libris ſuis privaretur. *Hæc*, inquit fratri, *ſunt ſatis pro inopia Librariorum, quibus carebamus, & librorum qui captivi ſunt ducti.* Eadem ſcribit Imperatori *Baſilio*: *Corporea tormenta civiles*

IX. De Diſſertationibus Photii & ejusdem voluntatibus Gnomicis. Phot. Diſſ. II. Phot. Ep. 97. p. 139.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

Romanorum leges ad purgandum animum adhibuerunt, animæ autem cruciatus & in eam conspirationes nefando quidem, nisi nunc primum apud aliquos intelleximus usurpatas. Sed nos in præsenti eas experimur; satis enim patet quod hoc intendat librorum ablatio &c. Inde concludimus hunc tractatum non esse compositum nisi post ann. 870. Tractatum *de voluntatibus Gnomicis* nimia cum subtilitate Græcorum more scriptum reperient lectores, nisi sint ipsi subtiliores. Hoc observavit *Stewartius* in Dissertatiuncula hic apposita.

X. Græca communicata a D. Caperonnier.

X. Græca deerant, & nobis aderat una versio *Turriani*, qui sæpius erraverat, ut videbitur in notis viri docti: Illa mihi humanissime subministravit Doctor & Professor Regius Lutetiæ Parisiorum D. *Caperonnier*. Is, cum ab annis triginta & quod excurrit Linguæ Græcæ studio præsertim adhæserit, Codices MS. Bibliothecæ Regiæ, Colbertinæ & cæterarum quæ frequentissimæ Parisiis occurrunt, summa cum diligentia pervolvit, Græca quæ desiderabantur transmisit, lacunas replevit, variantes lectiones, emendationes & notas adjecit; Sic & utilitatem & decus horum tractatuum illi debeo; sed & hac ratione optime meretur de Republica Litteraria. Ipse est qui novam operum *Photii* editionem meditatur, eique invigilat, versionem integram adornat & delitescentes in Bibliothecis diversis novos hujus Patriarchæ Tractatus eruit; & revera in Cod. MS. Bibl. Cæsareæ n. LXIV. servatur ille: περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῦ ἁγίυ πνεύματος λόγος σύντομος, κεφαλαιώδης συγγραφεὶς καὶ ἀποσαλεὶς παρὰ τῦ ἁγιωτάτυ πατριάρχυ Φωτίυ: *De processione Spiritus sancti à solo patre disputatio compendiaria capitulatim conscripta & ad quendam* (addit Lambec. ex latinis) *missa a sanctiss. Patriarcha Constant. Photio.* Principium est: Τὶς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριςιανοῖς θελόντων ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια υἱῦ μὲν καὶ πνεύματος τὸν πάτερα, τῦ πνεύματος δε πᾶλιν υἱόν. *Quis ferat aliquem ex Christianis volentibus duo inducere in Trinitate principia, Filii & Spiritus sancti patrem, & iterum filium Spiritus sancti.*

p. 117.

ibi.

Habentur in eodem Codice excerpta Photii contra Ecclesiam antiquæ Romæ, quibus falso annititur demonstrare Spiritum procedere a solo Patre, non autem a filio: ἐκ τῶν Φωτίυ κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ρωμῆς ἐκκλησίαν &c.

In eadem Bibliotheca habetur Codex MS. n. 117. quem latine sic descripsit Lambecius: *Photii Patriarchæ Constantinopolitani liber schismaticus de Episcopis & Metropolitis aliisque quæstionibus contra Romanos sive Latinos.* Fuit olim idem Codex in Bibliotheca Naudæana; sed miror quam bona fide agant Theologo-Critici; fides adhiberetur facillime verbis Lambecii, si græca nobis non propinasset; sed ipsum titulum nimis libere redditum, ne plura dicam, referre cogimur: hæc leguntur apud Lambecium Græca à latina interpretatione sua plane diversa:

Φωτίυ τῦ ἁγιωτάτυ καὶ οἰκυμενικῦ πατριάρχυ συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἐκ τε συνοδικῶν καὶ ἱςορικῶν γραφῶν περὶ ἐπισκόπων καὶ μετροπολιτῶν καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ζητημάτων ἐρώτησις ἐν ποίοις φαίνονται πεπραχότες οἱ Ρωμαῖοι παραλόγως.

Ut de verbo ad verbum reddatur hic titulus sic haberi debet: „ Sanctissimi „& Oecumenici Patriarchæ Photii Collectiones & Demonstrationes accurate „collectæ ex Synodicis Historicisque Scriptis, in quibus agitatur quæstio de „Episcopis & Metropolitis cæterisque necessariis quæstionibus, in quibus de„ monstratur Romanos male egisse de titulorum discrimine. Judicet Lector!

PHO-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

PHOTII EPISTOLA AD MICHAELEM BULGARORUM *REGEM,*

Principi Bulgariæ Michaeli, filio ſpirituali, Photius Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

ALiæ quidem gratiæ, Clariſſime & mihi Chariſſime fili, exigua, & caduca commoda præbent, quibus tributæ ſunt, quæ vero aptæ ſunt ad efficiendum animam meliorem, quæ quidem errorem, & perturbationes depellunt, fulgorem verò, & ſplendorem virtutum, ac veritatis inferunt, hæ ſunt revera gratiæ, quæ magnos, & immortales quæſtus immortali animæ, & ſimilitudinem Dei gerenti ſuppeditant, & divitias cœleſtes, quæ ei diripi non poſſunt, comparant, quarum præſtantiſſima & aliarum princeps gratia eſt, quæ ad Deum ſine errore & cum ſalute ducit, quam prima & ſola puræ, & caſtæ fidei Chriſtianorum diſciplina, & inſtitutio largitur. Hæc hominem variis erroribus liberat; & oculos cordis pulſa inde caligine repurgat, ut pura contemplatione animæ in puriſſimam pulchritudinem divini cultus intueri poſſit, per quem ad illam ſubſtantiam, quæ ſupra mentem eſt & omnium cauſa & effectrix, elevati, unam Trinitatis divinitatem, quantum homo aſſequi poteſt, tanquam in ſpeculo ſpectamus. Hac igitur tanta gratia & dono cum animam tuam ſapientem dignam eſſe reperimus, te enim virtutem, & erga Deum pietatem amare credimus, te magnifico, & optato munere proſequimur, in quo ſacram & divinam fidei noſtræ diſciplinam collocantes, ſanctas & œcumenicas ſeptem Synodos tanquam vallum, & muros divinæ hujus & Orthodoxæ inſtitutionis apponimus, non omnino reticentes quæcunque vitam moderantur, & rectam fidei normam teſtantur. Sicut enim niti omnia a principio dicere, inelegans eſt; ſic nihil dicere agreſte, & durum eſt. Oportet autem virtutes fide figere & ſtabilire, & utroque ſtudioſum perfici. Siquidem recta ratio dogmatum vitæ honeſtatem profert; & puritas actionum ſanctitatem fidei denunciat. Utrumque ſine altero facile ſolet dilabi, & diſſipari, dum non poteſt ſolitarium in animis habitare. Sed de his poſtea, nunc autem ſacram & divinam ſacri cultus noſtri diſciplinam promamus.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum. Consubstantialem patri per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu S. ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum S. Dominum, & vivificantem, qui ex patre (a) *filioque* procedit, qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi, Amen. Sic igitur sentiens, & credens secundum traditionem sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ. O pulchra imago meorum laborum! Amplectere & cole septem sanctas, & œcumenicas Synodos partim tanquam magistras, partim tanquam pietatis propugnatrices. Per eas enim expellitur universa novitas & hæresis; & sensus rectæ fidei incorruptus, & ab antiquis traditus in animis piorum in venerationem ab omni dubitatione liberam fundatus est. Quas narrare incipiam, tempus, locum, & numerum eorum, qui convenerunt, & cujusque synodi Præsides gratia docilitatis propriis earum actionibus designans.

Narrationem de septem Synodis (a) *omisit Turrianus Interpres. Exstat de eodem argumento opusculum Photii. Post narrationem de septem Synodis sic pergit Photius.*

HÆc est fidei Christianorum pura, & omnis maculæ expers confessio; hæc est puri & sinceri cultus nostri, & divinorum mysteriorum venerabilium institutio. Secundum hanc dum usque ad extremum & occasum vitæ sentimus, & credimus & vitam degimus, ad orientem solis intellectilis properamus, ut fulgore atque splendore nullam vesperam habituro, inde vibrato clarius, & perfectius fruamur. Hanc te oportet sincera affectione; & voluntate recta, ac fide certa, & firma, intuentem in nostram sortem pietatis amplecti, & amare, nec ad dextram, nec ad lævam, ne minimum quidem ab ea deflectere, ac declinare. Hæc enim est prædicatio Apostolorum. Hæc sententia conciliorum œcumenicorum, quamobrem non solum te sic sentire & profiteri oportet, sed etiam eos, qui in ditione & potestate tua sunt, ad eundem sensum veritatis adducere, & ad eandem fidem aptare: nihilque hoc studio, & cura honestius præstantiusque existimare. Revera enim principis est, non solum salutis suæ curam habere, sed populum sibi commissum æquali providentia dignari, ac ad eandem perfectionem cognitionis Dei manuducere & provocare. Fac igitur, ne me spes frustretur, quam tua ad virtutes propensio & obedientia mihi incitarunt; neque labores, quos pro salute tua alacriter suscepimus, inanes reddas, neque demonstres incipere te quidem prompte & alacriter suscipere sermones divinæ prædicationis; promptitudo vero, & alacritas desinat in segnitiem. Quin potius sit finis principio similis. Consentiat fides cum vita degenda. Fac ut potestas tua cernatur, & nominetur commune bonum, & generis & patriæ, meumque de te gaudium & lætitiam fac, ut non deleas.

Sed vide amator Christi & fili spiritualis, & si quod aliud nomen illustre & pulchrum & dilectione dignum est, vide inquam, quot acies diabolus adversus piam, & solam veram Christianorum religionem instruxit, quæ excogitavit. Vide, quemadmodum cunctas hæreses hæc religio evertit, & profligavit, & de omnibus splendida trophæa posuit. Neque mirere, cum tecum reputaveris machinationes & insidias contra eam. Primum enim nunquam sic clara, & fortis, & insignis victoriis facta esset, si nihil hostile, & bellicum cum ea implicatum fuisset. Deinde illud etiam facile est advertere, ubi vehementius oppugnatur diabolus, studiosius eo tela nequitiæ suæ emittit, & machinas collocat. In aliis enim gentibus quia nullum est ei acre bellum, nec ipse contra eas arma sumit, qui vero sunt Christianus

(a) *Ita in Turriani Schedis, quod ab Interprete additum crediderim.* CAN.
Bene conjecerat *Canisius*; quippe sic legitur in Græco apud *Montacutium*: τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. B.

(b) Nescio quâ ratione id omisit *Turrianus*: nam quædam sunt observanda in narratione *Photii*, præsertim de septima Synodo, quæ legere possis apud *Montacutium*. B.

Digitized by Google

nus Dei populus, gens ſancta, regale ſacerdotium, quia quotidie fide roborati contra pravas ejus actiones & ſtudia viriliter & fortiter dimicant, idcirco & ille infinitis inſidiis, & omnibus artibus aliquos ex eis ſeducere artificioſè nititur; laboratque ut Eccleſiam Chriſti mœrore afficiat, tametſi in dedecus pudendum certamina, & perverſitates ei deſinunt. SÆC. IX. ANNO 869.

Præterea, aliæ gentes ſententias habent in dogmatibus non diſtinctas, & confuſas, nihilque purum, & perfectè excuſſum: ob hanc cauſam neque quod depravatum eſt, apparet: in fide verò puriſſima & ſanctiſſima ac valde perfecta Chriſtianorum, quia ſincera, & recta, atque excellens & incorrupta eſt, ſi quis paulum aliquid depravatum, vel novum introducere aggrediatur, continuò quod depravatum, & adulteratum eſt, comparatione veritatis, & recti ſermonis deprehenditur, & coarguitur. Nec ad breve tempus patitur generoſa fidei nobilitas, ut lateat fœtus adulterinus ſub nomine piorum dogmatum. Sicut enim in corporibus pulchritudine præſtantibus parva etiam macula citò deprehenditur ac notatur, facta comparatione reliquæ pulchritudinis, quæ in corpore eſt; in iis verò corporibus, quæ turpem & fœdum aſpectum habent, non facile poſſunt, quæ turpitudinem habent, demonſtrari; latent enim propter affinitatem, & ſimilitudinem deformitatis. Sic evenit in pulcherrima & ſplendidiſſima religione, & fide Chriſtianorum, ſi quis paululum quid in ea depravet & vitiet, magnam turpitudinem & pravitatem efficit & ſtatim coarguitur; alia verò gentium dogmata cum alioqui plena ſint fœditate & turpitudine; non tamen iis, qui eorum ſtudio tenentur turpitudinis, quæ in eis eſt, ſenſum & cognitionem præbent, nec in his ſolum hoc fit, ſed in omnibus aliis artibus, & ſcientiis hoc ipſum perſpicere licet. In abſolutiſſimis enim, & limatiſſimis etiam minimum erratum facillime deprehenditur & indicatur; in iis verò artibus, quæ viles ſunt & vulgares, multa negliguntur; & nemo in eis erratum indicat. Immo ſi hoc etiam exemplum placet, in magiſtratibus, & iis maximè, qui alios in ſua poteſtate & ditione tenent, parvum peccatum grande efficitur, & omnibus pervulgatum: in iis verò, qui in poteſtate aliorum tenentur, & ſunt humiliores, multa ejuſmodi peccata ne facta quidem eſſe ſciuntur, quin potius parvitas & tenuitas ejus, qui peccavit, illa tegit, & latere facit. Quanto igitur fides, & cultus Chriſtianorum ob magnitudinem, firmitatem, pulchritudinem, abſolutionem & puritatem, & cæteram omnem perfectionem præſtantior & excellentior eſt quam opinationes Gentium, tanto magis diabolus ad bellandum cum ea provocatur, & tanto magis rurſus quæ homines inſipientes, & male conſulti in eam peccant, continuò apparent; neque latebram brevem reperiunt. Sed potius Eccleſia Dei Catholica, & Apoſtolica, ut antea diximus, omnes diaboli machinas fractas & diruptas eſſe convincit, & magis in ipſum machinatorem illas ipſas machinas retorquet, atque ex hæreticorum blaſphemia à ſe propulſata, & impudentia eorum convicta invictum & inexpugnabile robur contra omnes recipit, & pulchris triumphis ſemper decoratur. (a)

(a) *Hæc Epiſtola longe prolixior eſt apud* Montacutium, *qui* Photii *Epiſtolas e Græcis latinas fecit, ex Codice Orientali deſumptas. Hanc integram ſubjecimus, ut nihil Lectori deeſſet, & ipſe propriis oculis tum Codicum tum verſionis diſcrimina notare poſſet.* B.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869.

PHOTII,

Sanctiſſimi Patriarchæ CONSTANTINOPOLITANI (*a*) *Epiſtola ad Michaelem Bulgariæ Principem; de Officio Principis.*

Sæc. IX. Anno 869.

ΦΩΤΙΟΥ

Τῦ ἁγιωτάτυ πατριάρχυ τῦ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα (*b*) Βυλγαρίας ἐπιςολῆς, Τί ἐςιν ἔργον ἄρχοντος.

ALia quidem dona, Illuſtriſſime ac nobis dilecte Fili, exiguam planè eamque non diu adeò duraturam utilitatem iis afferunt in quos conferuntur. Quæcunque vero illa conditione naturali prædita ſunt, ut animam nobis reddant meliorem, dum ab errore & pravis affectibus repurgant, luce verò & ſplendore virtutum ipſiuſque veritatis colluſtrant, hæc jam veriſſima dona nobis data dicenda ſunt; utpote quæ menti, divinæ cuipiam rei & immortali, magna nec unquam emoritura largiuntur emolumenta: divitias autem illiusmodi ei comparant negotiando, quæ cum ſint cœleſtes non poſſunt ſacrilegè compilari. Primas inter iſta & principatum tenet illud quod nos manu velut apprehenſos ſine ulla aberratione ad Deum perducit & ſalutem. Hoc ipſum autem imprimis, quin potius ſola, præſtat fides noſtra Chriſtiana, puriſſima illa ac ideo inculpata, cùm myſteria ejus edocti edidicerimus.

Ἀλλὰ μὴν ἄλλαι χάριτες, ὦ φιλτατε καὶ ἠγαπημένε ἡμῶν υἱὲ, μικραὶ καὶ πρόσκαιροι, οἷς προσάγονται, τὰς ὠφελείας παρέχυσιν· ὅσαι δὲ πεφύκασι ψυχὴν βελτίονα ἀπεργάζεσθαι, πλάνης μὲν καθαίρουσαι καὶ παθῶν, τὴν αἴγλην δὲ καὶ λαμπρότητα τῆς ἀρετῶν καὶ τῆς ἀληθείας ἀμαυγάζουσαι, αὗται δὲ ἄρα χάριτές εἰσιν, ὡς ἀληθῶς, μεγάλα κέρδη καὶ ἀθάνατα ἀθανάτῳ καὶ θεοφιλεῖ πράγματι χορηγοῦσαι, τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν ἄσυλον αὐτῇ καὶ ἀφάνιον ἐμπορεύομένας πλοῦτον, ὧν ἡ τιμιωτάτη καὶ τῶν ἄλλων πρωτεύουσα χάρις ἡ πρὸς τὸ θεῖόν ἐςιν ἀπλανὴς καὶ σωτήριος χειραγωγία. Αὕτη πρώτη καὶ μόνη χαρίζεται τὸ καθαρῶς καὶ ἀμωμήτως πίστεως ἡμῶν τὸ χριςιανῶν, ἡ μάθησις καὶ μυσταγωγία. α.

Αὕτη γὰρ τὸ πολυμόρφως πλάνης τὸν ἄνθρωπον. (*c*) . . . . τῷ καλλει τὸ λα- β.

Hæc enim homines, poſtquam ab errore multiformi *liberatos expediverit, illiusque tenebras omnino diſpulerit, facultatem illis* præbet in

τρείας

(*a*) *Epiſtola ad Michaelem Bulgariæ Principem, de officio Principis.* Hic eſt titulus a librariis, non, opinor, ab Autore præfixus: quanquam ne ſic quidem conſtat Inſcriptio. Nam in ſcriptis erat, non ἐπιςολὴ, ſed ἐκ τῆς ἐπιςολῆς. Ut videatur non tam integra Epiſtola, vel Liber potius, & quidem ſatis magnus, quam repræſentamus, quàm ex illa excerpta quædam continere, ab aliquo Lectore, vel fortaſſis ipſo Photio (qui delectabatur epitomis) in numerum atque ordinem coactus. Eſt autem, ſive erat Liber integer, ſive Epiſtola παθητικὴ & διδακτικὴ, per omnia conformata Iſocratis illi ſcripto ad Nicoclem, cujus ſcopus ab inſcriptione exhibetur, Τί ἔργον ἄρχοντος. Itaque inſcribit ipſe titulum, Πρὸς τὸν ἄρχοντα Βυλγαρίας, *ad Principem Gentis Bulgarorum.* Ita enim vocabantur Gentis illius, & omnium ferè barbarorum, Ductores, ſive Duces, ſive Principes; non autem erant Reges, ut ſemper in Baronio, per errorem interpretis ſui, nominatur hic ἄρχων. Guilielmus Bibliothecarius ad finem vitæ Anaſtaſii ait, *Dominus Michael, Princeps Bulgarorum*, & in excerptis apud ipſum Baronium, è Menologia, ex hiſtoriis Baſilii Cilicis & Theophanis, vel *Dux*, vel *Princeps* nominatur: ſed imprimis Baronii verſionem refellit, quod apud illum Bibliothecarium legitur, quod *Principes Bulgarorum & literas eis & dona per Petrum alioſque direxerint.* Neque ſanè *Princeps* abſolutè, vel ſolus erat; fortaſſis erat cæteris eminentior, ſed cum aliis, Princeps. Ait enim *Principes Bulgarorum.* Multos illi Principes, ut & aliæ è Septentrione Gentes, habuere familiis diſtinctos, & familiis præfectos; ſed plerumque unum, ex illorum numero, de communibus ſuffragiis electum, cæteris, imprimis bello gerendo, & cœtus convocando, præficiebant: quales apud illos commemorantur Chrunnus, Zocus, Tetricus, qui relicto Principatu Conſtantinopolin abiit, ubi factus Chriſtianus Patricius item creatur, ad annum Domini 777. Præſens autem Princeps, nomine Michaelis, ab origine prima, inter ſuos, vel in patria, *Bogaris*, non *Michael* dicebatur: verum converſus ad fidem Chriſtianam, & baptiſmo illuſtratus, qui fuit in Paganiſmo Bogaris, ab Epiſcopo baptizante, qui ad eum miſſus fuerat Conſtantinopoli baptizandum, de nomine mittentis Imperatoris, Michaelis tertii, ſeu Porphyrogenitæ, Michael & ipſe dicebatur: hanc hiſtoriam Baronius fuſius exſequitur, ad annum 845. è Joanne Curopalata. MONTACUT.

(*b*) Βουλγαρίας. Erant Bulgari, aut Bulgæ, gens barbara, effera, pagana, Aquilonaris, quæ poſtrema penè omnium ab Aquilone, unde omne malum in Romanum Imperium inundavit, poſt alias è Scythia proluvies, irruperunt, & Romanum Imperium, à Conſtantino diviſum, in partes diſſectum, præſidiis deſtitutum, in ruinam dederunt, quos primus Conſtantinus Copronymus bello vicit; ſed non ita peſſundedit, quin reſumtis viribus poſtea Nicephorum Imperatorem profligatum occiderent, & caput ejus abſciſſum ludibrio exponerent. Cum primum irrumperent, Dardaniam occupabant: ſed deinceps Macedoniæ & Illyrici partes poſſederunt. De illis, ad religionem noſtram converſis, deinde certatum eſt inter Romanam & Conſtantinopolitanam ſedem, cujus ſubeſſent Juredictioni. De quo certamine Photius alicubi in epiſtolis: qui vehementius ea de re contendebat; unde imprimis odio atque invidia apud Romanos laborabat. Bulgari dicebantur, a Bolga, ſive Volga flumine ingenti, etiam hodie notiſſimo; cujus erant accolæ cum irrumperent in Imperium. MONTACUT.

(*c*) Hiatus erat & defectus in noſtro Codice poſt ἄνθρωπον: fortaſſis ſupplenda lacuna ad hunc modum, ἐλευθερώσασα, & πᾶσαν σκιὰν ἀχλὺν ἐπισχιάσασα, δύναμιν αὐτῷ τῷ κάλλει, &c.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

τρειὰς καθαρῶς ἐνατενίζειν παρέχεται· δι' ἧς εἰς τὸν ὑπὲρ νῶν ἀσίαν καὶ πάντων αἰτίαν καὶ δημιουργὸν ἀναγόμθοι, τῷ ἐννοειδῆ καὶ ὑπερθεον τ Τριάδ Θεότητα, καθ' ὅσον ἐστὶν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐνοπτριζόμεθα. Τῆς τηλικαύτης τοίνυν χάριτ καὶ δωρεᾶς τῷ ἐμφρονά σε ψυχῷ ὁρητότες ἀξίαν, (ἐρᾶν γάρ σε ἀρετῆς καὶ ὁσεβείας πεπείσμεθα) τῷ φιλεμφῷ δώρῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ δεξιόμεθα. ἐν ᾧ, τ ἀχράντ καὶ καθαρᾶς ἡμῶν πίστεως τὸ ἱερὸν Θεόσοφον ἐντάξαντες μάθημα, τὰς αἰτίας καὶ οἰκεμθικὰς ἑπτὰ συνόδους, οἱονεὶ χάρακάς τινας καὶ περιβόλους ὅσας τ θείᾳ τάττ καὶ ὀρθοδόξ μαθήματ, σαφεῖ τε καὶ συντόμῳ λόγῳ συμπεριλαβόντες ἐμεθα· ἐν ὅσα βίον ἰθύνῃ, καὶ μαρτυρεῖ τ πίστεως τῷ ὀρθότητι, παντελῶς ἀποσιγήσαντες. Ὡσπερ γὰρ τὸ πάντα καθαρχὰς πειρᾶσθαι λέγειν, ἀπειροκάλου· οὕτω καὶ τὸ μηδὲν εἰπεῖν, ἀφιλοκάλου.

Divini cultus pulchritudinem oculis defixis intuendi. Atque ita per istam, ad essentiam illam quæ superat intellectum, rerum scilicet omnium causam & opificem, subvecti, Trinitatis illius uniformem & transcendentem divinitatem, quatenus illam homines assequi poterimus, tanquam in speculo contuemur. Istiusmodi ergò gratia atque dono dignum & capacem prudentem tuum animum agnoscentes (virtutem te siquidem ac pietatem amare persuasum habemus) munus ad te tibi gratum futurum, in se magnificum, afferimus. Cui quidem fidei nostræ incontaminatæ & defæcatæ, & Divinam & a Deo edoctam inferentes disciplinam, sacris septem universalibus Synodis, non aliter quam vallo quodam & sepimento, doctrinam hanc cœlestem & orthodoxam communivimus, quas perspicua & brevi oratione, una cognoscendas, adjunximus. Nec interea, quæ ad vitam recte instituendam pertinent, Fideique rectitudini testimonium perhibent, prorsus silentio præteribimus. Certè sicut omnia sigillatim ab initio velle dicere, ineptum est; ita nihil omnino dicere, turpe & inhonestum est.

γ'. Δεῖ γὰρ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστ συμπεπηγέναι, καὶ (d) δι' ἀμφοῖν τὸν πεδαῖον καταρτίζεσθαι. καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας περιβάλλεται κοσμιότητα. πράξεων δὲ καθαρότης τ πίστεως ἀπαλλαγέλλ θειότητα· ὧν ἑκάτερον χωρὶς ἑτέρ ῥᾴον ἔνεστιν ὑποῤῥεῖν καὶ συμπύρεσθαι, μὴ ἀνεχόμθων καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκατοικίζεσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ὕστερον. Νῦν δέ σοι τὸ ἱερὸν καὶ θεόχρηστον τ ἱερᾶς ἡμῶν λατρείας ἀνατιθέμεθα μάθημα.

Oportet autem virtutes & *bona opera* a fide non divelli, sed utrinque virum bonum perfici & consummari: Fides enim recta mores producit honestos; & operum puritas fidem esse divinam plane probat: Istorum verò alterum sine altero facile diffluere solet & aliorsum rapi: neque enim possunt sejuncta & divulsa in animis hominum sedem figere. Sed de istis videbimus in sequentibus. In præsenti sacram & Divino oraculo fusam sacrosanctæ nostræ religionis doctrinam repræsentamus.

δ. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανῦ καὶ γῆς, ὁρατῶντε πάντων καὶ ἀοράτων· Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τ Θεοῦ τ μονογενῆ, τὸν ἐκ τ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τ αἰώνων. Φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τ ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν· καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματ ἁγίου καὶ Μαρίας τ παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιᾶ τ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς

Symbolum fidei Constantinopolitanum.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, cœli & terræ creatorem, nec non visibilium omnium ac invisibilium: Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; Patri consubstantialem, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis; incarnatus ex Spiritu sancto & Maria virgine; & homo factus est, crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus; & resurrexit tertia die secundum Scripturas; & ascendit in cœlos, & sedet à dexteris Patris: & iterum venturus est cum gloria, judicaturus vivos atque mortuos; cujus regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum & autorem vitæ; qui procedit a Patre; qui cum

(d) Δι' ἀμφοῖν τ σπουδαῖον καταρτίζεσθ.] Ignatius in illa ad Ephes. Ἀρχὴ ζωῆς, πίστις, τέλ δ, ἀγάπη· τὰ δ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμθα, Θεὸς ἄνθρωπος ἀποτελεῖ· πρὸ δ πάντα εἰς καλοκαγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν· ἔνδς πίστις ἐπαγγελιόμθ οὐφείλει ἁμαρτάνειν, οὐ δ ἀγάπην κεκλημέν μισεῖν τ ἀδελφόν. Ubi τέλ non est tam *finis*, ut vertunt Interpretes, quam τελείωσις *perfectio*. Idem beatus Martyr iterum ait, Οἱ ἐπαγγελιόμθοι χριστ εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν λέγουσι μόνον, ἀλλὰ ἐξ ὧν πράττουσι γνωρίζονται· οὐκ γὰρ δ πρακτὸν τὸ ἔνδοξον γινώσκεται. Ἀμεινόν ἐστι σιωπᾶν καὶ εἶναι, ἢ λαλεῖν καὶ μὴ εἶναι.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

cum Patre ac Filio adoratur & glorificatur; qui locutus est per Prophetas: In unam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma, in remissionem peccatorum. Exspecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

SÆC. IX.

σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

ANNO 869.

Ad hunc ergo modum sentiens ac credens tu secundum traditionem sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ, ô laborum meorum eximium ornamentum, sacras & œcumenicas septem Synodos, partim tanquam pietatis magistras, partim ut propugnatrices, suscipe & amplectere: Per illas etenim & illarum ope omnis innovatio, hæresis omnis repellitur; & quod orthodoxum est, puro & ab antiquis tradito intellectu conservatur, atque in piorum mentibus, dubitatione excluſa, collocatur. Harum ego Synodorum narrationem aggredior instituere; locum simul, numerum, multitudinem, Præsides porro singularum, unà cum actionibus, quo res melius intelligantur, descripturus,

Οὕτω τοιγαροῦν φρονῶν καὶ πιστεύων, καὶ τῷ παραδόσει τῆς ἁγίας ταύτης καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, (e) ὦ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν πόνων, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, τὰς μὲν ὡς διδασκάλους, τὰς δὲ ὡς προμάχους τῆς εὐσεβείας, ἀποδέχου καὶ πρόσιπε. δι' αὐτῶν γὰρ πᾶσα καινοτομία καὶ αἵρεσις ἀπελαύνεται· τὸ δὲ τῆς ὀρθοδοξίας ἀκήρατον καὶ δεχαπαράδοτον φρόνημα ταῖς εὐσεβούντων ψυχαῖς εἰς ἀδιάκοπον σεβασμιότητα καθιδρύεται. Ὧν ἀπάρχομαι τῇ ἀφηγήσει, καὶ τόπον, καὶ ἀριθμὸν καὶ πλῆθος, καὶ τοὺς ἐφεξῆς ἑκάστης, χάριν εὐμαθείας, τοῖς οἰκείοις συνυποτυπούμενος πράξεσιν.

ε.

Nicena Synodus.

Prima ideo Synodus Universalis apud Nicæam Bithyniæ civitatem coacta fuit. Convenerant eo trecenti decem & octo Dei Sacerdotes: de veritate judicium latum. Erant illius cœtus Principes, Alexander Constantinopolitanum Archiepiscopalem thronum sortitus administrandum; (erat ille vir profunda quidem canitie, & consimili prudentia, venerabilis; plurimam porro possidens apud Deum fiduciam, propter vitæ splendorem, animi sanctimoniam, & accuratam fidei professionem:) sed & insuper Silvester atque Julius insignes illi celeberrimique Romanæ Ecclesiæ Præsules, neuter tamen eorum personaliter præsens, aderant: sed uterque sua vice, sui Pontificatus tempore, Vitum & Vincentium communi illi consessui adesse jusserunt, homines virtute præditos, quique ad Presbyteratus dignitatem ascenderant: cum quibus & Cordubæ Episcopus (Ho-

Ἡ τοίνυν πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη· (f) ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ τριακόσιοι, θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις, τῇ τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο. Ὧν ἦσαν προέχοντες, Ἀλέξανδρός τε, ὁ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατικὸν θρόνον λαχὼν διαδυθύνειν· ἀνὴρ βαθείᾳ μὲν πολιᾷ, εὐπλησίῳ δὲ φρονήματι, σεμνυνόμενος, βίᾳ δὲ λαμπρότητι καὶ ὁσιότητι γνώμης καὶ πίστεως ἀκριβείᾳ τῷ εἰς τὸ θεῖον παῤῥησίαν πολλὴν οἰκειούμενος· (g) καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος, καὶ Ἰούλιος, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπίσημοι τε καὶ βαθύβουλοι πρόεδροι· αὐτῶν μὲν ὁ ἕτερος παρεγεγονώς· Βίτωνα δὲ καὶ Βικέντιον, ἑκάτερος ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερωσύνης χρόνον, τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελούσει προβαλλόμενοι, ἀνθρώπους ἀρετῇ τιμῶντας, καὶ εἰς τὸ πρεσβυτερίου ἀξίωμα προαγαγόντας. οἷς καὶ ὁ Κορδύβης Ἐπί-

ς.

(e) Ὦ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν πόνων.] Simile est illud, & plane genuinum, in fine παραινέσεως istius, ὦ τῶν ἐμῶν πνευματικῶν ὠδίνων εὐγενὲς καὶ γνήσιον γέννημα. Quasi Photio prædicante Bogaris ille Bulgarorum Princeps ad Fidem conversus fuisset. Quod non est ita, sed illo fortassis procurante modum conversionis. Refert enim Joannes Curopalates apud Baronium, nam penes me liber non est, hoc modo, *Principis soror captiva Constantinopolin abducta, fit Christiana; & postea domum reversa, fratri Christianorum mysterium commendat, & Fidei semen in ejus cor spargit.* Cumque deinceps Bulgari ab ingenti fame premerentur, ad Deum Christianorum per preces Princeps confugit, idque Genti sibi subditæ, ut facerent, imperat. Impetrato auxilio, fit Christianus, & per Episcopum, ob id missum, baptizatur. Quod cum Photii auspiciis, & per ejus autoritatem fieret, utpote quod esset P.C. illum ita vocat, tum γέννημα, tum ἄγαλμα, tum θρέμμα suum.

(f) Legendum, ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ τριακόσιοι.] Tot enim, quod notissimum est, Episcopi convenerant in Concilio Nicæno.

(g) Καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας.] Vult Concilium Nicænum sub Silvestro & Julio celebratum: quod est falsissimum. Julius enim successit Silvestro; at Silvester Concilio supervixit plures annos. Verum non Photius solus hunc errorem erravit, sed & Autor synopsis Synodorum per Hæschelium editus. Et illum errorem altero insigniori auget, qui decimo Constantini anno affirmat Concilium celebratum. Hæc enim ait, Καὶ ἡ μὲν πρώτη σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῷ δικάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη λ'. Quod utrumque falsum est. ὑπῆρχον δὲ πατριάρχαι τ'. ἰ. ἡ. Synodo principem locum obtinuisse ibi dicuntur Silvester Romanus, Alexander Constantinopolitanus, Alexander Alexandriæ, Eustathius Antiochiæ, & Macarius Hierosolymitanus, Episcopi: Sozomen Lib. 1. cap. 16. Julium suggerit. Quod & ipsum falsum est. Ibidem, Βίτωνα καὶ Βικέντιον] Vult Vitum & Vincentium: sed Græci facile errare solent in nominibus Latinis. Apud Sozom. legimus, Ἰούλιος ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος, διὰ γῆρας ἀπολιμπάνεσθαι, παρῆναι δὲ αὐτ' αὐτοῦ Βίτωνα καὶ Βικέντιον, τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρους. Inepta lectio est Βίτωνα: legendum Βίτωντε.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

Ἐπίσκοπ@ συνετέτακ]ο· ὃς κ] τὰς Ἑλλ-
λωικὰς διωγμὰς τῷ κλῆσιν ἐπωνηθ-
ύσαν ἔδειξεν· Ὅσι@ γὰρ ὀνομαζόμ@
ἀβέβηλον αὐτ῀ τῷ ὁμολογίαν τ εἰδωλι-
κ῀ς λατρείας διετήρησεν.

ζ. Ὁ μ@ὺτοι Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρ@,
αὐτός τε παρ῀ῶ ἱεροῖς ἐν Δ]απρέπων κατορ-
θώμασιν ἦ]ε ὢν συναγωνισ]ὴ ἑαυ]῀ κ] Ἀθα-
νάσιον, ὃς τότε μ@ὺ ἔ τάγ]μα]ος τ διακόνων
ἦ]εῖτο· με]' ὀ πολὺ ὤν, κ] ἔ ἀρχιερα]ικ῀ θρό-
νῳ κατέσ]η Δ]έδοχος. ναὶ δὴ ℭ ὁ κλεινὸς
Εὐσάθι@ συμπαρ῀ῶ, τ Ἀντιοχέων
ἐκκλησίας τὸ ἐ]καλλώπισμα, πίσεως
μ@ὺ ἀνασ]άτων καθαρότητι, λέγων ὢ
ℭ νοημάτων σωφροσύνῃ θαυμαζόμ@,
μεθ' ὧν ℭ ὁ Ἱεροσολύμων Μακάριος, πολ-
λαῖς ἰδέαις ἀρετῶν ἐνδ@θυνόμ@· ἄλλοι
τε π῀λεῖσοι ἀποσολικοῖς χαρίσμασι κ]
μαρτυρικοῖς παθήμασι Δ]αλάμποντες.
ὧν Παφνούτι@, ℭ Σπυρ]δίων, Ἰακωβός
τε, κ] Μάξιμ@, ἀγαθ῀ κ] θαυμασίᾳ
συσήματ@ ἀγαθοὶ ℭ θαυμάσιοι πρω-
τοσάτ]αι ἐγνωρίζοντο. ἐφ' οἷς ἅπασιν, ℭ
ὁ μέγας ℭ ἀξιάγας@ Κων]αντῖν@, τ
Ῥωμαϊκ῀ς ἀρχ῀ς ἰθύνων τὰ σκ]πτρα, διέ-
π]ρεπε, τῷ τε σύνοδον ἀθροίζων, ℭ λαμ-
π]οτέραν τ῀ π]αρουσίᾳ ἀπ]εργαζόμ@.

ἑ. Ἀλλ' ἐκ τοσούτων μ@ὺ ℭ τοιούτων ὁ ἱερὸς
ἐκεῖν@ συνίσατο σύλλογ@, Ἀρε]όν]ινα
νεωτεροποιὸν δυσσεβείας δίκας εἰσπρατ-
τόμ@ος, ℭ τὸ ἀποσολικὸν ℭ θεῖον κρατύνον-
τες κήρυγμα. Ἦν δ' ὅ]ος ὁ δείλαιος ἔλκων
μ@ὺ τὸ ῥ@ός ἐκ τ' Ἀλεξάνδρ. εἰς κλῆρον ὢ
καταλεγεὶς τ ἐκεῖσε ἐκκλησίας, κ] εἰς
πρεσβύ]ερ βαθμὸν ἀνελθῶν, π]ότερον μ@ὺ
κ] ἔ ἰδίᾳ π]οιμένος ὑπερήφανον ἀνέλαβε
φρόνημα, ἐκεῖθεν ὢ κ] ἔ κοινὸ π]οιμ@ός κ]
δεσπότ῀ παρέτ]νε τῷ ἀπόνοιαν· τὸν γὰρ
Υἱὸν κ] Λόγον ἔ Θεο῀ (ὦ τ τολμηρ῀ς ἐ-
κείνης κ] γλώ]]ης κ] Δ]ανοίας) εἰς
κτίσμα κ] π]οίημα κατεβίβαζεν, ὐδὲ
τ῀το συνιδεῖν ἐθέλων, κοινὸν ὑπάρχον
π῀σι κ] αὐτοδίδακ]ον ὁμολόγημα, ὡς
ἅπας ὑὸς τ αὐτ῀ς ἐσι τῷ γεν]μηκότι
ὐσίας κ] φύσεως· ℭ ὁ τὸν ὑὸν τάγ]ων
ἐν κτίσμασι, κ] τὸν πατέρα κτίσμα
π]οαναγόρ@σεν· ὥσπερ ὁ τὸν πατέρα δη-
μιουργικ῀ς ὐσίας ℭ ἀϊδί@ φύσεως εἰδὼς, τ
αὐτ῀ς εἶναι ℭ τὸν ὑὸν συναν]]ολογήσ]εν.
Πῶ δ' ἂν ἔκ]η τὸ γνήσιον τ῀ς ὑότητος, ἄλλ]ς
μὲν ὐσίας ἔ πατρὸς, ἑτέρας ὢ ἔ ὑὸ χρη-
ματίζοντ@; Πῶς δ' ὰ τ Ἑλλωικ῀ς
πλάνης ἀνακύ]ᾳ τὸ πολύθεον, εἰς ἐλάτ]ω
κ] μείζω ὐσίαν τεμνομέν]ς τ θεότητ@, ℭ
τ μ@ὺ εἰς π]ῶτον ℭ δημιουργὸν κ] π]ες-
β]ύτερον θεὸν ἀφορίζομέν]ς, τ ὢ εἰς δεύ-
τερον θεὸν Δ]ακ]ινομέν]ς ℭ ὑπ]ργὸν ℭ
νεώτερον; ταῦ]α γὰρ τ ἔ Ἀρείᾳ πονηρ῀ς

sius) sociabatur; qui per Paganorum persecutiones nomen sibi veraciter impositum declaraverat: Hosius enim (i. e. sanctus) nominatus puram & sanctam professionem a cultu idololatrico conservarat.

SÆC. XI. ANNO 869.

Aderat etiam & Alexandriæ Episcopus Alexander, vir rebus sanctè & præclarè gestis eximius. Adduxit ille secum colluctatorem & Athanasium, qui tunc Diaconorum primicerius erat, post paulò autem in Archiepiscopali throno successor. Una quoq; aderat & illustris ille Eustathius, decus Antiochenæ Ecclesiæ singulare, qui propter fidei puritatem celebris habebatur, propter orationis & judicii castitatem erat omnibus admirationi. Cum illis aderat & Macarius Hierosolymitanus multis virtutum generibus recte conformatus. Sed & alii ab illis multi, donis Apostolicis & Martyrum passionibus conspicui: inter quos censebantur, Paphnutius, & Spyridion, Jacobus, & Maximus, qui præstantis illius & admirandi conventus præclari quidam & admirandi ductores & principes agnoscebantur. Cum istis porrò omnibus Magnus ille & meritò dignus admiratione Constantinus, qui tum Romani Imperii sceptra moderabatur, præsens eminebat. Ille autem & Synodum illam convocarat, & sua ipsius præsentia, ut honoratior esset, effecit.

E tot igitur & tam egregiis viris sacra illa Synodus cum constaret, ab Ario quodam rebus innovandis dedito pœnas hæreticæ pravitatis exigebat; . Apostolicam ac Divinam tum retinendo tum confirmando doctrinam. Erat autem miser ille maledictus Arius Alexandrinus ortu: Qui cum in Clerum illius Ecclesiæ fuisset cooptatus, & ad Presbyteri gradum ascendisset, primùm insolentius se contra proprium suum pastorem efferebat; ut ita deinceps factum suum & insaniam ad communem Pastorem & Dominum porro protenderet: Filium namque ac Verbum Dei (ô audaciſſimam tum linguam tum etiam mentem!) ad creaturarum usque & rerum productarum statum & conditionem dejiciebat. Ac ne illud quidem, quod tamen omnes per se intelligunt & communiter in confessò ponunt, volebat videre, quod nimirum quilibet filius ejusdem sit essentiæ ac naturæ cum suo genitore; & quod is qui filium inter creaturas collocat, patrem eo ipso quoque, & quidem prius, creaturam statuat: uti & is qui patrem essentia creatoris præditum esse intelligit, & natura æterna, una simul & eadem opera & filium ejusdem naturæ ac essentiæ esse confitetur. Ubi autem erit Filialitatis (ut sic loquar) veritas, si unius essentiæ exsistat pater, alterius autem dicatur esse filius. Imò autem, quomodo non Paganici erroris illa Deorum multiplicitas sese exseret, si in substantiam majorem & minorem Divinitas discindatur: atque illa ipsa quoque in primum, creatorem, & seniorem Deum dispertiatur; nec non in secundum, in substitutum, & juniorem Deum discerpatur? Hæc sunt enim impii illius Ariani seminis genimina. Hominem autem istum, utpote

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

utpote contra Creatorem ſuum labia blaſphema armantem ſua, ſanctus ille cœtus privavit ſacerdotio: Impiam porrò & Deo bellum inferentem hæreſim anathemati ſubjecit. Ejuſdem autem ſubſtantiæ exſiſtere, naturæ ejuſdem velut coæternum, Filium atque Verbum Dei, ſuo Genitori, pari prædituni poteſtate, Domino exæquatum, quod divina ſtatuunt oracula, & ſecundum ea rectè omnium ſentientium ſententiæ, quas in unum collegerant, verum eſſe perſpicuè ſatis declarabant. Illud enim optimè cognoſcebant, quod quemadmodum Judaicum & Chriſti odium præ ſe fert, Monarchiam & Dominatum Trinitatis in unicam Perſonam concluſam retinere, ita quoque & in naturas inæquales ac ſubſtantias diſſimilares omnem ſubſtantiam excedentem, omnem naturam exſuperantem unam, unicam, & unientem Deitatem dividere, Paganorum proprium eſt multitudinem deorum ſubintroducentium. Atque in iſtis illa ſancta univerſalis prima Synodus verſabatur.

ἀποῤῥᾶς τὰ ῥηνήματα. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ὡς χείλη βλάσφημα καὶ ἔπεποιηκότα ὁπλισάμενον, τὸ ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσεν ὁμιλία· τῷ δὲ δυσεβεσάτῃ καὶ θεομάχον αὐτῷ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ὁμοούσιον δὲ, καὶ ὁμοφυῆ, καὶ συναΐδιον τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον καὶ Θεὸν τῷ γεννήσαντι Πατρὶ, καὶ τὸ αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι χρησμοὶ, καὶ τὰ εὐσεβέντων τὰ κοινὰ δόγματα, ἱεροκηρύξαντες διετράνωσαν· καλῶς εἰδότες, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τῷ τραδικῷ μοναρχίαν καὶ κυριότητα, Ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις καὶ ἀνομοίους οὐσίας τὸ ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἰνιαίαν θεότητα, Ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος.

Synod. Conſtant. I.

Secunda porrò ſancta Oecumenica Synodus urbem Regiam (*nimirum Conſtantinopolim*) ſacrarum deliberationum conſiliis locum ſacrum, deſtinatum velut Muſeum referebat. Eò namque congregati fuerunt centum quinquaginta ſacrati viri. Principes inter illos erant, Timotheus, qui ſedem Archiepiſcopalem Alexandrinam; ſpectabilis Meletius, qui Antiochenam; Cyrillus, qui Hieroſolymitanam adminiſtrabat Eccleſias. Certe quidem Nectarius ibi, qui non ita pridem de Catechumenorum grege ſeparatus Divino lavacro ſordes ſuæ vitæ abluerat, mundus factus mundiſſima Pontificatus dignitate veſtitur: de ſententia illius Synodi generali, per manuum verò prædictorum Præſulum impoſitionem, ita ut ſimul Regiæ urbis Epiſcopus & Synodi Præſes nominaretur. Aderat & iſtis Gregorius, Nyſſæ in Cappadocia Epiſcopus, & qui *Theologi* ex operibus nomen habebat. Cum quibus conſpirare agnoſcebatur Damaſus Romanus Epiſcopus, dum Synodi iſtius acta, eandem cum ipſis ſententiam fovens, confirmaret.

Sacratiſſimus porrò chorus iſte Macedonium quendam, qui ſedem quondam Conſtantinopolitanam arreptam invaſerat, juſtè cenſuit pœnas dare debuiſſe, eò quod in ſanctiſſimum Spiritum vitæ fontem blaſphemus exſtiterat. Sicut enim Arius contra Filium, ita & iſte contra Spiritum ſanctum armis inſtru-

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τὸ μὲν ἱερῶν φροντισμάτων τὴν βασιλίδα πόλιν ἱερὸν ἐδείκνυ (b) φροντιστήριον· εἰς πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἄνδρας ἱερεῖς συνηγείρετο· ἐξάρχους ἔχουσα * Τιμόθεόν τε τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ * in. Timo-τὸν ἀξιοθαύμαστον τῆς Ἀντιοχείας Μελέτιον, Κύριλλόν τε τὸν Ἱεροσολύμων, τὰς ἱεραρχικὰς θρόνους ἰθύνοντας· καὶ δὴ καὶ Νεκτάριον, ὃς ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθεὶς, καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη, τὸ καθαρώτατον τῆς ἱεραρχίας ἀξίωμα περιεβάλλετο, ψήφῳ μὲν κοινῇ τῆς συνόδου, χειροθεσίᾳ δὲ τῶν προκειμένων· καὶ ἅμα τε τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος, καὶ τῆς συνόδου ἐχρημάτιζεν ἔξαρχος. μεθ' ὧν Γρηγόριος, ὅ, τε τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Νύσσης Ἐπίσκοπος, καὶ ὁ τῆς Θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος. οἷς, ὀλίγοις χρόνοις, καὶ Δάμασος, ὁ τῆς Ῥώμης, τὰ αὐτὰ κρατύνων, ἐγνωρίζετο, σύμφωνος τοῖς πρόσθεν καθιστάμενος.

Οὗτος δὴ ὢν ὁ ἱεροφάντης χορὸς Μακεδονίου τινὰ, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἅρπαγμα πάλαι ποιησάμενον, ὅτι τὸ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν * ἐδυσφήμει Πνεῦμα, δίκην ἐδικαίου δοῦναι. ὡς γὰρ Ἄρειος καὶ ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πανάγιος ἐβλασφήμουν Πνεύματος, εἰς

* ἐβλασφήμει.

(b) Φροντιστήριον.] Vult, quod verum eſt, ſecundam Synodum univerſalem Conſtantinopolitanam in urbe illa regia conveniſſe. In qua Synodo, ut Synopſis habet, ἐγένετο Δάμασος Ῥώμης, Νεκτάριος Κωνσταντινουπόλεως, Κύριλλος Ἱεροσολύμων, &c. Quos Ἐξάρχους vocat Photius. Sed Damaſus non affuit, ne quidem per legatos; nec Timotheus, niſi continuata Synodo, turbo & flabellum illius tempeſtatis, quâ dejectus throno Gregorius Nazianzenus, qui hîc, Θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος, dicitur. Nazianzeni cauſam ita breviter & vere expedit Synopſis. *Gregorius Theologus obtinens thronum Conſtantinopolitanum, qui cum in illa ſancta Synodo diviſio oriebatur, ſponte ſua, in Synodo throno renunciavit, & habitâ oratione, quâ cùm fidem profiteretur tum abitum pararet in præſentia Patrum illorum centum & decem exceſſit Synodo, & migravit Nazianzum.* In cujus locum impii illi, qui ad motionis cauſa exſtiterant, Nectarium Laicum, illum cujus meminit Photius, contra Canones intruſerunt.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

εἰς δέλεαρ καὶ ὑπηρέτας τὴν δεσποτικὴν ἐπιστολὴν ὑπερκειμένην αὐτῷ συνέταξε κυριότητα. Καί τοι ῥᾴδιον ἦν, εἴπερ ἐβούλετο, τῷ ἀθλίῳ συνοραῦν, ὅτι, καθάπερ οἱ τὸν Υἱὸν εἰς κτίσμα τάττοντες, τὴν ὕβριν ἀδεῶς ἧπτον προσάπτουσι τῷ Πατρί, ὕτω καὶ οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ Πνεῦμα τοῖς ποιήμασιν ἀναριθμοῦντες, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν βλασφημίαν ἀφίασι καὶ αὐτῷ. Εἰ γὰρ τὸ Πνεῦμα κτίσμα, κἀκεῖνο δὲ τὸ Πνεῦμα, μετὰ τῶν κτισμάτων. Εἰ δὲ ἀκθαὶς ἀφόρητον ἡ τῆς ἀθεότητος ταύτης ὑπερβολή, πῶς ἀν συνῆκεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνο φθέγξαν, δι' ἃ πρὸς τούτοις ἀνάγκη πεσεῖν τὰς θεομάχους λογισμούς; Ἀθετεῖς τὸ Πνεῦμα εἶναι Θεόν; (i) πῶς ἐρευνᾷς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, κρύφιον ἀπ' αὐτοῦ; πῶς ἐστιν ἄλλος, ὁ ἄγκλητος; πῶς συντάττεται Πατρὶ καὶ Υἱῷ; Πορευθέντες, γὰρ αὐτός φησιν ὁ Υἱὸς, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ ἕν τι τῶν τριῶν κτίσμα, ἐν οἷς φωτιζόμεθα, ἀδὲ τὰ λοιπὰ καθαρεύσῃ τῆς ὕβρεως. ἀλλ' εἰ κτίσμα, πῶς κτίζῃ; πῶς * ἁγιάζῃ; πῶς ζωοποιεῖ; πῶς διαιρεῖ χαρίσματα; πῶς ὁ Θεός; ἀλλὰ τούτων ἀδὲν ἐκεῖνος ὁ φρενοβλαβὴς ἐπὶ νῦν βαλλόμενος, τὴν μοναρχικῆς αὐτὸ καὶ μιᾶς ἀδιαιρέτου θεότητος διαπτᾶν τὸ πνεῦμα ἐτόλμα καὶ ἀπεθεμύνετο. διὸ καὶ τῆς ἀσεβείας ἐπάξια ἤλαφε τὰ ἐπιχείρημα, αὐτός τε ἀφαιρέσει τῆς ἱερωσύνης ζημιωθεὶς, καὶ πάντες ὅσοι τῆς αὐτοῦ θεομαχίας τὸ ἀνίατον παρεζήλωσαν. καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸ πανάγιον Πνεῦμα τῆς τελειοποιοῦ μιᾶς θεότητός τε καὶ κυριότητος ἀλλοτρίαν ἐφρυάττετο, ἕτως αὐτὸν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος καὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος καὶ συναυλίας οἷα δεύτερον ἠλλοτρίωσεν Ἄρειον. Τὸ δὲ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν Πνεῦμα, ἅ, τε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι καὶ συνδοξολογεῖσθαι, καὶ τὰς πατρικὰς τε καὶ θεολογικὰς φωνὰς, ἀνεκήρυξαν· ἐκθεμένους τέλεον καὶ ἔτι τῆς Ἀρειανῆς πορείας ζιζάνιον ἐκριφύετο. Τηνικαῦτα δὲ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας ὁ μέγας ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλης εὐφημίας ἄξιος ἐπιεζώννυτο Θεοδόσιος, πρόμαχος δὲ αὐτὸς τῆς εὐσεβείας γνωριζόμενος. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν καὶ αὕτη ἡ ἁγία σύνοδος.

ctus prodierat in aciem: cujus dominium supremum & principatum excellentem ad servilem & subjectitiam redigat conditionem. Quanquam facile poterat, si in id intendere voluisset, infelix & improbus iste animadvertere, quod ut illi qui Filium compingunt in ordinem creaturarum, contumelia nihilominus afficiunt Patrem, ita & qui sacrosanctum ejus Spiritum annumerant creaturis, simili prorsus & æquali modo blasphemi in eundem sunt. Nam si Spiritus creatura est, certe & ille creatura fuerit, cujus spiritus est. Quod si istius impietatis excessum aures nostræ ferre nequeant, unde factum ut miser ille non intellexerit, omni modo illud declinandum sibi esse unde fieri omnino debuit ut in istiusmodi impias & cum Deo pugnantes opiniones recidat? Concedere non vis Spiritum esse Deum? at quomodo profunda Dei scrutatur, ab ipso abstrusa? quomodo erit *Alius* Paracletus? unde factum ut cum Patre & Filio componatur? *Euntes enim*, ait ipsemet Filius, *in mundum universum, docete omnes nationes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quod si autem è tribus istis, in quorum nominibus baptizati illuminamur, unus erit creatura, certe quidem nec cæteri ab injuria hac & contumelia immunes fuerint. Quod si creatura sit, quomodo quicquam creat? quomodo sanctificat, vel vivificat? quomodo distribuit charismata? quomodo Deus? Nihil autem istorum delirus ille apud animam suam reputans cogitabat; sed ausus est homo importunus, insolenter a monarchica unica, indivisa Deitate divellere Spiritum. Quocirca digham sua molitione impia mercedem recepit. Nam & Sacerdotio privatus mulctabatur; & una cum eo quotcunque incorrigibiles eandem hæresim in Deum blasphemi sectabantur. Et quemadmodum ille sanctum Spiritum alienum a Trinuna Deitate & Dominatione jactitabat, ita illum sancta & universalis Synodus, tanquam alterum Arium, a sacerdotio & fidelium sodalitio ac portione declaravit alienum. Sanctissimum porro & vitæ Autorem principalem Spiritum, juxta Patrum & Theologorum sententias, publico præconio demonstravit, una cum Patre ac Filio adorandum & simul glorificandum, utpote ejusdem existentem cum illis naturæ substantiæque, pari præditum vi, potentia, facultate. Quin & si quod zizaniorum adhuc de semine Arii suppullulaverat, & illud stirpitus evellebant. Imperii porrò tunc temporis fræna moderabatur magnus ille & magno laudum præconio celebrandus Theodosius; qui religiosæ pietatis propugnator egregius existebat. Atque ad hunc modum habuit se ista Synodus.

Tertia

(i) Lego & distinguo, πῶς ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, κρύφιον ἀπ' αὐτοῦ. nam alludit ad illud Apostoli, 1 Cor. 2, 10.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869. Tertia Synodus.

Tertia autem ſancta & univerſalis Synodus Epheſi in Aſia congregabatur, numero ducenario completa. Principes porro ferebantur, Cyrillus ille inter Patres nominatiſſimus, qui & virtute & prudentia inſtructiſſimus magnæ illius Alexandri urbis thronum inſidebat: nec non Celeſtini Romanæ urbis Epiſcopi obibat & peragebat vices. Aderat & Memnon, qui ad clavum Epheſinæ Eccleſiæ ſedebat: Juvenalius quoque Hieroſolymorum. Iſti, unà cum totius Synodi conſeſſu cætero, ab impio Neſtorio impietatis ſuæ pœnas repoſcebant. Ille autem Antiochia ortus ad Orontem flumen ſita, atque inde profectus, ſolium Conſtantinopolitanum haud ſanè legitimè conſcenderat. Infelix iſte homo de lutulentis Diodori & Theodori impietatum ſcaturiginibus, ubi potaverat ipſe, & mente ebrius eſſe cœperat, ad perniciem gregis ſui, abſurdas & abhorrendas quaſdam voces multorum auribus ingerebat. Chriſtum etenim, Dei Filium unicum, Deum noſtrum verum, qui propter nos & ſalutem noſtram carnis atque ſanguinis noſtri, ſimilis nobis factus, participavit, & in ſeipſum noſtram ſuſcipiens & ſubſtituens maſſam, unus è duobus contrariis conflatus dicebatur: Deus nempe idem atque homo exſiſtens, unus Chriſtus, Filius unus, idem deſurſum è Patre ſine matre, qui deorſum erat è matre ſine patre: ipſe & non alius, eadem perſona, hypoſtaſis una: Hunc ſcilicet unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum infeliciſſimus ille nihil veritus in duas hypoſtaſes diſſecare & dividere, alteram merum & purum hominem confinxit in ſua propria hypoſtaſi ſubſiſtentem, ſeparatim a Verbo aſſumente, alteram vero diviſim Deum aſſumento omni corporeo denudatum: Veritus fortaſſis, qua fuit ſtultitia, ne quid pateretur Deus, dum propter amorem erga homines inexplicabilem ſuam ipſius ſubiit creaturam, ut illam refingeret & perſanaret. Neque illud animadvertit, quod eo ipſo in quo naturam humanam ab hypoſtaſi Verbi ſeparavit, eandem plane inſanabilem atque incurabilem prædicaverit; ipſeq; adeo ſuam propriam ſalutem averſetur, eam plane abne-

Ἡ γ ἁγία κ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐπὶ μὲν τῆ κ τῶν Ἀσίαν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη· εἰς ἑξακοσίους ἐπληθύνετο· Ἐν οἷς ἡγεμόνες ἐγνωρίζοντο, Κύριλλός τε ὁ ἐν πατράσι πρεσβύτερος, ὃς δὴ λοιπὸν κ σοφίας πλῆτον τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως ἰθύνων τὸν θρόνον, κ τῆ Ῥώμης Κελεστίνου τ καθέδραν ἀνεπλήρου κ τὸ πρόσωπον. μεθ' ὧν κ Μέμνων, ὁ τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας ἐμπεπιστευμένος τὰς οἴακας· κ δὴ κ ὁ τ Ἱεροσολύμων, Ἰουβενάλιος. Οἵτινες σὺν παντὶ τῷ τῆς συνόδου πληρώματι, τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον, ὧν ἠτίσθη, δίκας εἰσεπράττοντο. ὃς ἐκ τῆς Ἀντιόχου, τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ, ὁρμώμενος, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον (k) σὺκ ἀναγῶς ἐγκεχείρικε. ἀλλ' ὅγε ταλαίπωρος ἦν, (l) ἐκ τ Διοδώρου κ Θεοδώρου θολερῶν τῆς ἀσεβείας ἐκροφήσας ναμάτων, κ εἰς φρενῶν μέθην ἐμπεσών, ἀπηχεῖς κ ἐκτόπους φωνὰς, ἐπὶ λύμῃ τῶν πολλῶν, τοῖς τῶν ἀκοαῖς ἐναπηρεύξατο. (m) Χριστὸν γὰρ, τὸν ἕνα Θεοῦ Υἱὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς δι' ἡμᾶς κ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκὸς, ἡμῶν ὡσαυτῶς πλησίου, κοινωνήσας κ αἵματος, κ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ὑποστησάμενος φύραμα, ὃς ἐκ δύο ἐχρημάτισε τ ἐναντίων, Θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων κ ἄνθρωπος· εἷς Χριστὸς, εἷς Υἱὸς, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ Πατρὸς ἀμήτωρ, κ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ· ὁ αὐτὸς κ σὺκ ἄλλος· ἐν πρόσωπον, μία ὑπόστασις· Τοῦτον δὴ τὸν ἕνα, Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, εἰς δύο τέμνων κ διαιρῶν ὑποστάσεις, ὁ τελσάθλιος ἐκεῖνος ἐπιφερικῶς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, κ χωρὶς τῆ προσλαβόντος λόγου, κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν, ἔστησε, τὸν δ Θεὸν ἀνὰ μέρος, γυμνὸν τῆ προσλήμματος· ὥσπερ δεδοικὼς ὁ ἀνόητος, μή τι Θεὸς πάθοι, τὸ οἰκεῖον πλάσμα δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν, εἰς θεραπείαν, κ ἀνάπλασιν ὑποδυόμενον. ἰδὼν τοῦτο συνιδὼν, ὡς οἷς τ ἀνθρωπίνῳ φύσιν τ δ Λόγου ἐδίκαζεν ὑποστάσεως, ἀνίατον αὐτῷ κ ἀθεράπευτον ἀνεκήρυξε, κ τ ἰδίας ἔξαρνος σωτηρίας ἐγίγνετο.

Ἀλλὰ

SÆC. IX. ANNO 869.

(k) Οὐκ ἀναγῶς ἐγκεχείρικε.] Inauſpicatò, alioquin perperam haud aſcendit Epiſcopatum, ſed per Canonicam, ſi quis alius, electionem. *Poſt exceſſum Siſinnii*, inquit Socrates, lib. 7. cap. 27. *viſum eſt Imperatori propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex iſta Eccleſia, licet aliqui Philippum, complures Proclum deſignatum cuperent, ad Epiſcopatum illum eligere, ſed advenam Antiochia arceſſere.* Deinde hominem accerſitum ita deſcribit: *Erat illic Neſtorius ex Germania oriundus, voce imprimis ſonora, lingua diſerta, & ob eam cauſam tanquam ad docendum populum admodum accommodatus.* Accerſitus igitur, & Canonicè electus inthronizatur. Qualis autem ille poſtea in Epiſcopatu exſtiterit, notum eſt.

(l) Ἐκ Διοδώρου, κ Θεοδώρου.] Intelligit Mopſeveſtanum & Tarſenſem Epiſcopos, qui & doctiſſimi & orthodoxi erant, aut habebantur, præcipuè Diodorus, & a Baſilio, Chryſoſtomo ac aliis laudantur, nec niſi mortui in ſuſpicionem hæreſeos venere, & ſequiorum ſeculorum calamis punguntur, qui mihi non perſuadent fuiſſe Hæreſeos labe infectos.

(m) Χριστὸν γὰρ τ ἕνα Θεοῦ υἱόν.] Ita legendum. Nam ſtatim ait, τοῦτον δ τ ἕνα· ſed addendum eſt Θεοῦ, hoc modo, Χριστὸν γὰρ τ ἕνα Θεοῦ υἱὸν, *Chriſtum unicum Dei Filium.* ſtatim repono, ὃς κ τὸν λοιπόν. Et mox, τ νέον Θεοδόσιον, quem alii μικρὸν vocant, hoc eſt, *juniorem*, qui regnavit annos 42. In hac Synodo, ex æmulatione & ambitione, certatum eſt uſque ad Anathematiſmos, inter Cyrillum Alexandrinum, & Joannem Antiochenum, a cujus partibus ſtabat doctiſſimus Theodoretus, hoc eſt inter Epiſcopos Orientales & Ægyptiacos.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869

Ἀλλὰ γὰρ, * τὰς λογισμὰς ὅλως ἐκ τῶν τοιούτων διαστρεφῆς, ἐδὲ τῷ αὐτῷ κ̃ σάρκα μητέρα, τῷ παναγίαν παρθένον, τῷ κυρίως κ̃ ἀληθῶς τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, ἐδὲ ταύτῃ καλεῖν Θεοτόκον ἠνέσχετο· ἀλλ' ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρησε τ̃ θεότητος, ἕτως ἠλλοτρίωσε κ̃ τῆς γεννησαμένης τ̃ Θεοτόκου κλήσεως.

* Ἰσ. ὡς καὶ.

SÆC. IX. ANNO 869.

gando. Sed & ulterius, quasi ratio ipsi penitus fuisset expectorata a perversis hisce opinionibus suis, pati noluit matrem ejus secundum carnem, sanctissimam nempe Virginem, quæ veraciter quidem at peculiari suo modo Deum verbum incarnatum pepererat, Deiparam nominari: Sed uti Filium privarat Deitate, ita parentem ejus a titulo Deiparæ alienam fecit.

ιβ'. Διὸ τοῦτον, ἀξίως τ̃ τηλικαύτης ἀπονοίας τ̃ βλασφήμου γλώττης, τ̃ μακαρίων πατέρων ὁ σύλλογος πάσης τε ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, κ̃ σὺν τῷ οἰκείῳ κ̀ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψεν ἀναθέματι. τὸν δ̀ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν μιᾷ τ̃ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει πατροπαραδότως τ̃ ὁσιοπρεπῶς προσκυνεῖσθαι τ̃ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως τ̃ τῷ πανάχραντον αὐτοῦ τ̃ ἀειπαρθένον μητέρα κυρίως τ̃ ἀληθῶς καλεῖσθαι κ̀ ἀνευφημεῖσθαι Θεοτόκον προδεδώκασιν. οἷς γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον, σαρκὶ γεννηθῆναι καταδεξάμενον, τέτοκεν, Θεοτόκος ἐνδίκως δοξολογεῖσθαι κ̃ ὀνομάζεσθαι ἐφωσίωται. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν κ̀ αὕτη τὸ τέλος ἔσχηκεν, ἡνίκα τὸν νέον Θεοδόσιον ἡ Ῥωμαϊκὴ πολιτεία γαλήνοις ἐώρα ὀφθαλμοῖς τ̃ πατρῴαν τ̃ βασίλειον δέχεσθαι τ̃ τριγονίας διανύοντα.

Synodus Quinta.

Quocirca hunc, prout meritus fuerat per hanc suam insaniam & linguam blasphemam, sacer hic beatorum Patrum consessus omni sacerdotio denudavit, &, una cum ipsius propria & detestanda sententia, sempiterno subjecit anathemati. Dominum vero nostrum Jesum Christum, in una & eadem Hypostasi, more veteri & a Patrum traditione accepto, prædicandum & adorandum decrevere: Nec non, prout consequens erat, immaculatam & semper virginem ejus matrem proprie & vere nominandam & prædicandam Deiparam prodidere. Eo enim ipso quod Deum verbum, in carne dignatum nasci, peperit, Deiparam nec injuria & dici & coli & par & sanctum est. Atque hisce ita determinatis finem susceptit & ista Synodus, quo tempore Theodosium juniorem Romana Respublica oculis serenis intuebatur, regnum a patre acceptum suo, tertio jam ordine generis, gubernantem.

ιγ'. Ἡ δ̀ ἁγία τ̃ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος, τὸν ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβέστατον Μαρκιανὸν συμπαρόντα κ̃ συμψηφίσαντα ἔχουσα, τ̃ ἀληθινῶν μὲν δογμάτων (n) ἀκροατήριον ἀνέδειξε τ̃ Χαλκηδόνα, πόλιν Βιθυνίας οὖσαν ἐπίσημον. ἐν τριάκοντα δ̀ τ̃ ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ἐξετείνετο. ἧς λογάδες ἐχρημάτιζον Ἀνατόλιός τε ὁ τ̃ς βασιλίδος πόλεως τὰς ἱεραρχικὰς (o) θεσμὰς * ἐγκεχειρισμένος τ̃ δὴ Πασχασίνός τε τ̃ Λεοντίνου, ἐπισκοπικῷ διαπρέποντες ἀξιώματι, σὺν Βονιφατίῳ πρεσβυτέρῳ, τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τ̃ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης. ἦν κλέος μέγα, τ̃ πολὺς ὁ ὑπὲρ τ̃ς εὐσεβείας ζῆλος. μεθ' ὧν Μάξιμός τε ὁ Ἀντιοχείας, τ̃ ὁ Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος. Οἵτινες Εὐτυχῆ τε τὸν δυσεβῆ τ̃ τὸν πανάπτιστον αὐτοῦ τ̃ ἀλάστορα Διόσκορον δυσσεβημάτων εἰς πρᾶξεις ἀπήτησαν. κ̃ γὰρ κ̃ ἔτοι, τ̃ ὁμοπάτορα Νεστορίῳ πλάνῃ οἰκειωσάμενοι, εἰς τ̃ ὁμοίαν ἐκείνῳ ἐξέπεσον ἀθλιότητα. Τὸν γὰρ ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ θεότητος κ̃ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, τ̃ ἐν ταύταις δυσὶ προσκυνούμενον φύσεσιν, εἰς μίαν φύσιν τολμηρῶς τ̃ ἀφρόSynodus Sancta & Oecumenica quarta religiosissimum Principem Marcianum præsentem vidit & conspirantem, quæ veritatis dogmatum auditorium Chalcedonem Bithyniæ urbem celebrem consecravit. Ad sexcentos & triginta numerus pertingebat convenarum. Quorum præcipui dicebantur Anatolius, qui in sacerdotale Regiæ urbis solium fuerat inunctus: Paschasinus quoque & Lucentius Episcopali dignitate fulgentes, una cum presbytero Bonifacio, locum Leonis sanctissimi Papæ Romani obtinebant, cujus Leonis ingens gloria & multus pro pietate zelus. Aderant præterea Maximus Antiochiæ, & Juvenalius Hierosolymorum. Isti Eutychen infelicem & insolentissimum illum ipsius protectorem Dioscorum rationes reddere de impietate coëgerunt. E diametro isti contrarium Nestorio errorem sibi appropriaverant; unde in parem cum illo impietatem proruerant. Unicum enim Dominum nostrum Jesum Christum a Divina natura agnitum & humana, atque in utraque natura adoratum, summam per audaciam & stultitiam in unam naturam commiscentes, confuderunt.

* Leg. ἐγκεχειρισμένος.

(n) Ἀκροατήριον.] Ita prius vocavit, ob eandem causam, Constantinopolin φροντιστήριον, propter loci celebritatem, à viris eruditione celebribus celebratam.

(o) Θεσμὰς ἐγκεχειρισμένος.] Annotarat doctissimus D. Lindsell, ὁ μακαρίτης, legendum sibi videri ἐγκεχειρισμένους, appositè quidem, & magis ex usu Linguæ. Sed Photius solet interdum καινοτομῶ & καινοφωνῶ. quocirca codicis scripturam admitto, ut sit ἐγκεχειρισμένος, *inunctus*. Ad finem sectionis fortè legendum & distinguendum, σαφῶς τι καὶ διαστηλίτικὸν λέγω, &c.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

runt. Nec miseri ut erant intelligebant, quod per hanc irritam rationem illum alienigenam, a Paterna substantia diversum, nec non differenti ab hominibus natura constantem, definirent. Nam si unica tantummodo sit natura Christi, vel Divina prorsus ea fuerit, vel humana. Quod si mere Divina sit, ubi tunc humana? quod si tantum humana, fieri non potest quin negetur Divina. Quod si quid diversum ab utraque natura fuerit (nam hoc in hac causa unicum iis relinquitur, & eo videntur propendere) quomodo non erit apud ipsos Christus alterius cujusdam & diversæ naturæ cum a suo Patre tum a nobis? quo quid magis impium aut delirum magis fingi potest? asserere nimirum Verbum Dei, Deum, hominem factum in eum finem, ut cum Divinitas destrueretur propria, etiam assumta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ita plane consequetur, si quis tueri ausus fuerit Christum non alterius istarum, sed præter istas alius naturæ participasse.

Quocirca dignum sua impietate supplicium subiere, qui dogmatum istorum, per quæ Christo bellum indicitur, autores fuerant, sacerdotio nempe dejecti, & per omnes ecclesias anathemati subjecti, cum quibus & ipsa hæresis expellebatur. Recta autem & orthodoxa sententia, nullis vulneribus confossa, majorem in modum testimoniis & è Scriptura & è Patribus deductis confirmatur, præconiis celeberrima clarescebat. Unum enim Christum, id est, unitam ejus hypostasin, naturam vero duplicem, Divinam nempe & humanam, inconfusim & indivisim consideratam, per beatissimos hosce sacerdotes & theologos, in mundum universum & mundi extremos terminos, confessione & prædicatione agnoscendam, clarè, perspicuè & sine hæsitatione propagabant. Hinc quoque liquet, quòd cum claudis gressus confirmarentur, & cæcis cæcitas in efflorescentiam oculorum succresceret, cùm mortui ab inferni portis retraherentur, & in vitam denuo transmitterentur, nec non cùm & aliæ divinæ virtutes, quæ non est facilè enumerare, perpetrarentur, & in conspectu omnium propalarentur, Divinæ naturæ dignitas & eminentia evidenter demonstrabatur. Rursus per id, quod defatigationem, laborem, sitim, famem sustinuerit & paupertatem, atque his similia & congenita, proprietas humanæ substantiæ manifestabatur. Quædam istorum ut Deo dignum erat, alia pro conditionis humanæ modo, idem & unus Christus, verus Deus noster, cùm operaretur & perficeret, certè unam & unitate consistentem hypostasin suam, duas autem & diversas naturas in unione illa inconfusa, perspicuè clara nec ullo pacto contradicenda ratione tum exhibuit tum confirmavit. Atque hactenus de quarta Synodo.

νως ἀνεκίρνων ϛ συνέχεον. ἐξ ὧν, τῆς τε πατρικῆς οὐσίας ἑτερόφυλον, ϛ τοὺς ἀνθρώπους ἑτερόφυλον, ϛ τοῖς ἀνθρώποις ἑτεροφυᾶ, οὐ συνίεσαν οἱ δείλαιοι συμπεραίνοντες. Εἰ γὰρ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις, ἢ θεία πάντως ἢ ἀνθρωπίνη ἔσται. ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, πῶς τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ ἀνθρωπίνη*, πῶς οὐκ ἐξαρνοῖ τὴν θεότητα; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐτοῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς ϛ ἡμῶν ἀναπλασθήσεται; ἢ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρονέστερον; ἄνθρωπον γοῦν θεσθαι φάσκειν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ Θεὸν, ἐπί τε φθορᾷ τῆς ἰδίας θεότητος, καὶ ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος; τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδετέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταύτας, τὸν Χριστὸν εἰπεῖν ἐκτολμήσασι.

* Ita. mss.

Deum esse sincero affectu adamandum atque colendum, diligendum nobis congenerem hominem & amplectendum, quasi insita quædam hominibus cognitio suggerit: Dum autem voluntas cum cognitione non conspirat, necessariò factum est ut notitia illa communis tanquam legis dictamen scripto traderetur. Porrò, quòd in Deum sincerus Amor, & Dilectio proximi, & illa quidem perfecta, cæterorum mandatorum in se contineant actiones, haud certè difficulter è re ipsa intelligi potest. Sed & docet hoc insuper verbum illud Domini, quo censebat, *In duobus hisce præceptis tota Lex suspenditur & Prophetæ.* Qui enim Divinum sibi amorem impectoravit & vicinum diligit sicut ipse se, patrem quidem & matrem excellentiori quodam modo complectetur, & post Deum præcipuo honore

καὶ ἔργον ἐργασάμενος, δι' ἧς πρὸς τὸν μεγάλον Κωνσταντῖνον πράξιν ἀνυψώθης, καὶ μίμησιν ἔχει τὴν ἀπ' ἐκείνης σὴν γνώμης καὶ βουλῆς καὶ συνέσεως· σῴζει σεαυτὸν ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως, ἐν ᾗ καλῶς ὑπὸ Κυρίου τεθεμελίωσαι· ἐποικοδόμει τῇ ὀρθῇ σου πίστει πράξεις ἀγαθὰς καὶ βίου σεμνότητα, μὴ ξύλα καὶ χόρτον, μηδὲ καλάμην, εὐφλεκτον τῆς ἁμαρτίας ὕλην, καὶ πρὸς καῦσιν μόνην, πρὸς οὐδὲν ἂν χρησιμεύουσαν ἕτερον· ἀλλὰ χρυσὸν καὶ ἄργυρον, τὰ κατορθωμάτων τὰ τίμια. Δοκιμάζονται γὰρ καὶ * περὶ πειρασμῶν δοξαζόμενα, καθαρώτερα καὶ τιμιώτερα ἀποδείκνυται. * al. περὶ

Sæc. IX. Anno 869.

Οὕτω Χριστὸς ὁ κοινὸς δεσπότης ἐγκελεύεται καρποὺς ἀρετῶν προβάλλειν, καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν πίστιν διὰ τῶν πράξεων. οὕτω Παῦλος ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας συμβουλεύει διδάσκαλος. οὕτω Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν οὐρανίων πυλῶν τὰς κλεῖς ἐμπιστευθεὶς καὶ τὴν εἴσοδον· οὕτω τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ὁ θεῖος χορὸς τὴν οἰκουμένην ἐμαθήτευσεν· οὕτως ἡμῶν οἱ πατέρες παρειλήφασιν, οὕτως ἡμῖν, τοῖς μετ' ἐκείνους, παραδεδώκασιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς σοι παραινοῦμεν καὶ συμβουλεύομεν, ἀρεταῖς κοσμεῖν τὴν πίστιν, καὶ τῇ πίστει τὰς ἀρετὰς λαμπροτέρας ἀπεργάζεσθαι. Ἐβουλόμην αὐτὸς ἐγὼ σοι παρεῖναι, καὶ ταῖς πράξεσιν ἐφεστάναι, ἵνα τῶν μὲν καλῶν ἔργων αὐτεπάγγελτον διὰ τῆς ὄψεως λαμβάνων τὴν γνῶσιν, ἔτι μᾶλλον ἐν εὐθυμίᾳ καὶ χαρᾷ διακείμενος εἶην· εἰ δέ τι καὶ παράλογον συνέβη, μεθέλκειν ἔχοιμι ῥᾳδίως καὶ μεθαρμόζειν, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, πρὸς διόρθωσιν. ἐπεὶ δὲ ἡ βούλησις τοῦ δυνάμεως χηρεύει, καὶ πολλὰ τὴν ὁρμὴν ἀνακόπτοντα κωλύει, ὅ μοι λοιπόν ἐστι δυνατόν, γραφῇ τυποῦσθαι τὰς παραινέσεις, ὡς καὶ καθαρχὰς ἐπιχείρειν, ἤδη πειράσομαι. κέ.

Sæc. IX. Anno 869.

Ὅτι μὲν οὖν χρὴ τὸ θεῖον εἰλικρινῶς ἀγαπᾶν καὶ θεραπεύειν, καὶ τὸ ὁμόφυλον ὡς ἑαυτὸν στέργειν καὶ φιλεῖν, ἔμφυτός πως τοῖς ἀνθρώποις ἡ γνῶσις καθέστηκεν· ἡ βούλησις δὲ μὴ συντρέχουσα τῇ γνώσει, εἰς θέσπισμα καὶ νόμον ἀναγραφῆναι τὸν κοινὸν ἐξεβιάσατο γνώμην. Ὅτι δὲ ὁ μὲν θεῖος εἰλικρινὴς ἔρως, καὶ ἡ πλησίον στοργὴ καὶ τελεία ἀγάπη, τῶν ἄλλων ἐντολῶν ἐν ἑαυταῖς περιέχουσι τὰς πράξεις, ἐκ παλαιοῦ μὲν καὶ αὐτόθεν κατανοῆσαι. παρίστησι δὲ τοῦτο καὶ ὁ δεσποτικὸς λόγος, ἐν οἷς φησὶ πρὸς αὐτούς, Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται, καὶ οἱ προφῆται. Καὶ γὰρ ὁ τὸν θεὸν ἔρωτα ἐνστερνισάμενος, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν στέργων καὶ φιλῶν, πατέρα μὲν καὶ μητέρα διαφερόντως ἀγαπήσει, καὶ τιμῆς κζ.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

τ πρώτης, μετά γε Θεόν, ἀξιώσῃ. Αἱματῶν ἢ ἐμφυλίων ϗ φόνων ἀ μόνον τὰς χεῖρας καθαρὰς φυλάξῃ, ἀλλὰ ϗ τ γλῶτταν ϗ τὰς λογισμὰς μελέτης τοιαύτης. Οὐ μὴν ἀδὲ κλέψειεν ἄτ' ἀδεὶς γὰρ ὃν ὡς ἑαυτὸν φιλεῖ ϗ φυλάττει, τάτε κλέπτης ἐφωράθη. Ἀλλ' ἀδὲ ἀλλοτρίας γάμας διορύξῃ. Οὐδ' ὅρκον ἐπίορκον ὀμόσῃ, ἢ μὴν ἂν ἀδὲ μαρτυρίαν ψευδῆ ϗ ἕ πλησίον μαρτυρήσῃ. Καὶ ὅλως, ἀ χειρῶν ἀδίκων ἄρξῃ, τύπτειν ἢ πατταλακίζειν ἐπιχειρῶν, (y) ἢ τύραννον ἐρασθῆς τ, ὅσα τῷ πλησίον ὑπάρχῃ, γινόμενον. ὁ γάρ τι τάτων ϗ τολμῶν, αὐτόθεν λυμαίνεται ἄμφω, ϗ τὸν ἔρωτα τὸν θεῖον ϗ δεσποτικὸν, ϗ ἕ ὁμοφυῆς τιμὴ σοργήν. τῷ μὴν ἐπιβουλαῖς ϗ περιβάλλων κακοῖς, τὸν ἢ ἀσφαλῆ ποιήμενον ϗ ὑπερορᾷ. ἐξ ὧν εἰς ὕβριν ἀπαρασκεύτως ϗ πικρὰς τιμωρίας ἐμβάλλῃ ἑαυτὸν πᾶσιν ἐστι φανερόν. Εἰ γὰρ ὁ τῶν ἀνθρωπίνων προσταγμάτων ϗ τ ἐπισατέσης ἀρχῆς ὑπερόπτης ἀ ἀλαφεύγῃ τὴν δίκην, ἀλλὰ ϗ εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν πολλάκις τὸν κίνδυνον ἔχῃ, ὁ τὸν δεσπότην τ ὅλων ϗ βασιλέα ϗ δημιουργὸν ἀφ' τ εἰς τὸν ὁμόδουλον παροινίας ϗ ἐπιβουλῆς ἀτιμάζων ϗ ἐξουθενῶν, ϗ τὰς αὐτ νόμους ἀφανίζων, ϗ χλεύην δεικνὺς, ἡλίκην τινὰ τ τιμωρίαν δώσῃ; διὸ προσήκῃ παντὶ τρόπῳ ϗ πάσῃ σπουδῇ, μὴ τ καθαρὰς ϗ ἀμωμήτου ἡμῶν θρησκείας, ϗ ταύτας ἀφυλάττειν τὰς ἐντολάς. ἀ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι, χωρὶς αὐτῶν, ἄτε τ τ πιστῶν ϗ φιλοθέων μερίδος γενέσθαι, ἄτε τ τ ἀρνῶν ἀξιωθησόμεθα βασιλείας.

κή. Ἀλλὰ ταύτα μὴν ἀνθρώπῳ σπουδῇ παντὶ πάσῃ δυνάμει σπουδαφυλακτέον, ἄρχοντι ϗ ἀρχομένῳ, νέῳ ϗ πρεσβύτῃ, πλουσίῳ ϗ πένητι. κοινὴ γὰρ ἡ φύσις, ϗ κοινὰ τὰ προστάγματα, ϗ κοινῆς τῆς σπουδαφυλακῆς ϗ ἐπιμελείας δέομενα. Ἃ ἢ μᾶλλον πρὸς τιμὴν τ ἀρχόντων ὁρᾷ παιδαγωγίαν, ϗ τῇ σῇ φυλάττειν ἐπιτηδειότερα ἐξουσίᾳ, ϗ ἐξ ὧν ἔσχηκε σοι ϗ πρὸ τ ἄλλων πλείστη ἐμπειρία, σκεπτά σοι νῦν ἐρήσεται. ϗ γὰρ πολλῆς τῷ ἄρχοντι δεῖ καλοκαγαθίας, τ τε ἄλλης, ϗ τ ἐν ἤθεσιν εὐκοσμίας. διὸ ϗ φασὶν, Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. ϗ, Ὅτι ὥσπερ ὁ χρυσὸς ἐν τ λιθίναις ἀκόναις δοκιμάζεται, ἕτως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐν τ ἀρχικαῖς ἐργασίαις ϗ τ τ ἀρχομένων διανοίαις ἐξετάζεται.

κθ'. Σὺ ἢ μοι μάλιστα πρόσεχε, ἵνα μὴ μόνον ἀκροατὴς ἀλλὰ ϗ ποιητὴς γένῃ καλῶν ϗ ἀξιαγάστων πράξεων. ἀρχὴ

proſequetur; A ſanguine porrò & cædibus conſanguineorum puras ſibi manus conſervabit, ſed & linguam porrò & cogitationes ab ejuſmodi omni diſpoſitione mundas: Adhuc, nec furabitur qui talis eſt, neque enim unquam illum ſpoliaſſe invenitur aliquis quem diligit, cui cuſtos apponitur; Sed nec alienum irrumpet thalamum; Nec falſum jurabit juramentum, nullum dicet falſum teſtimonium contra vicinum ſuum, neque dabit initium injuriarum; Non pugnis cædere, non conſpurcare maledictis aggredietur; Non tyrannicè concupiſcet ea quæ pertinent ad vicinum ſuum. Qui enim quid iſtiuſmodi attentaverit, uno actu utrumque violat, Amorem nempe in Deum & Dominum, & erga cognatum ſibi Affectum: hunc enim adoritur ex inſidiis, & malis circumſcribit; illum vero deſpectum & contemtum habet. Patet autem omnibus, quibus ſe pœnis, quàm gravibus ſubjicit & ineluctabilibus. Si enim qui mandata tranſgreditur humana, & imperium deſpicit ſibi præſidentis, condemnationem non effugiet, ſed & capite quandoque peccatum luit; is profectò qui per vim oblatam & inſidias ſtructas in conſervum ſuum, omnium rerum Dominum, Regem & Opificem inhonorat & nihili facit, verùm leges ab eo latas ludibrio habet & lubentiæ exponit, qualem, par eſt, ut ſubeat pœnam? Oportet igitur omni modo, omni curâ & diligentiâ, hæc mandata unà cum inculpata pietate & ſincera religione conſervare. Neque enim aliter partem habere poſſimus cum fidelibus & Deo charis, nec regni cœlorum digni judicabimur.

Enimverò cuilibet mortalium hoc incumbit, ut omnem exhibeat ſuam & quidem extremam potentiam in his conſervandis. Spectat hoc ad Principem æquè ac ad ſubditos, juvenes & ætate provectiores, divites & pauperes: Nam communis eſt natura omnibus, communia hæc mandata dantur, communi curâ & ſolicitudine cuſtodienda. At quæ ſpectant ante alia ad informandos principes, quæ magis par eſt ut tua obſervet poteſtas, unde tibi major accreſcet experientia, illa tibi in procinctu ſum ſuggeſturus. Principem enim oportet multiplici præditum eſſe probitate, cum aliâ tum imprimis illâ quæ morum ſpectat pulcritudinem, unde illud adagium dicitur, Magiſtratus virum indicat. &, Quemadmodum aurum probat acies lapidea, ita & humanam mentem actiones cùm imperiales, tum ſubditorum diſpoſitiones diſcernunt.

At tu mihi ſedulus auditor adſis, nec auditor tantum ſed & operator actionum bonarum & admiratione dignarum. Principium

(y) Ἢ τύραννος.] Aut delendum ἢ, aut legendum τυραννῶν, & non τύραννος: ubique τύραννος ἐστὶ, non ſunt ἀσυνδέτως copulandi.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

pium porrò à Deo & divinis arcessemus. Oratio igitur connectit Deo hominem, eique familiarem reddit. Est autem illa cum Deo collocutio & congressus quidam intellectualis, qui est omnium rerum pulcherrimus & pretiosissimus. Ab illo emanat substantia omnis & consistentia; ab illo providentia & bonorum exhibitio; perfectio omnis, & affectuum omnis emundatio. Quocirca si ab oratione nulla alia utilitas egrederetur, istud tamen unicum apud homines Deum diligentes & videndi curiosos instar omnis alterius oblectamenti, omnis quæ in vita contingere potest beatitudinis & felicitatis, esset abunde suffecturum. Ast cùm per eandem peccatorum obtinemus remissionem, & quicquid nobis conducibile sit recipimus, donis donati optimis, & perfectos facientibus recipientes, necnon in se speciosissimis; ad operandum ea advocamur quæ inexplicabilia omnia nobis conferre solent: Per gratiarum porrò actionem, quam in precibus expedimus, benefactorem quasi remuneramus, & tanquam quasdam illi primitias offerimus, præsentes animi nostri affectiones & motus, doxologias quoque ab intelligibili nostra & rationali natura resultantes. Cùm igitur tot & tanta per orationem procurentur, quomodo non æquum sit, ut nos alacriter in illa extendamus, eam vehementius depereamus & omni modo amplectamur.

Orato igitur indesinenter privatim & apud te Deum: sed & palàm & unà cum multitudine orato. Certè per utrumque orandi modum, ut Deum amantem decet, observatum sanctificatio habetur. In quantùm verò prius illud ad mentis tuæ conducit puritatem, in tantum id quod ponitur secundo loco, intuentes in imitationem vocat. Et alterum quidem privatis commodis inservit, alterum insuper conducit & alienis. Illorum porrò salus & in virtute progressus illustre admodum testimonium virtuti Imperantis perhibet.

Templa Deo & sanctis ejus secundum leges ædifica ecclesiasticas: Eò populus convenire in cœtus assuescat, in eum finem ut communibus votis Deum propitium facientes, & communiter doxologiam ei offerentes, ita magis cum in communem concordiam coalescant, & communem referant cùm salutem tùm etiam alias utilitates.

Sacrificia sacrata nostræ religionis spectant ad sacerdotes: quibus si libenter te accommodabis, & oblationes tuas dederis, & benevolentiam ex eo facto, & simul gratiam indè non vulgarem reportabis. Poteris autem, modo animus adsit, & tutè per te pulcherrimum Deo offerre sacrificium & delectabile, si vitam ipsi puram & animum rectum pulchrè obtuleris.

Ad rei verò totius publicæ administrationem cùm intelligas plurimum conferre

ἢ ἡμῖν, κἂν τούτοις, ἀπὸ τῶν θείων. Εὐχὴ μὲν οὖν Θεῷ συνάπτει καὶ οἰκειοῖ, ὁμιλία τις ἔνθεος οὖσα, καὶ συνουσία νοερὰ τοῦ πάντων καλλίστου καὶ τιμιωτάτου· ἐξ οὗ πᾶσα μὲν οὐσίωσις καὶ συνοχὴ, πᾶσα δὲ πρόνοια καὶ χορηγία τῶν ἀγαθῶν, πᾶσα δὲ τελειότης καὶ διακάθαρσις τῶν παθῶν. Ὅστε εἰ καὶ μή τι ἄλλο κέρδος ἐκ τῆς εὐχῆς ἀνεφύετο, αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλιστα τοῖς φιλοθέοις καὶ τοῦ ἀγαθοῦ φιλοθεάμοσιν ἀντὶ πάσης εὐφροσύνης ἤρκει, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὸν βίον μακαριότητος καὶ εὐδαιμονίας. Ὅτε δὲ καὶ τῶν ἁμαρτημένων ἄφεσιν λαμβάνομεν δι' αὐτῆς, καὶ τῶν ἄλλων αἰτηματῶν ὅσα συμφέρουσι τὰς ἀγαθοειδεῖς καὶ τελεσιουργοὺς δωρεὰς, προκαλούμεθα, ἀξιούμεθά τε τῶν ἀφάτων περὶ ἡμᾶς ἔργων καὶ δώρων διὰ τῆς ἐν αὐτῇ εὐχαριστίας τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι, καὶ δὴ καὶ οἵας ἀπαρχάς τινας αὐτῷ προσφέρειν, τὰς κατ' ἐκείνην τοῦ νοῦ κινήσεις καὶ δοξολογίας, τῆς νοερᾶς ἡμῶν καὶ λογικῆς οὐσιώσεως· ὅτε τοίνυν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τῇ εὐχῇ περιείληπται, πῶς οὐ χρὴ πρὸς ταύτην προθύμως ἐπεκτείνεσθαι, καὶ ταύτης ἐρᾶν σφόδρα καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι;

Σὺ τοίνυν προσεύχου μὲν εὐχὰς ἰδίας διαπαντὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. προσεύχου δὲ καὶ ἅμα τῷ πλήθει, καὶ ἐν τῷ φανερῷ· δι' ἑκατέρου μὲν γὰρ θεοφιλῶς πραττομένου, τὸ ὅσιόν ἐστιν ἀποδιδόναι. ὅσον δὲ τὸ πρότερον εἰς καθαρότητα διανοίας πλεονεκτεῖ, τοσοῦτον τὸ δεύτερον εἰς μίμησιν τοὺς ὁρῶντας παρακαλεῖ. καὶ τὸ μὲν εἰς οἰκεῖον κέρδος συντελεῖ· τὸ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους οἶδεν ὠφελεῖν· ὧν ἡ σωτηρία καὶ ἡ προκοπὴ, μεγάλη πάλιν τῆς ἀρετῆς ἐστι τοῦ ἄρχοντος μαρτυρία λ'

Ναοὺς ἐπ' ὀνόματι Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς οἰκοδόμει, καὶ τούτοις τὸν λαὸν ἐκκλησιάζεσθαι ἔθιζε· ἵνα κοινῇ τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι, καὶ κοινὴν τὴν δοξολογίαν προσάγοντες, εἰς κοινήν τε μᾶλλον ὁμόνοιαν συνελαύνωνται, καὶ κοινὴν καρπῶνται τὴν σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν. λά.

Αἱ θυσίαι μὲν τῆς ἱερᾶς ἡμῶν λατρείας τοῖς ἱερεῦσιν ἀνάκεινται· οἷς ὑπηρετῶν προθύμως καὶ προσφέρων, πολλῆς τῆς διὰ τούτων ἀπολαύσεις καὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος. δύναιο δ' ἂν καὶ σὺ, βουληθεὶς, κάλλιστον αὐτουργῆσαι Θεῷ θύμα καὶ ἐρασμιώτατον, βίον αὐτῷ καλλιερούμενος καθαρὸν, καὶ διανοίας ὀρθότητα. λβ'.

Εἰδὼς δὲ ὡς μεγάλη ῥοπὴ πρὸς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν, ῥώμη καὶ τάχος λγ'.

δια-

SÆC. IX. ANNO 869.

Διανοίας, μηδὲ ταύτης ἀφίσασο τὴν ἐπιμελείας. ἀγχίνοια μὲν γὰρ οὐκ ἔστι φωέσθαι τὸν μὴ φύσει τοῦτο πεφυκότα· μελέτη δὲ καὶ πραγμάτων πεῖρα, ταχὺ χεῖρον ἐμποιοῦσα τῷ γνώσιν, πολλάκις ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ὀξύτερον ἔδειξαν τὸν ἐγγεγυμνασμένον, ἢ τὸν ταύτης τῆς δυνάμεως καὶ φύσιν μετειληχότας. διὸ ὁ φρόνησιν ἀσκεῖν πρεπόντως λέγει βίᾳ· αὕτη δὲ παραγίνεται μελέτῃ μὲν καὶ μνήμῃ πράξεων πρεσβυτέρων, ὁμιλίᾳ δὲ καὶ συνουσίᾳ τῶν πειόντων ἀνδρῶν φρονίμων, καὶ ἐμπειρίᾳ δὲ τοῦ καὶ τὸν βίον πρακτέων. πρᾶξις γὰρ μιμήσει καὶ βουλῇ καὶ διαχειρήσει κράτος συλλαβοῦσα, τὸ ἄνωθεν ῥοωῆς οὐκ ἀντιφραττόμενον, εἰς συμφέρον τέλος ἀποβαίνει.

λδ'. Μηδὲ τοῦ περὶ τὸ σῶμα δὲ ἠθῶν καὶ σχημάτων καὶ κινήσεων, ὡς ἀτελῶν, ὑπερόρα. καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς δρίστη τάξις καὶ κατάστασις οὐκ ἐλάχιστον μέρος φρονήσεως ἔδοξεν εἶναι· καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι μὴ συνιδεῖν εἰσὶν οὐ ῥᾴστα δεινοὶ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ δύναμιν καὶ τὸ κάλλος, ἔτοι τοῖς ἔξωθεν θεάμασι ξεναγούμενοι, καὶ τῶν ἀδήλων ἐρασταὶ καὶ ἐπαινεταὶ καθίσανται. Διὰ τοῦτο δεῖ καὶ πρόσωπα ἁρμόττειν, καὶ κόμης ἀσκήσει, καὶ περιβολῇ ἐσθῆτος κόσμιον ὀρᾶσθαι καὶ σεμνὸν, μήτε εἰς τὸ βλακώδες καὶ περίεργον οὐκφερόμενον, μήτε πάλιν πέρα τοῦ μετρίου πρὸς τὸ ἠμελημένον καθελκόμενον. ἑκάτερον γὰρ ἀπρεπὲς καὶ ὑπερφρόνητον, καὶ δρχικῆς πολιτείας ἀλλότριον. Καὶ βαδίσματος πρέπει τῷ ἄρχοντι τάξις, μήτε εἰς τὸ δηλυπρεπὲς καὶ ἔκλυτον ἀχημονοῦντι τῇ κίνησιν, μήτε μὴν εἰς τὸ ἀθρόον καὶ τεταραγμένον καὶ ἀνώμαλον ταύτῃ σπουδαιοτέρῳ· καὶ ὅλως, πᾶσα κίνησις τάξει κοσμείσθω.

λέ. Δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐν λόγοις τάχος ὑλαβεῖσθαι. ταχυλογία γὰρ, ἐν μὲν ἀγωνιστικαῖς διαλέξεσι καὶ ἀμίλλαις, οὐκ ἀκαταφρόνητον ἴσως, ἀλλ' ἀγλαΐς· ἐν δημηγορίᾳ δὲ, ἀνόητον καὶ ἐπισφαλές. ἐν δὲ προστάγμασι, καὶ μάλιστα τοῖς πολιτικοῖς καὶ κοινοῖς, ἀτελὲς καὶ ταπεινόν. Εὐτελέστερον δ' εἰπεῖν, ταχύτης ἐν πράξει καὶ λόγοις καὶ κινήμασι, σὺν ἀταξίᾳ, θεῖον μέν τινα καὶ ὑπερφυῆ δοφαίνει τὸν ἔχοντα. πάνιον δὲ, καὶ συνελθεῖν ἅμα πάντα χαλεπώτατον. τὸ δὲ ἐν τούτοις σύμμετρον σὺν ἀταξίᾳ, σεμνόν τε καὶ ἀξιάγαστον, καὶ μεστὸν ὄγκου καὶ σὺν ἀλαβείᾳ, πολυθεινὸν ἐρᾶσθαι προσκαλεῖται, καὶ ἄρχειν ἐπιτηδειότερον, εἴπερ καὶ ἐν τοῖς δρίστοις ἐστί τι τῷ πλήθει ἐρασμιώτερον. ταχύτης δὲ σὺν ἀταξίᾳ, ἐμπληκτον καὶ μανικὸν, καὶ προσδιορθοῦν

mentis valentiam & agilem dexteritatem, noli curam hanc obire negligentius. Et certè prudentiam in procinctu non habebit ille qui non est a natura ad illam comparatus. Meditatio sedula, experientiaque rerum, quæ cognitionem ad manum suppeditant, non rarò virum usu exercitatum faciunt multò acutiùs in procinctu videre quam alios quibus a natura hæc facultas concessa est. Quocirca providentiam decet exercere per totum totius vitæ cursum. Acquiritur illa autem dum recolimus & meditamur res olim gestas, dum congressum affectamus & familiarem sermonem prudentium in vita exsistentium, dum rerum quotidianam experientiam colligimus. Actio enim acquirit vires per imitationem, consilium & operationem, atque ita Divino non adversante auxilio in finem commodum conducit.

Habitum, figuram, motum corporis noli tanquam vilia contemnere. Ordo enim in illis qui est optimus observatus, & dispositio præclara, non minima videtur esse prudentiæ portio. Illi autem quibus non est positum in proclivi vim, facultatem, pulchritudinem in anima deliteſcentem intueri, facilè ducuntur externis spectaculis, & rerum oculis non subjectarum exinde amatores exsistunt & præcones. Ideo decet vultu bene dispositio, coma exornata, vestitu & amictu gravitatem præ se ferre & decorem: non ad mollitiem vel curiositatem deviare, nec ultra quam par est ad neglectum transferri. Dedecet enim utrumque & contemtum parit, & abhorret a principis viri ratione & statu. Sed & principem decet incessus bene compositus: nam nec moveri debet dissoluto & muliebri motu, neque rursus novitatem affectare per confertum, perturbatum, disparem ingressum, omnis autem corporis motio ordine omnino disponatur.

Cavenda est & in sermone velocitas. Est autem illa forsitan alicujus usus in contentiosis & eristicis congressibus, nec virum dedecet generosum: sed stulta est & periculosa, adhibita si sit in colloquiis familiaribus: In mandatis dandis, politicis præsertim & rem spectantibus communem, humilis est & nullius pretii. Exaccuratè dicere, celeriter perficere actibus, sermonibus, motibus, cum decore versari, divinæ sortis illum esse & ultra communem arguit qui ita comparatus est. Verùm rarò admodum & difficulter contingit ut simul omnia in unum conspirent: moderatio ornata, gravitas visu digna, cum pondere quodam & cautione conjuncta, ea possidentem conspicuum cum jucunditate quadam, & ornatum reddit ad imperandum, &, si quid vulgus quod optimum censetur adamare queat, placitum. Volubilitas verò sine ulla dispositione vel ordine furiosum

SÆC. IX. ANNO 869.

Digitized by Google

SÆC. XI. ANNO 869.

quiddam & insanum videtur: sæpius aberrat a recto, etiamsi aliquando prodesse poterit vehementer. Tarditas cum confusione, stultum quid, imbelle: aberrare videtur plerumque, & quidem in magnis, licet interdum aliquid perficiat boni; sed illud tenue & nullius pretii, quodque non aliter habeatur bonum, quam collatum ad cæteras ejus actiones.

ἐνίοτε μεγάλα, καὶ σφάλλον ὡς τὰ πολλὰ ὠφελιμώτερα. ἡ δὲ σὺν αἰσχύνῃ βραδύτης, νωθρὸν καὶ ἠλίθιον, καὶ σφάλλειν μὲν ἐνίοτε καὶ μεγάλα, κατορθοῦν δὲ ἐλάχιστα, καὶ ταῦτα λίαν ταπεινὰ, καὶ πρὸς τὰς λοιπὰς ἐκείνης πράξεις μόνον ὠφελιμετρούμενα, κατορθώματα.

SÆC. IX. ANNO 869.

Risus disrumpi, cum deformitate vultus & morum dedecore, constantiam & gravitatem contumelia afficit.

Τὸ πρὸς γέλωτας διαθρύπτεσθαι, μετὰ αἰσχημονείας τοῦ μορφοῦ, καὶ ἤθους ἐστὶν ἐξυβρίζειν τοῦ σεμνοῦ. λς'.

Immunis sit cùm auditus tum etiam lingua a turpiloquio. Quæcunque cum voluptate quis audire gestit, illa eadem effari non pudefit: & quæ quis dicere non erubescit, certè nec erubescet perpetrare, cujus rei ita edidit demonstrationem. Omnino caveas ne lingua prolabaris. sæpe enim vel levissimo sermone lapsa, ingens intulit detrimentum, & certò de capite periclitata est, jecitque aleam.

Ἀισχρορρημοσύνης ὦτα καὶ ἀκοὴ καὶ γλῶσσα καθαρευέτω. ἃ μὲν γάρ τις ἀκούων ἥδεται, ταῦτα καὶ λέγειν οὐκ αἰσχύνεται, ὅτι καὶ πράττειν οὐκ αἰσχυνθήσεται, μεγάλου παρέχει ἀποδεῖξιν. Διὸ ὅλως ὦ, γλώσσης φυλάττου παρολισθῆσαι. ῥήματι γὰρ βραχυτάτῳ πολλάκις ὑποσφαλεῖσα, μεγάλου ἐνέβαλε ζημίαν, αὐτὰς τὰς περὶ ζῆν ἐλαχάτας ἀναρριψασα κύβους. λζ'.

Aures præbe patulas injuria affectis, clausas contrà ad afficientium injuria lenocinia & probabiles inductiones.

Ἔχε τὰ ὦτα τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἀνεῳγμένα πρὸς τὰς τῶν ἀδικούντων ἐπαγωγὰς καὶ πιθανολογίας ἀποκεκλεισμένα. λη'.

Labia accusatoria & sycophantica aspernere: nam non rarò & liberos furere in parentes, & parentes in liberos, adegerunt, vitæ vincula & connexiones diruperunt, & in se invicem consanguineos excitarunt. Quid autem illa minora commemoro? vel unica sycophantæ vox civitates & domos integras subvertit sæpe.

Χεῖλη ὦ κατήγορα, καὶ συκοφαντίας, ἀποστρέφου· πολλάκις γὰρ παῖδας κατὰ πατέρων, καὶ πατέρας ἐξεμάνη κατὰ παίδων, καὶ βίον ἔσχισε, συζυγίας καὶ συγγενείας ἐπανέστησε κατ' ἀλλήλων. καὶ τί λέγω; πόλεις ὅλας καὶ οἰκίας ἀνέτρεψε μία φωνὴ συκοφάντου. λθ'.

Ne sis in amicitia ineunda velox; initam vero omni modo nexu conserva indissolubili, totum in te proximi derivans onus, nisi fortè cum periculo tuæ animæ jungatur. Certamina & discordiæ inter amicos in contemtum adducunt universum hominum propositum & dispositionem: nec culpæ tantum obnoxii, sed & sine culpa qui sunt, in eandem suspicionem trahuntur. Illorum fruere amicitia qui cum aliis sine fuco sinceram semper amicitiam custodierunt; qui nec oculo invido intuiti sunt florentes, nec positos in adversis neglexerunt. Exstitere multi qui tulerunt opem afflictis & auxiliati sunt amicis, at felicitatem in prosperis eorum ferre nequivere: quos neutiquam redarguit oblata commiserandi occasio, illos affectus invidiæ palàm fecit. Habe ergò tibi amicos non malos sed optimos. Certè qui in amicos eliguntur, mores & dispositiones propalant ipsos eligentium. Per probos & honestos, si quis in aliquo lapsus sit, tacitè in amissum locum reducetur: Improbi bonitatem quà quis præditus est depopulantur. Probi, si quid desit de virtutis mensura, è suo penu supplendo, defectum tollunt & resarciunt: sed cum improbis conversatio, quicquid boni sit reliquum, declarat esse adulterum. Noli ab amicis libenter ea quæ delectent audire, potius autem cum veritate juncta: Si

Μὴ ταχὺς ἦθι ζευγνύειν εἰς φιλίαν· συζεύξας δὲ, παντὶ τρόπῳ τὸν δεσμὸν ἄκυτον συντήρει, ἅπαν τὸ πλησίον ἀνέχων τὸ βάρος, πλὴν εἰ μήπω ψυχῆς κίνδυνον ἐπάγῃ· αἱ γὰρ πρὸς τοὺς φίλους διαστάσεις τοῦ ὅλου προαίρεσιν σκιαυλίζουσι τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐ τὸν ὑπαίτιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναίτιον εἰς τὸ αὐτοῦ ὑπόνοιαν καθίστασιν. Ἐκείνοις ἡ κέχρησο φίλοις οἱ πρὸς ἑτέρους καὶ πάντα καιρὸν ἄδολον διεσώσαντο τοῦ φιλίαν, καὶ μήτε δυσεραγέσι βασκανίας ἐπέβαλον ὀφθαλμὸν, μήτε ἠμέλησαν δυσεραγούντων. πολλοὶ γὰρ κακῶς μὲν πράττουσιν ἐπεκήρυξάν τε καὶ συνήργησαν τοῖς φίλοις, οὓς δὲ φερομένων, ἐρᾷν οὐκ ἠνέγκαν τοῦ ἀνημερίαν· καὶ ὡς οὐκ ἤλεγξε καιρὸς συμπαθείας, τούτους ἐφώρασε τὸ πάθος καὶ φθόνου. Κτῶ τοίνυν φίλους, μὴ τοὺς φαύλους, ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους. οὐ γὰρ τῶν φιλημένων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται τὰ ἤθη τῶν φίλων· καὶ διὰ μὲν τῶν πανδήμων ῥᾷστον ἄν τις, καὶ πανσφαλεῖς, ἐπαναχθείη· οἱ φαῦλοι δὲ τὸ πρόσθεν λυμαίνονται καλοκαγαθίαν· καὶ οἱ μὲν καὶ τὸ λεῖπον εἰς ἀρετὴν, δι' ἑαυτῶν ἐπιτειχίζοντες, ἀνελλιπεῖς φαίνεσθαι ποιοῦσιν· ἡ δὲ πρὸς τοὺς φαύλους ἐπιμιξία, καὶ ὅπερ ἐστὶν ὑπόλοιπον ἀρετῆς, νόθον ἀποφαίνει. Μὴ ζήτει δὲ πρὸς φίλων ἀκούειν τὰ ἡδέα, ἀλλὰ τὰ ἀληθῆ μᾶλλον· μ'.

*καὶ πανσφαλεῖς.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

εἰ γὰρ ἐχθροῖς μὴ, ἀδ' ἀληθεύουσι, πιστευτέον, φίλοις ἢ διέφθορε τὰ τ' ἀληθείας, καὶ τὸ ἡδὺ λέγειν ζητοῦσι καὶ εἶναι, πόθεν ἡμῖν ἀλλαχόθεν ἡ τ' ἀληθείας * ἔσοιτο γνῶσις, καὶ (z) ἡ ἐπιστροφὴ, † τ' οὐκ ἄλλως ἐγὼ ἐνίοτε παρ' ἡμῶν λεγομένων ἢ πραττομένων ‡; Διὸ μέγιστον ἡγοῦ φίλους κολάκων διαφέρειν. οἱ μὲν γὰρ κατ' πρόσωπον ἐπαινοῦντες, σέ τε τὰ, ὡς εἰκὸς, ἁμαρτανομένων συναίσθησιν λαβεῖν οὐκ ἐῶσι, καὶ μείζω ταῦτα ποιοῦσι τοὺς ἄλλους τ' διαβολαῖς ἀποτελοῦσιν· οἱ δὲ καί σε, τῷ διὰ φιλίας ἐλέγχῳ, συνιδεῖν τὸ ψεγόμενον μᾶλλον δυναμοῦσι, κἄν τι δέῃ πρὸς τοὺς ἔξω λέγειν, ἀντὶ κατηγορίας ἀπολογίαν τ' πραχθέντων σκεψανοῦνται. Ὅσον οὖν τ' ἐπὶ κακίαν προκόπτειν τὸ ἀρετὴν ἀσκεῖν διενεώχε, καὶ τ' διαβάλλεσθαι ἐν τοῖς ἀρχομένοις τὸ τοὺς διαβολοὺς διαλύειν, τοσοῦτον δεῖ ψέγεσθαί σοι τοὺς εὔνους πλέον ἔχειν τ' κολάκων.

* ἔσιται. † ἢ τῶν. ‡ ἴσ. - νων ἐπιστροφή;

μά. Τῶν ἀπορρήτων, ἃ μὲν τ' σὴν ἀρετὴν αὐξάνει, κοινούσθαι τοῖς φίλοις· ἃ δὲ τὴν γνώμην φαυλίζει, μήτ' αὐτὸς μετέχειν, μήτε τοῖς φίλοις ἀνατίθεσθαι· ἄριστον μὲν γὰρ τοῦτο καὶ χωρὶς αἰτίας ἑτέρας. πλεῖόν γε δὴ, ἐς κόρον, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τ' φιλτρα τραπέντα, μᾶλλον τ' παραινέσεως τὸ χρήσιμον καθορᾶται· τὸ μὲν γὰρ φαῦλον τ' κρυφίων, τότε μάλιστα τοὺς λογισμοὺς τ' συνειγνωκότος ἐπιστρέχον τ' διαθυμαῖνον, θάττον τέ, καὶ σὺν ἀδενεῖ ὄκνῳ, τ' ἀγάπης ἀποστήσει, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν ἰδεῖν οὐκ ἐάσει· σοί τε διαβολὴν βαρεῖαν, ἔκφορον γεγονὸς, ἐποίσει, τ' πρὸς τὸν ἐξεπόνησα χαλεπώτερον διαθήσει. τὸ δὲ χρηστὸν τόν τε συνειγνωκότα ῥαγῆναι τ' φιλίας ἐπικαταχέσει, δεσμῷ κρατίστῳ, τῇ ἀρετῇ, βιαζόμενον, καὶ εἰς ἔπαινον τ' σῆς ἀπταίστου γνώμης ἐπὶ νῶν ἐρχόμενον, διανοήσῃ, καί σε δηλονότι ταῦτα συνορῶντα, οὐκ ἀηδῶς ἀναλαβεῖν, εἴ τι παρλωέχθης, τὴν τε πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν τ' τὴν ἐν τῷ πόθῳ χέσιν ἀναπείσῃ. Ἀεὶ μὲν ἂν φίλους διλόγῃ, μάλιστα δὲ τοὺς ἀπόντας ἐπὶ τ' παρόντων. ἅτε γε γὰρ καὶ τὸ τ' κολακείας διαφύγοις, ἀδ' ἧκον αὐτῆς ἐν σοὶ φαίνεσθαι πρασκοπάζων, καὶ τοῖς φίλοις ἔσῃ πρᾴτερον κεχαρισμένα, τοιοῦτον σεαυτὸν εἶναι τοῖς παροῦσι πιστώσας, οἷον αὐτοῖς πρὸ τ' ἀπόντων γνώσῃ.

μϚ. Οὕτω δὲ σεαυτὸν φιλίᾳ προφέρξας, ἔσῃ τοῖς μὲν εἰς ἑτέρους καὶ εἰς τὰ κοινὰ πλημμελοῦσιν ἀπαραίτητος, τοῖς

SÆC. IX. ANNO 869.

enim inimicis ne verum quidem dicentibus fides adhibenda, & id quod verum est ab amicis deperiit, eò quod id quod dulciter arridet tantum proloqui voluerint, unde erit ut in veritatis cognitionem, ad illam conversi, deducamur? unde ut ab iis discedamus quæ nos parum piè interdum dicimus vel facimus? Existima idcirco plurifariam differre assentatores ab amicis. Illi coram laudantes & in os, nullo sensu te affici permittent eorum quæ sunt a te minus rectè gesta; apud alios autem calumniando, majora esse quam sunt revera clamabunt: Amici vero, reprehensione sua amica, peccatum ut videre possis melius, efficient; quod si opus sit apud alienos de eo verba facere, non illi accusationem sed apologiam meditantur. In quantum igitur virtutis exercitium progressum in malis antecedit, & satius est apud subjectos criminibus absolvi quam accusari, in tantum te oportet benevolos omnibus adulatoribus anteferre.

De secretis, illa quibus in te virtutis studium augeatur amicis imperti. sed quæ judicium depravant, illa nec actites, nec apud amicos deponas. Est hoc quidem optimum factu sine ullo alio respectu. Quod si, ut fit in humanis rebus, amicorum satietas te ceperit, hîc scio id quod utile est admonitioni præferes. Malum enim si quid in secretis fuerit, tunc imprimis mentem & cogitationem hominis conscii alicujus subiens, tumultu implet, quantocyus certè nec gravatè recedit ab amicitia, ita ut nec admittat revertendi aut respiciendi animum. Propalam vero idem factum magno tibi futurum est dedecori, & in eum qui palam fecit, implacabiliorem faciet. Bonum vero quidvis illum qui est conscius non patitur ab amicitia divelli, cùm virtutis fortissimo vinculo constringatur: & ad laudem optimæ tuæ & præclaræ voluntatis, animo cùm sit repræsentatum, excitabit adhuc magis, neque tu qui tibi scilicet eorum conscius es, ægrè persuadeberis illum, si quid perperam commissum est, ad familiarem iterum congressum & fruitionis desiderium admittere. De amicis igitur semper optimè loquaris & persuasus iis, absentibus præsertim, idque coram aliis: Ita & suspicionem adulandi evitabis, cum nec vel leviter impressum apud te vestigium illius vitii residere persuasum dabis, & amicis quæ grata & accepta sunt facies. Præsentes enim opinabuntur te eundem erga ipsos futurum alias, quem agnoverint ipsi erga absentes te fuisse.

Ad hunc modum ubi te amicis communiveris, eris in illos qui contra alios tum etiam in rempublicam deliquerint, impla-

(z) Ἡ ἐπιστροφή.] Puto legendum, ἢ τ' οὐκ ἀνάγῃς, &c. ἡ ἐπιστροφή. Id enim requirit veritas cognita, ut ad ipsam revertamur, quæ mirabiles sui amores solet excitare.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

placabilis; sed commisericors in eos qui te offenderint. Ita enim fiet, ut rectè in republica procedant leges, & bene cognita & perspecta erit illa cura & solicitudo quam erga subditos geris. Ita quoque fiet, ut intelligatur quam humanus sis, & bene animatus, qui mores regem cùm deceant, in te erunt prædicabiles. Tyranni plerumque negligunt & insuper habent injurias communitati hominum atque aliis irrogatas, sed suas ipsorum proprias rigidissimè solent vindicare: Regem vero, qui secundum justitiam imperium administrat, decet suas injurias humaniter condonare, sed communes & aliis irrogatas cum justitia reformare & disponere.

Ut magnam is meretur laudem, qui cùm summam habeat lædendi potestatem, justum tamen se exhibet; ita multo vituperio dignus, qui cùm nulla re indigeat necessaria, manus tamen rebus alienis injicit. Indigenti siquidem excusatio est paupertas, licet non admittenda, si deliquerit contra justitiam: sed qui, cùm potestatem habeat, nec ulla re indigeat, injuriam facit, prorsus est sine omni excusatione.

Quanto quis majorem potestatem obtinet, tanto majori virtuti debet is præcellere. Qui contra facit, tria simul admittit improbissima: se perdit ipsum; intuentes ad peccandum allicit; Deum facit blasphemari, qui tam improbo tradidit potestatem. Quocirca decet unumquemque malum declinare; sed ante alios, eos qui sint cum imperio.

Ita ergo subditis tuis impera, ut nequaquam tyrannidi, sed eorum confidas benevolentiæ. Est enim benevolentia & longe excellentius & multo tutius firmamentum quam metus. Illud autem acquiritur virtutem possidendo, & labores curamque erga subditos impendendo. Ita fiet ut vitam verè vitalem & regiam agas ipse, atque illos dum tutos & incolumes præstas ab insidiis & calamitatibus præter jus illatis, gloriam tibi paratam immortalem conservabis.

Leges exactissime latas laudato & amplectere: Illas porro intuendo, vitam tuam dirige: noli autem juxta illarum legum calculos pœnas inexorabiles subditis tuis irrogare; potius autem clementioribus institutis illos eruditos rege. Ita fiet, ut dum exactam in teipso rationem inis, metuendus videberis delinquentibus, neque tamen subditis intolerandus.

Vim imperii obtinere oportet non puniendo, sed opinionem fovendo severitatis. Hanc morum procurat stabilitas, gravitas, & sedula observantia. Pœnas infligere frequentiores iracundi potius quam prudentis est. Illi enim facile ad puniendum descendunt, cùm per defectum moderationis mulcere homines nesciunt. Quorum

ἢ εἰς σὲ ἁμαρτάνουσι συμπαθέσθαι. Διὰ μὲν γὰρ ἐκείνην δύνομία ἔσαι τῇ πολιτείᾳ, καὶ ἡ σὴ ὠφελήσει τὰς ἐχομένας ἐπίδηλος ὠφελὴ καὶ κηδεμονία. Διὰ ἢ τάτο τὸ φιλάνθρωπον τῆς γνώμης καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς ἀληθῶς ἀνακηρύτσεται τρόπος. οἱ μὲν γὰρ τύραννοι τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων καὶ τὰ εἰς ἀλλήλους πολλάκις ὑπερορῶσι, πικρῶς ἢ τὰ εἰς ἑαυτὸς ἐξετάζουσι· βασιλέως ἢ ἐσι καὶ ἀρχῆς ἐννομωτάτης ἔργον, τὰ μὲν εἰς ἑαυτὸν φιλανθρώπως φέρειν, τὰ ἢ εἰς κοινὰ καὶ εἰς ἀλλήλους δικαίως διθεῖν καὶ διεξάγειν.

SÆC. IX. ANNO 869.

Ὅσπερ πολλῶν ἐπαίνων ἄξιος, ὁ μεγάλων ἐξουσίαν ἔχων ἀδικεῖν λαῶν, καὶ τὰ δίκαια πράτ]ων· ὕτω πολλῶν ὑπεύθυνος ψόγων, ὁ μηδενὸς ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, καὶ εἰς τὰ ἀλλότρια τὰς χεῖρας ἐκτείνων. ἀνδρὶ μὲν γὰρ πενομένῳ πρόφασις, εἰ καὶ σφάλλοιτο, τοῦ ἀδικεῖν, ἡ πενία· ἀνὴρ ἢ δυνασείαν ἔχων, καὶ ἀπορίαν οὐκ ἔχων, ἀναπολόγητον ἔχει τὸ ἀπὸ τοῦ ἀδικεῖν ἁμαρτίαν. μγ'.

Ὅσῳ δέ τις πλείονι τῇ ἀρχῇ, τοσούτῳ χρεωσεῖ πρωτεύειν καὶ τῇ ἀρετῇ. ὁ ἢ τἐναντίον ποιῶν, τρία ἅμα, καὶ κάκισα, ἐπιτελεῖ· ἀπόλλυσιν ἑαυτόν· τὸς ὁρῶντας εἰς κακίαν παρακαλεῖ· βλασφημεῖσθαι παρασκευάζει τὸν Θεὸν, ὅτι τοιούτῳ τηλικαύτῃ ἐνεχείρισεν ἀρχήν. Διὰ τᾶτο παντὶ μὲν ἀνθρώπῳ φευκτέον ἡ κακία, μάλισα ἢ τοῖς ἐν τῇ ἀρχῇ. μδ'.

Ἄρχε τοίνυν τῶν ὑπηκόων, μὴ πεποιθὼς τυραννίδι, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀρχομένων εὐνοίᾳ. ἔυνοια γὰρ μεῖζον ἀρχῆς βάθρον καὶ ἀσφαλέσερον, ἢ φόβος. τᾶτο ἢ ἀρετῶν τε κτῆσις ποιεῖ, καὶ οἱ περὶ τὸ ὑπήκοον πόνοι καὶ φροντίδες. ὕτω ἢ αὐτός τε ὡς ἀληθῶς βασιλικῶς καὶ ἡδέως βιώσεις, κἀκείνοις ἐλευθέραν ἐπιβουλῆς καὶ συμφορῶν ἀλογίσων τὴν πολιτείαν συντηρήσας, ἀείμνηςον σαυτὸν κλέος τὸν ἅπαντα χρόνον καταλείψεις. μέ.

Νόμων τὰς ἀκριβεσάτας ἐπαίνει καὶ ἀποδέχου· καὶ πρὸς ἐκείνας βλέπων, τὸν σεαυτοῦ ῥύθμιζε, βίον· μὴ μέντοι κατὰ τὰς ἐκείνων ψήφους τὸ ὑπήκοον ἀπαραιτήτως εἰσπράτ]ε τὰς τιμωρίας, ἀλλὰ διὰ τὸ φιλανθρωποτέραν μᾶλλον παιδαγωγεῖ· ὕτω τε γὰρ φοβερὸς, δι' ὧν σεαυτὸν ἀκριβολογεῖς, τοῖς ἁμαρτάνουσιν εἶναι δόξεις, καὶ ἀνεπαχθὴς τοῖς ὑπηκόοις. μς'.

Δεῖ ἢ ἐγκρατῶς ἄρχειν, καὶ τῷ κολάζειν, ἀλλὰ τῷ δοκεῖν κολασικὸν εἶναι. τᾶτο ἢ ἦθος σταθὲς ποιεῖ, καὶ ἡ τῶν οἰκείων τρόπων σεμνότης καὶ ἐπιμέλεια. Ὀργίλων ἢ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ φρονίμων, αἱ κολάσεις· οἵτινες ἀπορία ἢ διδασκαλεῖν σωφρόνως, ἐπὶ τὸ κολάζειν τρέπονται ῥᾳδίως. καὶ τὸ μζ'.

μὲν

SÆC. IX. ANNO 869.

μὲν καὶ ὁ τυραννικώτατος πράξειεν ἄν τι ἢ, μόνος ὁ ἀρχικώτατος· εἴπερ ἄρχοντος ἀρετὴ, μὴ φθείραι, ἀλλὰ πλείους καὶ βελτίονας ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους.

alterum tyrannus, alterum is solus qui imperio dignus faciet: cujus virtus est præcipua, non perdere, sed meliores reddere suos subditos.

μή. Ἄρχοντος μὲν τινες ἔφησαν ἀρετὴν, ἐκ μικρᾶς μεγάλην πόλιν ποιῆσαι· ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἂν φαίην, τὸ ἐκ φαύλης πρᾶξαι σπουδαίαν ἐπισκοπῆσαι. τὸ μὲν γὰρ καὶ καιρῶν πολλάκις φορὰ γέγονε παραιτία. τὸ δὲ οὐκ ἔστι μὴ ἐχὶ ἐπὶ τοῦ ἀρίστου διοικοῦντος γενέσθαι. ὃν σὺ ἐπιζηλῶν, δι' ὧν κατορθοῖς, ἀρετῇ τὴν τῶν ἀρχομένων αὔξεις πολιτείαν.

Sunt qui pronunciant ad officium regis imprimis pertinere, rempublicam è parva magnam facere: mihi potius videtur, ex improba probam constituere. Illud enim interdum occasionis cursus præstat: hoc nullo modo contingere potest nisi per optimè imperantem. Hunc tu si imitatus fueris, tuis præclaris factis rem subditorum communem virtute promovebis.

μβ'. Ὥσπερ τεῖχος σαθρὸν, καὶν οἰκίας ἔνδον ἔχῃ λαμπρὰς, καὶ ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ ὠνείων ἀφθονίαν, ὅμως τὴν πόλιν ἐξουτελίζει· οὕτως οἱ παρὰ τὸν ἄρχοντα φαῦλοι, καὶ τὸν ἐκείνου συναπολλύουσι τρόπον. οἱ γὰρ ἐκείνων τὰ πονηρίας λαμβάνοντες πεῖραν, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῶν δυσφορώμενον παραπλήσιον ὑπολαμβάνουσιν εἶναι.

Mœnia sicut ruinam minitantia, urbem in contemtum ducunt, licet alias pulchrè ædificatam interius, aëris salubritate, & rerum venalium ubertate præstet: ita quoque & impii apud principem, una cum ipsorum, & ejus etiam vitam vituperari faciunt: nam quisquis illorum nequitiam experitur, eum in cujus sunt satellitio, ipsis omnino similem arbitrabitur.

ν'. Μηδενὸς παρανομίαν, κἂν δοκῇ δι' αὐτῆς εὐημερεῖν, ἐπαινέσῃς. ἐκεῖνόν τε γὰρ μᾶλλον εἰς κακίαν ὑπαλείψῃς, καὶ σεαυτὸν εἰς παρανομίαν πρᾶξιν καιρὸν ἐπιζητεῖν ἀπελέγξεις. ὁ γὰρ περὶ καινοῦ τινὸς, δι' ὧν ἐπαινεῖ, προθυμούμενος καὶ τιμῶν, τί ἂν ἐ ποιήσῃ τοιούτου παραπτώματος;

Nullius improbitatem commendes, licet inde videatur felix esse: nam hoc modo ad majorem improbitatem provocabis, & suspicionem creabis probabilem te tantum opperiri occasionem ut illi similis fias. Certè qui nondum data justa occasione affectum se ostendit erga illa quæ commendat, nihil ille non effectum dabit ut primum occasio justa inciderit.

νά. Ὁ τῶν ἀρχόντων τρόπος, νόμος γίνεται τοῖς ὑποχειρίοις. εἴ τι οὖν τὸ πλῆθος ἐξαμαρτάνει, εἰς τὸν ἄρχοντα τὴν αἰτίαν ἀναπέμπει, πόσον οἴει αὐτὸν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ χρεωστεῖν ἀεὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἐγρηγορέναι;

Mores Principum Legis vice sunt apud subditos, quocirca cum delinquant homines, causam rejiciunt in imperantem. Quo te ergo nexu obstrictum teneri putas, ut omni ope operaque virtutem colas, & bonis factis agendis invigiles?

νϐ'. Πάσης πράξεως βουλὴ προηγείσθω. αἱ γὰρ ἀνεπισκεπτοι πράξεις, ὡς τὰ πολλὰ σφαλεραὶ καὶ τὸ κατορθούμενον, δικαίως ἂν αἰτίας ἄλλης ἔργον νομισθείη μᾶλλον, ἢ τοῦ ποτὲ πολλάκις ἀσφαλέος ὁρμῆς καὶ προπετείας.

Actionem quamcunque consilium præcedat. Sunt enim lubricæ & periculosæ, quæ sine consilio peraguntur. Quod si quid fortè successerit bene, nec quidem injuria aliunde censebitur evenisse potius quam ab impetu & fortuita ejus operatione qui plerumque solet aberrare.

νγ'. Ἅπερ χεῖρες πολλῶν, καὶ πολλάκις, οὐκ εἰργάσαντο, ταῦτα βουλὴ μία ἐφάπαξ κατεπράξατο. διὸ ἡ εὐβουλίαν προτίμα πολυχειρίας.

Quæ multorum manibus, & continuo operantibus, haud perficiuntur, illa unico consilio unius & semel actu eventum sortiuntur. Itaque rectum consilium multorum manibus prætuleris.

νδ'. Προνοίας ἐπίκουρος ἡ μετάνοια, ἃ τοίνυν ἐκείνην διέλαθε καὶ ἐκπέπτωκε, αὕτη ταῦτα ἐπανελομένη διορθούσθω καὶ διασωζέτω.

Adjuvassit pœnitentia providentiam. Si quæ igitur illum latuerint & effugerint, hæc resumta & recollecta resarciat & conservet.

νέ. Ὁ φθόνος, πάσῃ μὲν ψυχῇ μεγάλη νόσος· μεγίστη δὲ, μάλιστα τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ. ἀνάγκη γὰρ, οἷς συνεργοῖς μέλλει χρῆσθαι καὶ βίᾳ καὶ πόλεως πρὸς εὐδαιμονίαν, τούτους ὁρᾶν ὡς ἐχθροὺς, διὰ τὴν ἐνοῦσαν ἀρετὴν, καὶ ἐπιβουλεύειν ὡς πολεμίοις. ὅ τί ἂν εἴη ἀλεθρωτέρον ἢ ἀφρονέστερον;

Est invidia cujuscunque animæ morbus ingens, sed præ aliis viri cum principatu existentis. Necesse enim habet illos tanquam hostes intueri, propter innatam ipsis virtutem, & ex insidiis velut hostes adoriri, quos vult & debet adhibere cooperantes ad suam ipsius & Reipublicæ felicitatem constituendam. Quo quidem nihil vel perniciosius vel stultius esse queat.

νς'. Ὅσον δὲ δεῖ φυγεῖν τὸ φθονεῖν, τοσοῦτον

In quantum vitanda est invidia, in tantum

Sæc. IX. Anno 869.

tum annitendum ut invideamur. Et hoc imprimis Principi convenit, quem non est proclive malevolis ut lædant. Quod si autem comprimenda sit invidia, (est enim bellua audax imprimis & versipellis) impressiones ejus eludere oportet, non virtutem minuendo, sed moderatione animorum, & per quandam diminutionem subtractionemque ostentandi potestatem, & declarandi superioritatem in rebus non nimis necessariis.

διώκειν (a) τὸ φθονεῖσθαι. ἄρχοντι δὲ μάλιστα πρέπει, ᾧ μηθ' ἑξ ἑτοιμου ἡ ἀπὸ τῶν φθονούντων φέρεται βλάβη. Εἰ δεῖ δὲ ὅμως τὸν φθόνον περιστέλλειν (πολυμήχανον γὰρ καὶ πάντολμον τὸ θηρίον) σὺν ἀρετῇ ἐλαττώσει, μετριότητι δὲ φρονήματος, καὶ ἀφαιρέσει καὶ περικοπῇ τῶν ἐν τοῖς σὺν ἀναγκαίοις ἐπιδείξεως καὶ πλεονεξίας, τὰς αὐτῶν βολίδας ἀμαχρυσέον.

Sæc. IX. Anno 869.

Cùm sibimet ipsi quis imperaverit, tum se suis subditis imperare putet cum effectu. Ubi enim illi viderint eum qui ipsis præest, affectibus suis imperantem, voluptatibus dominantem, libenter se & cum desiderio subjicient imperio ejus: quod si voluptatibus & affectibus suis servire viderint, servo subesse non patientur.

Ὅταν τις ἄρχῃ ἑαυτοῦ, τότε νομιζέτω καὶ τῶν ὑπηκόων ἄρχειν ἀληθῶς. ὅταν γὰρ ἴδωσι τὸν ἐφεστηκότα ἄρχοντα παθῶν καὶ κρατοῦντα ἡδονῶν, τότε πόθῳ καὶ ἑκόντες καὶ αὐτοὶ ὑποταγήσονται· ἂν δὲ ἀνδράποδον ἴδωσιν ἡδονῆς καὶ παθῶν, ἀφόρητον ἡγήσονται ἀνδραποδῶδες δουλεύειν αὐτοί. νζ.

Judicem illum optimum arbitrare, qui justitiæ naturam & conditionem celerrimè valet animo apprehendere, & intellectam ordine producit in apertum; qui celer ad opitulandum accedit injuria affectis, delinquentes tardius punit; qui non corrumpitur auro, nec inflatur potestate, qui vincit iracundiam, nec clementia vincitur; qui affinitatem solam, amicitiam, popularem auram non aliter agnoscit quam cum justitia judicando, solum injustitiam à se alienam, inimicam sibi & ignominiosam arbitratur.

Ἄριστον νόμιζε δικαστὴν, ὃς τάχει μὲν λογισμῶν τῷ τῆς δικαίας φύσιν θηρεύει, θηρεύσας δὲ σὺν ὀρθότητι περάγει. καὶ πρᾶξαι μὲν ἄνεσιν τοῖς ἀδικουμένοις ὀξὺς, βραδὺς δὲ κολάσαι τοὺς ἁμαρτάνοντας· καὶ κρείττων μὲν χρυσοῦ, οὐκ ἐλάττων δὲ δυνάστου· καὶ κρατῶν μὲν ὀργῆς, οὐχ ἡττώμενος δὲ συμπαθείᾳ· καὶ μόνῳ μὲν συγγένειαν καὶ φιλίαν καὶ δόξαν οἶδεν, ἐν τῷ δικάζειν, τῷ δικαιοσύνῃ· μόνῳ δὲ ἀλλοτρίωσιν καὶ ἔχθραν καὶ ἀδοξίαν, τῷ ἀδικίαν. νη.

Erga cognatos & affines noli esse abalienato animo, levi de causa & incerta. Nam utcunque subesse possunt latentes causæ quæ jure excusent abalienatum, illi tamen quibus sunt incognitæ, non in illos conjicient culpam abalienationis, sed tuam accusabunt omnino levitatem & mentis infirmitatem.

Μηδὲν πρὸς τὸ ὁμόφυλον διαθέσεως ὀχερῶς καὶ χωλὰς ἐμφανεῖς αἰτίας μεταβάλλοις. Εἰ γὰρ καὶ ὑπολανθάνουσαι παρ' αὐτῶν αἰτίαι πρὸς αὐτοὺς μεταβολὴν δικαίαν ποιοῦσιν, ἀλλ' ἂν οἱ ταύτας μὴ συνορῶντες, οὐκ ἐκείνης αἰτιάσονται τὸ σῆς πρὸς αὐτοὺς ἀλλοιώσεως, σὲ δ' ἀρρωστίαν καὶ ὀχέρειαν κατηγορήσουσι γνώμης. νθ.

Principem non tam excolit virtus bellica & salvum præstat, quam benignitas & pius in compatriotas affectus. Multi, rebus bellicis præclarè administratis, domi propter truculentiam per suos interierunt, Multi per suos servati redierunt, quos penè captivos fecerunt hostiles copiæ, neque enim vitam illi suam Principis saluti prætulerunt.

Οὐχ ἕτως ἡ ἐν πολέμῳ ἀνδρεία τὸν ἄρχοντα κοσμεῖ καὶ σώζει, ὡς ἡ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὐμένεια καὶ φιλανθρωπία. πολλοὶ γὰρ πολεμίων κρατήσαντες, ὑπὸ τῶν οἰκείων δι' ὠμότητα διεφθάρησαν· καὶ πολλοὶ σφᾶς μικρὸν ἀλῶναι πολεμίοις κινδυνεύσαντες, ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων διεσώθησαν, ἀδ' αὐτὸ τὸ ζῆν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας προτιμησάντων τοῦ ἄρχοντος. ξ'.

Illos oportet cum magistratu constituere, qui virtutum omnium copia instruuntur: quod si non omni virtute, justitia saltem instruantur. Quicquid enim deliquerint magistratus, odium & ira a populo concepta, eapropter in illos redundat per quos erant constituti.

Ἄρχοντας δεῖ καθιστάναι, μάλιστα μὲν πάσαις πλουτοῦντας ταῖς ἀρεταῖς· εἰ δὲ μὴ, πάντως γε δικαιωτάτους. καὶ γὰρ ἃ τοῖς ἄρχουσι προσανομοῦται, ταῦτα τὸ μῖσος καὶ τῷ ὀργῷ καὶ πλήθους εἰς τὸν προχειρισάμενον ἀναφέρει. ξά.

Πολ-

(a) Τὸ φθονεῖσθαι.] Hoc est, ea agere, quæ nec odium, nec miserationem, sed invidiam procurant, nimirum res præclaræ & illustres. Καὶ γὰρ τοι ὅσις τούτοις φθονεῖ, inquit Lysias, ὃς οἱ ἄλλοι ἐλεοῦσι, πῶς ἂν ὑμῖν οἱ τοιοῦτοι ὑποχείριοι δοκοῖεν πονηρίαν; Appositè Statius Papinius,

Quisnam impacata consanguinitate locavit
Fortunam invidiamque? Deus quis jussit iniquus
Æternum bellare Deas? nullamne notavit
Illa domum, torvo quam non hæc lumine figat
Protinùs, & sæva perturbet gaudia dextra.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

Πολλαχόθεν δεῖ τὸν ἄρχοντα θηρεύειν τ' ὑποτακτικῶν τὰς γνώμας, καὶ ἕτω κοινωνοῖς χρῆσθαι φιλίας καὶ ἀρχῆς καὶ βουλευμάτων· πρῶτον, ἐξ ὧν αὐτὸς τὰ κ' τῷ αὐτοῦ οἰκίαν οἰκονομεῖ· δεύτερον, ἐξ ὧν γυναικί τε καὶ παισὶ καὶ δούλοις συνδιατίθεται· τρίτον, ἐξ ὧν κέχρηται τοῖς φίλοις· τέταρτον, ἐξ ὧν πρὸς τοὺς ἐκ γειτόνων διάκειται· καὶ πέμπτον, ἐξ ὧν ἔχθραν τε ἀναδέχεται καὶ ἀμύνεται, καὶ πάλιν, οἷς κ' τίθεται & διαλύεται. ἱκανὰ γὰρ ταῦτα φύσιν ἀνδρὸς τεκμηριῶσαι, καὶ δεῖξαι γυμνὸν προσωπείου, (b) καὶ τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρίσεως τὸν ἄνθρωπον θεωρεῖσι.

Multis modis principem oportet subditorum mentes explorare, ut participes eos ita adhibeat cum amicitiæ, tum imperii, ac etiam consiliorum suorum: eorum scilicet imprimis quibus in sua ipsius privata familia ordinanda utitur; secundo, quibus ipse cum uxore, liberis, & servis se impertit; tertiò, quibus utitur erga amicos; quartò, quibus cum vicinis agit; quintò, quibus inimicitias exercet, & vim illatam depellit, vel pacem stabilit & reconciliationem. Sufficiunt autem ista ad naturam hominis cujuscunque patefaciendam, ad demonstrandum, nihil in illo prætextus, nihil hypocriseos esse, cujusmodi in scena solent observari.

ξγ'. Τότε κριτὴς ἄριστος ἔσῃ τ' ἄλλων, ὅτε * τὰς αὐτοῦ ἐπισκοπῶν, λόγον ἑκάστης πράξεως ἀπὸ συνειδότι κριτῇ δίδως, καὶ διόρθωσιν ἐπινοεῖς τ' ἡμαρτημάτων. Ἐπεὶ πῶς τοὺς ἄλλους ἐπιτιμῶν οὐκ ἐρυθριάσεις, ἐφ' οἷς αὐτὸς τὰ ὅμοια ἐξαμαρτάνεις; πῶς ἢ ἐκείνους οἴῃ σοι διατιθῆναι, ἡνίκα ἐν οἷς ἀπόθυνον σε καθορῶσιν, αὐτοὶ δίκας εἰσπράττεσθαι δικαιοῦνται;

* l. τὰς αὐτοῦ.

Tum judicium optimè in alios exercebis; cum tuas ipsius actiones contemplatus, sub judice propria conscientia uniuscujusque actus rationem exegeris, & peccatorum institueris correctionem. Siquidem enim alios si redargueris, cum iisdem ipse criminibus tenearis, necesse est ut erubescas: Quomodo rursus illos affectos iri putas, cum te, qui nulli rationem reddere teneris obstrictus, severe tamen exercentem judicium intuebuntur?

ξδ'. Ἐπαίνῳ τὰς ἀρίστας πράξεις· ἐπαίνῳ δή, μὴ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ δι' ὧν αὐτός τε μάλιστα τὰ ὅμοια πράττοις, καὶ δι' ὧν τοὺς μιμητὰς τ' λοιπῶν προκρίνων, ἐντίμους ἀποδεικνύοις. τὸ μὲν γὰρ καὶ τ' τυχόντων, τόδε τ' ἄρχειν ἀξίων.

Præclarè gestas res collaudato, nec verbis tantum collaudato, sed ipse res pariles operando, & illos aliis anteferendo honorandosque declarando qui talia imitantur: quorum alterum cuicunque homini, alterum competit ei qui digne imperat.

ξε. Προνόῃ πάντων, τ' μὲν ἐπιεικῶν, ὡς ἂν ἄριστοι γένωνται, καὶ τ' ὀφειλομένης αὐτοῖς ἀπολαύσωσι τιμῆς καὶ ξ' προνομίας τ' ἢ μὴ τοιούτων, ὡς ἂν βελτιωθῶσι τὰς γνώμας, καὶ τ' ἀπὸ τ' νόμων ῥυθῶσιν ἀτιμίας. τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀρχῆς ἐννόμου καὶ ἐπιστασίας ἔργον.

Omnium omninò curam adhibeto: moderatorum hominum, ita ut commendatissimi sint, & digno ipsis honore præmiisque fruantur; minimè autem talium, in eum finem ut ad bonam frugem deveniant, & immunes sint a pœnis per leges infligendis, nec infamia notentur. Hoc enim reverâ spectat ad officium ejus qui secundum leges cupiat imperare.

ξς'. Τὰς πρὸς ἀλλήλους τ' ἀρχομένων ἔριδας εἰς τοὺς πολεμίους τρέπων, ἐν τοῖς ὑπὲρ τ' πατρίδος ἀγῶσι μεταθῇ. τυράννων μὲν γὰρ, στασιάζειν τὰ πλήθη· ἐν γὰρ τῇ κοινῇ φθορᾷ καὶ διχοστασίᾳ ἡ τυραννὶς τῷ ἀσφάλειαν ἔχει. ἄρχοντος δὲ καὶ βασιλέως, ἀστασίαστον συντηρεῖν τῷ ὁμόνοιαν τ' ὑπηκόων· ἐν γὰρ τῇ τ' ἀρχομένων σωτηρίᾳ τὸ βαθρὸν αὐτοῖς πέπηγε τ' ἐξουσίας.

Subditorum lites in hostes diverte, atque ad certamina pro patria subeunda transfer: Tyrannicum est populum ad seditiones concitare, cum securitatem suam tyranni statuant in discordia & interitu populari: Regium est autem, subditorum concordiam immotam conservare, cùm in salute subjectorum potestatis eorum fulcrum statuatur.

ξζ'. Ὥσπερ δεῖ τὸν ἄρχοντα φοβερὸν εἶναι τοῖς ἀδικοῦσιν, ἕτω φυλακὴν καὶ ἀσφάλειαν τ' μηδὲν ἀδικούντων, ἀλλὰ κ' τοὺς νόμους πολιτευομένων.

Princeps ut adversus injustos terribilis esse debet, ita custodiam suscipere innocentum oportet, & eos qui secundùm leges vivunt sartos tectos præstare.

ξή. Τρία ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, τιμωρία, ψόγος, ἔπαινος, εἰ βούλει ἦ, καὶ εὐεργεσία· ἀλλὰ τ' μὲν οἱ πολέμιοι ἄξιοι· ψόγου ἦ, οἱ μέτοικα τ' πολιτῶν

Tria sunt quæ tangunt homines, Pœna, Vituperium, Laus, sed & insuper, si placet, Beneficentia. Pœna digni sunt inimici; vituperio, cives qui exorbitant in quibusdam;

(b) Καὶ τοῖς ἐπὶ σκηνῆς.] Inepta lectio. Legendum & distinguendum, καὶ τ' ἀπὸ σκηνῆς ὑποκρίσεως τ' ἄνθ. &c. Sequenti sect. restituendum, Ὅτι τὰς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῶν πράξεις λόγον ἑκάστης ἀπαιτήσεις &c.

Digitized by Google

SÆC. XI. ANNO 869.

dam; laudandi & beneficiis cumulandi, qui rebus bene gestis inclaruere. Quod si quis eò progreditur, ut quæ hostes facerent, & ipse audeat, eosque imitetur, hostium ille pœnam in se transfert. Quod si quis mutaverit ordinem suum & locum in quo constituitur, ultra etiam hostes inimicus habendus reipublicæ. Proditor est, qui beneficiis hostem afficit. Civitatem perdit, qui laudibus improbos attollit: nam cives ad male agendum stimulat. In quam ipsam deformitatem civitatem & is adducit qui rectè incedentes inhonorat.

ἁμαρτάνοντες· ἐπαίνῳ ἢ καὶ εὐεργεσίας, οἱ διαφέροντες κατορθώμασι. Εἰ δέ τις εἰς τὴν τῶν πολεμίων τόλμαν καὶ μίμησιν ἐξαχθείη, αὐτὸς καὶ τὴν ἐκείνων ποινὴν εἰς ἑαυτὸν ἐπισπάσεται. Ὁ δέ τι τούτων ἀμείβων, καὶ τὴν διάταξιν ἐπαλλάσσων, ἔστω ἐχθρὸς τῆς πολιτείας μᾶλλον ἢ οἱ πολέμιοι. Ὁ γε γὰρ τοὺς πολεμίους εὐεργετῶν, προδότης. Ὁ γε τοὺς φαύλους ἐπαινῶν, τὴν πόλιν ἀνατρέπει. ἐπὶ κακίαν γὰρ παρακαλεῖ τοὺς πολίτας. καὶ ὁ τοὺς κατορθοῦντας μὴ τιμῶν, εἰς τὴν αὐτὴν ἀνοσμίαν τὴν πολιτείαν καταστρέφει.

IX. ANNO 869.

Difficilè quidem metum amori immiscere. Amantes enim omninò sunt absque metu: Qui timore percelluntur, amare nolunt. At tu tamen divide: teque ita compara ut ames optimos; neque enim hîc opus est ullo metu. Reliquos necesse est metu terreas, ut à malè agendo se abstineant. Metuent porrò, si te videant semotâ iracundiâ punientem, & tanquam parentem informantem; si te animadvertant minimè libenti animo punientem, rebus autem adversis & infortuniis sine aliquo prætextu, sincerè, opem ferentem.

Χαλεπὸν μὲν φόβον ἀγάπῃ κεράσαι. οἱ γὰρ φιλοῦντες ὡς ἐπίστασαν τὸ δεῖσθαι οὐκ ἔχουσι, καὶ οἱ δεδιότες φιλεῖν οὐκ ἐθέλουσι. σὺ δὲ δίελε. καὶ τοὺς μὲν ἀρίστους φιλεῖν διδασκάλασον· ἀδὲν γὰρ δεῖ δείους ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. τοὺς δ' ἄλλως ἀνάγκη φοβεῖν, ἵνα τῶν φαύλων * ἀπέχονται. φοβήσονται δὲ χωρὶς μίσους, ἂν μὴ μετ' ὀργῆς ὁρῶσι κολάζοντα, ἀλλ' ὡς πατέρα παιδεύοντα, καὶ ἐν μὲν τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐχ ἡδέως τιμωρούμενον, ἐν δὲ τῇ συμφορᾷ καὶ τοῖς δυσχήμασιν ἀπροφασίστως ἐπικουρεῖν προθυμούμενον.

ξθ'. * Lege, ἀπέχονται ſ. ἀπίγνωνται.

Qui naturæ dona in improbitatem convertunt, & non ad auxilium vicinorum, cùm naturam spernunt, tum Creatoris erga ipsos munificentiam in contumeliam ingrati pervertunt.

Οἱ χρώμενοι τοῖς οὐ φύσεως πλεονεκτήμασιν εἰς πονηρίας ὑπηρεσίαν, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν πλησίον ἐνεργεσίαν, ἤτοι καὶ τὴν φύσιν φαυλίζουσι, καὶ τῷ δημιουργῷ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλοτιμίαν εἰς ὕβριν καὶ ἀχαριστίαν περιτρέπουσιν.

ο'.

Quemadmodum turpè est & sordidum, planè plebeculis ad voluntatem obsecundari, & nimis familiariter se gerere: ita lubricum est & periculosum, supercilioſum semper & tumidum apparere. Extremitatem ergò utramque fugere oportet, & medium tanquam virtutem consectari, suas partes cuique tempori congruas tribuendo.

Ὥσπερ αἰσχρὸν καὶ ταπεινὸν, πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν τῷ πλήθει. ἴσως ἐπικίνδυνον καὶ σφαλερὸν, ἀεὶ σοβαρεύεσθαι καὶ ὑπέρογκον ὁρᾶσθαι. δεῖ τοιγαροῦν ἑκάτερον ἄκρον φυγόντα, ὡς ἔρεται, τὴν μεσότητα διώκειν, καὶ καιροῖς ἰδίοις τὸ πρόσφορον ἀπονέμειν.

οα'.

Juramentum proclive, perjurium est stans in procinctu. Certè nec mores bene constitutos, nec animum decet generosum, jurare. Vir etenim gravis & magnanimus pudefiet, si verba sua fidem non mereantur absque juramento, & conversationi suæ injuriam inuri: Ita ut conjunctum sit cum utilitate & nostra cura, quod lege divina prohibeamur omnino jurare.

Προπετὴς ὅρκος, πρόχειρον ἐπιορκία. ἄλλως τε καὶ τὸ ὀμνύειν ὅλως, ἦθος οὐκ εὐβεβήκοτος, οὐδὲ φρονήματος ὑψηλοῦ· ὁ δὲ σώφρων καὶ μεγαλόψυχος ἀνὴρ αἰσχυνθήσεται τοὺς λόγους ὅρκῳ πιστοὺς ἀποφαίνειν, καὶ τὴν πρὸς τὸ οἰκείων τρόπων πίστιν ἀτιμάζειν. λίαν ἄρα συμφερόντως καὶ κηδεμονικῶς [καὶ] ὁ δεσποτικὸς νόμος τὸν ὅρκον κωλύει.

οβ'.

Beneficiorum semper memor esto; quæ benefeceris statim oblivioni trade. Illud enim bonitatem & probitatem animi indicat, hoc autem magnitudinem & puritatem; dum purum etiam præstat beneficium.

Ἃ μὲν εὖ πάθοις, ἀεὶ μέμνησο· ὧν δ' ἂν εὖ ποίησας, θᾶττον ἐπιλανθάνου. τὸ μὲν γὰρ χρηστότητος καὶ ἀγνωμοσύνης, τὸ δὲ καθαρᾶς μεγαλοψυχίας, καὶ καθαρὰν φυλάττει τὴν εὐεργεσίαν.

ογ'.

Beneficia exprobrari vel infortunium alicui, & levitatem indicat & inhumanitatem.

Εὐεργεσίας καὶ συμφορὰς ὀνειδίζειν, τὴν αὐτῆς εἶναι νομίζε κουφότητος καὶ ἀπανθρωπίας.

οδ'.

Fraus semper profitetur imbecillitatem: Sed eadem erga amicos adhibita extremam indicat nequitiam & summam improbitatem: adhibita in hostes & inimicos etiam improvidos, non longè abit à stratagemate. Tractatu autem habito de fœderatione, si

Ἀπάτη μὲν πανταχοῦ ἀσθενείας ὁμολογία. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν φίλοις, κακίν τε ἔχατον, καὶ ὑπερβαλλόσης μοχθηρίας. εἰ δὲ πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, μηδὲν μὲν προϊδόντας, ἀπέρρω στρατηγίας· κοινολογίας δὲ μνομένης, καὶ ταύτην οὐκ ἀθε-

οε'.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

ἀθετοῦντας, πόρρω ἀφιστέα καὶ ἀνθρωπαγαθίας. διὸ ὃ μηδὲ τοὺς πιστεύοντάς σοι πολεμίοις ἀπάτῃ μετέρχου. Εἰ γὰρ καὶ πολέμιοι, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἔλαττον ἀπατεὼν καὶ πλάνος, ὁ τοὺς πεπιστευκότας ἐξαπατήσας.

ος'. Προδότην ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἄνθρωποι προδιδόντα μὲν φιλοῦσι, προδεδωκότα δὲ μισοῦσι· σὺ δὲ ἐπισκόπει, κἂν μὲν ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ (c) χαλεπῶν παθῶν πρόδωκεν, οὐκ ἀνέλπιστόν ἐστι φίλον καὶ καλὸν γενέσθαι· ἂν δὲ μηδὲν, κἀ σαυτῷ μηδὲν ἔλαττον νόμιζε προδότην. τὸ μὲν γὰρ ἀμείψασθαι κακοῖς τοὺς λελυπηκότας, ἀνθρώπινον πάθος· τὸ δὲ τηλικαύτης ἄρξαι κακουργίας, ἀνιάτου μοχθηρίας.

οζ'. Χρυσὸς ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα στρέφει. Φύλαττε τοιγαροῦν τὸ τοῦ πατρὸς ἀνύβριστον ἔθος· ἄχρηστον δὲ νομίζων καὶ πᾶσιν ἐπιδεικνὺς, τὸν τοῖς φιλοῦσιν ἰσχυρὸν ἐπίβουλον, χρυσόν.

οη'. Δεῖ τὰ μὲν ἴδια συμπίπτοντα, εὐχαρίστως καὶ γενναίως φέρειν· τὰ δὲ τοῦ κοινοῦ, συμπαθῶς καὶ οὐκ ἀναλγήτως. τὸ μὲν γὰρ καρτερίας καὶ φρονήματος ἀνδρείου· (d) τὸ δὲ ὀλιγωρίας, καὶ ἀνάξιον ἀρχικῆς προνοίας καὶ ἐπισκοπῆς.

οθ'. (e) Ἐχθροὺς ὁμοφύλους μὴ ἀμύνασθαι, ἔστι μὲν θείου καὶ φιλανθρώπου νόμου, ἔστι δὲ καὶ πολὺ τὸ χρήσιμον ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασι παρέχων· ὁ μὲν γὰρ ἀμυνόμενος ἔχει πάλιν χαλεπώτερον ἐχθρὸν, ὁ δὲ εὐεργετῶν ἢ φίλον παρεσκεύασεν ἀντὶ ἐχθροῦ, ἢ πάντως πρᾳότερον ἐχθρόν.

π'. Μηδὲν οὖν ἄλλοις ἔγνως ἐπαγγέλλειν, φαίνῃ δὲ μὴ βαίνων· ἡ γὰρ ἐν τισὶ ψευδολογία τὸν ὅλον τρόπον ἄπιστον δείκνυσι. καὶ τοῖς ἀψευδέσιν οὐκ ἔστιν αἰσχύνη μὴ ἀμείβεσθαι τοῖς ὁμοίοις. Παντὶ μὲν οὖν ἀνθρώπῳ διὰ τοῦτο φευκτέον τὸ ψεῦδος, μάλιστα δὲ τοῖς ἐν δυνάσταις. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἔστ' ὅτε γίνεται ἀπολογία, ἡ ἀδυναμία· τοῖς δὲ οὐκ ἔστι

ab illa non abhorreant adversarii, a fortitudine & probitate alienum est, fraudem adhibere. Quocirca qui fidem tibi adhibeant, ne si sint hostes, noli circumvenire: utcunque enim hostes sunt, is tamen qui fidem sibi adhibentem fallit, deceptor est & planus planè.

Proditorem dum prodit plerumque amant mortales; ubi autem prodiderit, odio habent. Tu autem inquire, an insidiis is petitus & circumventus a suis intrinsecis & urgentibus passionibus, proditor exstiterit. Si enim ita sit, non est desperandum quin vir probus & honestus exsistere possit: quod si nihil tale sit, eum & tui proditorem futurum arbitrare. Est enim humanum, eos qui nobis injurioſi exstiterint velle ulcisci; sed sine causa rem tam impiam exordiri, insanabilis cujusdam est improbitatis.

Aurum quaquaversum res humanas ducit. Quocirca mores patrios inculpatos observa: nec non id age, ut omnes videant & intelligant aurum, præpotentem illum insidiatorem, nihil apud te posse, contra amicos.

Quæ tibi ipsi acciderint, forti & grato erga Deum animo tolerare decet: subditos autem si quid male habuerit, noli esse sine sensu, sed cum compassione una cum illis tolerato. Illud enim tolerantiæ & animi fortis est: hoc incuriam arguit, nec dignum est Imperatoria cura & providentia.

Lex Divina & erga homines Charitas jubet, ut congeneres nobis tanquam hostes ne ulciscamur: sed & magna exinde rebus nostris utilitas accessura est. Nam si vindictam sumseris, plus in te hostem irritaveris; cum qui beneficio afficiet, vel pro hoste amicum reddiderit, aut saltem modestiorem hostem.

Si quid aliis promiseris, ne videaris velle non implere. Quod si enim infidus vel in quibusdam reperiaris, in universum tuis moribus diffidere facies alios: & quos sic fuco facto illuseris, ad par pari referendum armabis. Quocirca decet omnes mendacium vitare, præsertim verò qui cum potestate sunt. Alii enim se ab impossibili, vel alio quovis modo, excusabunt: Principes

(c) Χαλεπῶν παθῶν.] In margine annotatum erat, nescio an è libris aut conjectura, χαλεπὰ, hoc modo, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων, καὶ χαλεπὰ παθῶν πρόδωκεν, sed omnino male. Legendum est ut edidimus & vertimus. Ibid. Πατρίδος ἔθος.] Nam Bulgari, ut Barbari plerique omnes, & nostris temporibus nuper inventi Occidentales Indi, aurum non curabant, τὸ ἀρχαῖον ἔθος aureæ illius, & antiquæ, ac fabulosæ ætatis, ut in plerisque illibatum custodientes. Itaque in pace plerumque erant. Χρυσὸς enim ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα στρέφει. Tibull. Lib. 1. Eleg. 10.

Divitis hoc vitium est auri; nec bella fuerunt
Faginus adstabat cum scyphus ante dapes:
Non acies, non vallus erat, somnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oves.

(d) Τὸ δὲ ὀλιγωρίας.] Imo non est συμπαθῶς φέρειν, sed ἀναλγήτως. ad illud ergo, non ad prius referenda ἀπόδοσις.

(e) Ἐχθροὺς ὁμοφύλους.] Hoc verum est. Nam ἐχθροὶ sunt homines; ergo ὁμόφυλοι. Legerem tamen libenter, ὡς ὁμοφύλους, hoc est, *tanquam domesticos*, nam id Divina lex præcipit.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

cipes autem natura mala præditi esse existimabuntur, nec remanebit alia ipsis excusatio.

Vehementiori cum asseveratione noli aliquid polliceri. Si enim steteris promissis, plurimum decessit de gratitudine per illam vehementem pollicitationem tuam; nam dispertitam ab initio atque ita deminutam illam gratiam reddidisti: Quod si non steteris, dupliciter inde verecundaberis: eo nimirum nomine quod tam atteſtanter promiseris, & eo quod nihil præstiteris eorum quæ pollicebare: atque ita pro amico videberis inimicus, eò quod de spe dejectos eluseris. Alioqui certum est promissa tam violenta & asseverantia illos decere quibus fides haud bene adhibetur; & certè non tam indigentiam quam curam & patrocinium susceptum redarguunt, & eo nomine referendas gratias.

Gratia dignus est qui naturam gratiæ & nomen veneratur, quique omnem cogitationem suam contendit conferre ut remuneret: Beneficio autem veluti indignus est, qui bene merentem ingratiis remunerat; ita & dignus est cui excellenter beneficiat, qui bene illis fecerit a quibus retributionem non exspectaverit.

Ne quidem amicis contra æquum aliquid elargitor. Nam si homines bene morati sint, odio te habebunt potius quod leges violaveris, quam ob beneficium collatum exosculabuntur: Si vero mali sunt, duplici dispendio afficieris: Nam & improbis benefeciſti, & odium apud probos incurriſti. Sed utcunque his carueris, gaudio privato & temporali æternum opprobrium permutaſti. quod ſtultum plane esset.

Gratiæ per procraſtinationes, temporum extensiones, velut ad senectutem quandam devergentes, propria defloreſcunt pulchritudine: excusso etenim promptitudinis flore, qui cum adesset splendidam quandam & immensam pulchritudinem repræsentabat, nullo modo ne ad horam possunt oblectare.

Gratiæ dimidiatæ nequaquam gratiæ sunt: erunt autem, consummatæ ubi fuerint. Qui per partes tantummodo gratiam facit, ipsummet se damno afflicit, nec accipienti gratiam facit: nam plus ille de eo quod desideratur dolebit, quam lætabitur de accepta dimidiata portione.

Qui gratiam alicui factam exprobrat, similis est colono qui libenter seminat, sed porcos & feras in sementem immittit: Perdit ille semen, & fructum è semine; perdit iſte ea quæ contulit, & gratitudinem sibi ex iis efflorescentem.

Si ab initio beneficio affeceris, quos deinceps neglectu habes, noli putare eos sic

χ' φυγὴ μὴ ἐχὶ παντὶ τρόπῳ μοχθηρὰς τὰς γνώμας ἐλεγχθῆναι.

Τὰς μὴ σφοδρότητι ὑποχέσεις διαλαβεῖσθαι χρή. Εἴτε γὰρ ὠφέλησας, τὴν πλείστην ὠφελεῖς χάριν τῇ σφοδρότητι τῆς ἐπαγγελίας, ταύτῃ ὠφελήσας καὶ μερίσας καὶ εἰς δύο τὴν μίαν δωρεὰν καταμικρύνας· Εἴτε μὴ παράσχοις, διπλῶς ἀπήνεγκας τὴν αἰσχύνην, ὅτι τε σφοδρῶς ὑπέσχου, καὶ ὅτι μηδὲν ὢν ὑπέσχου παρέσχες· καὶ δυσμενὴς ὤφθης ἀντὶ φίλου, ἀφεῖλες γὰρ ὃ παρέσχον αἱ ἐλπίδες. ἄλλως τε καὶ αἱ σφοδραὶ ὑποχέσεις ἁρμόζουσι τοῖς ἧττον πιστευομένοις· ἐλέγχουσι γὰρ ὡς ἐκ δεμονίας μᾶλλον ἢ χρείας, ὑποτεινόμεναι χάριν.

Ἄξιος χαρίτων ὁ διαλαβόμενος αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν καὶ θεσπιγελείαν, καὶ μὴ παυόμενος μελετᾶν ἕως ἂν (αὐτῷ) ἀνταποδώσῃ. Ὥσπερ γὰρ ἀνάξιος χαρίτων, ὁ ἀχαριστίᾳ γνώμης ἀμείβων τὸν εὐεργέτην, ἅτως ἄξιος καὶ τῆς εὐεργεσίας ἀξιώματος, ὁ χαριζόμενος ἐφ' ᾧ μὴ ἀνταπολαβεῖν τὸν χάριν.

Μηδὲν θεμιτὸν μηδὲ φίλοις χαρίζου. ἂν μὲν γὰρ ἐπιεικεῖς ὦσι, μισήσουσι μᾶλλον θεμιτὰ, ἢ φιλήσουσι χαριζόμενον· ἂν δὲ φαῦλοι, διπλῆν ζημίαν ὑπέμεινας, κακὸς εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθοῖς ἀπεχθανόμενος. καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τέρψει πρόσκαιρον καὶ ἰδιωτικὴν αἰδίον ὄνειδος ἀλλάξασθαι καὶ κοινὸν, μεγάλης ἀνοίας.

Αἱ χάριτες τὰ ἀναβολαῖς καὶ θεσπασέσι δὲ χρόνου, ὥσπερ εἰς γῆρας ἐλθοῦσαι, τὸ οἰκεῖον μαραίνονται κάλλος· τὸ γὰρ ἄνθος ἀποβαλοῦσα τὴν πρόθυμίας, μεθ' ἧς ἀμήχανόν τινα καὶ λαμπρὰν ἐποιοῦντο τὴν τέρψιν, ἃ * καθαρὰν φέρουσι τὴν ἀφροσύνην.

Αἱ χάριτες ἡμιτελεῖς ὖσαι, οὐκ ἐθέλουσι χάριτες εἶναι· ἔσονται δὲ, ἐπειδὰν τετελειωμένῃ ὦσιν· ὁ δὲ αὐτὰς ἐξ ἡμισείας καὶ τιθεὶς, ἑαυτὸν ἐζημίωσε, καὶ τὸν λαβόντα οὐκ εὐφραίνει· ὁ γὰρ ἡμίτομον τὴν χάριν ἀπειληφὼς, ἀχ ἅτῳ τῷ ἡμισεῖ ἀφρανθήσεται, ὡς ὑπὲρ δὲ ἀφαιρέματος ἀνιάσεται.

Ὁ τὰς χάριτας ὀνειδίζων, ὁμοίως ἐστὶ τῷ γεωργῷ, σπείροντι μὲν θεθύμως, ἐπαφέντι δὲ χοίρους καὶ θηρία τῷ σπόρῳ. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ λυμαίνεται καρπὸν, ἅτως καὶ ἅτος καὶ τὰ καταβληθέντα καὶ τὴν βλαστάνουσαν αὐτῷ θεσσαπόλλυσιν ἀχαριστίαν.

Μηδὲ χὴ πρώτας ἀεργετῶν, ἐπειδὰν δὲ ἀμελῶν, νόμιζε τὴν ἐξ ἀρχῆς σοι εὐ-

νοιαν

SÆC. IX. ANNO 869.

πά.

πϛ.

πγ.

πδ.

*ἴσ. καθαιρεῖ, vel, καθ' ὕρας.

πέ.

πς.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

νοιαν τὰς ἀεργετηθέντας διαφυλάττειν. πολλὰς γὰρ αὐτὸς ἐγὼ πεῖρα διέγνων, ὅτι θαῤῥήσαντες τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν καταρχὰς ἀεργεσίας, ἀδὲν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐφρόντισαν ἐπιδείξασθαι τοιοῦτον· ἀρκήσειν γὰρ τοῖς ἀεργετηθεῖσι πρὸς τὴν διὰ βίου ἀχαριστίαν τῶν καταρχὰς ἤλπισαν φιλοτιμίαν, καὶ χρόνον ἀδένα ἂν ἐγχρίσθαι λήθης τοῖς ἀπεστονθόσι τὰς ἀγαθεργίας· τὸ δὲ μόνον ἀ κεῖ τὰς αὐτῶν ἐλπίδας ἀπέβη, ἀλλὰ καὶ εἰς τἀναντίον ἐτράπη. Ἀλλὰ πρὸ μὲν τῆς φαύλων τὴν προαίρεσιν ἀδὲν θαυμαστόν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι, ἀδὲ ῥεύσης αὐτοῖς εἰς χεῖρας ἴσως τῆς εὐεργεσίας, ἀδὲ τότε γλώσσαις ἀνοθεύτοις ἠμείβοντο τὰς εὐεργεσίας, πλὴν ἔστι τῶν ἄλλων, τὰς μὲν καλοκαγαθίας ἐπιμελουμένους ἰδεῖν, ὡς εἶχον μὲν μνήμην ὧν ἔτυχον ἀπολελαυκότες, καὶ εὐλογεῖν οὐκ ἐξίσαντο τὸν εὐεργέτην· ὅμως δὲ μὴ τῶν ὁμοίων τυγχάνοντες, ἀδ' αὐτοὶ καθαρὰν καὶ ἀκήρατον τὴν χαρὰν διέτωζον εὐγνωμοσύνην, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ τὴν χάριν (ἀ γὰρ εἶχον ἐπιῤῥοὴν) ὑπομαραινόμενοι, τὸ σφόδρον καὶ ὡραῖον ἀπωθιζοντο τῆς φιλτρᾶς· οἱ δὲ μέσης νομιζόμενοι διαθέσεως, εὐεργητόμενοι μὲν εὐχαρίστως διέκειντο· ἀμεληθέντες δὲ, ἀδ' αὐτοὶ τὴν προτέραν διάθεσιν εἰς τἀναντίον μεταβαλεῖν ἐνηχύνθησαν· μάλιστα, βλέποντες ἑτέρους φιλοτιμιῶν ἀπολαύοντας. ἀ γὰρ ἀ πεπόνθασιν αὐτοὶ, καί τοι δέον, ἐλογίσαντο· οἷς δ' εὖ πάθοιεν οἱ πλησίον, ἐνητένιζον· καὶ τούτοις προσκνιζόμενοι τῷ εὐφημίαν εἰς ἀχαριστίαν ἔτρεπον. πολλῷ ἄρα λυσιτελέστερον ἄρχοντι, καὶ ἐν πολιτείᾳ, καὶ μέρει, καὶ διὰ βίου, τὴν δωρεᾶς ἢ ἀθρόον καὶ ἐφάπαξ οἰκεῖσθαι τὸ ὑπήκοον. τὸ δὲ πλῆθος καὶ βάρος τῶν χαρίτων ἁρμόζει μᾶλλον τοῖς ὑπερογκόν τι καὶ προσδόξον ἐπὶ κοινῇ σωτηρίᾳ κατορθώσιν, ἢ τοῖς εἰς τὸ ἀνανιώτατον τῆς ἡμῶν ἐπικουρίας δεῖσθαι νομισθεῖσι.

beneficio affectos velle benevolentiam priorem conservare. Multos egomet expertus cognovi, qui multis & magnis suis collatis beneficiis, confisi, nullam prorsus curam eadem deinceps continuare habuerunt: persuaserant enim sibi, exhibitam ab initio liberaliter benevolentiam sufficere debere ad obstringendum perpetuo beneficiis affectos, nec temporis diuturnitatem debere oblivionem collatorum beneficiorum a semel bene de se meritis procurare. Qua in re spe delusi exciderunt, re in contrariam partem procedente. Neque mirum sane malos sic affectos esse animo: Tales enim, ne quidem dum in manus ipsorum beneficia depluerent, linguis sincerioribus bene merentes de se remunerari volebant. Sed & alioquin apud eos quibus etiam probitas curæ est, videre possumus memoriam eorum quibus fruebantur, haud retinere: & utcunque benemeritis dum afficiuntur, benefactoribus grati exsistant, veruntamen si deinceps non pari modo afficiantur, priorem illam suam animi promtitudinem nequaquam retinent sinceram & illibatam; verum temporis decursu (cum influxu de novo non supplerentur) gratiam emarcidam habentes, quod in amore vehementius & splendidius habebatur, avulsum & defloreſcens admittunt. At qui medio quodam more tenebantur, beneficiis affecti ad gratitudinem disponebantur; neglecti autem, ne quidem ipsi pudore deterrentur quo minus priorem animi affectum convertant in contrarium; eoque magis si alios viderint sibi dignitate prælatos. Nam nequaquam solent recordari eorum quibus ipsi prius bene erant affecti beneficiis, quamquam redamare eos par fuerat; sed quibus fruuntur vicini, solent ea contueri, quibus irritati gratias in ingratias solent commutare. Conducibilius quocirca cuicunque Principi est, cum in Republica administranda tum in privata vita, subditos sibi suos demereri donis collatis particulatim, sed quamdiu sint in vivis, potius quam semel, neque id profusiori modo. Sed par est ut gratiarum multitudo magnitudoque iis potius irrogetur, qui pro salute communi ingens aliquod & excellens facinus perpetraverint, quam ut in eos impendatur qui rarissime nostra ope & auxilio indigere videntur.

πή. Θυμός ἐστιν ἔκστασις ἡκούσιος, καὶ τῶν ἰδίων φρενῶν ἀλλοτρίωσις· ἃ γὰρ οἱ μανιώδεις μελαγχολῶντες κατεργάζονται, ταῦτα πλησίον τούτοις καὶ οἱ τῷ θυμῷ πληγέντες καὶ' ἐκεῖνο καιρὸν διαπράττονται.

Ira est voluntaria quædam ecstasis, & mentis a statu suo abalienatio: quæ enim furiosi quotidie peragunt, similia plane perpetrant per illud tempus illi qui percelluntur iracundia.

πθ. Ὥσπερ τὸ πῦρ τὴν τρέφουσαν ὕλην ἀφανίζει, οὕτω δὲ ὁ θυμὸς τὴν ἔχουσαν ψυχὴν κατεσθίει, πολλάκις δὲ καὶ φθορὰν ὁλόκληρον εἰργάσατο τοῦ ζώου.

Ignis veluti nutrientem se materiam annihilat, ita & iracundia animam exedit quam obsedit, quin & non raro consummatam totius animalis perditionem operatur.

ρ. Μηδαμῶς μηδένα μηδὲ δικαίως θυ-

Iratus neminem, ne quidem justò licet,

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

ſuppliciis afficito. Utcunque enim tulerit ille qui punitur, tu nihilominus vituperium incurres, quod improvide negotium illud obiveris. Quocirca perbelle dictum ab antiquorum aliquo fuit erga delinquentem, *Certe te punirem, ſi non iraſcerer.*

μῶ κολάσης. ὡς γὰρ ἂν ὁ πάσχων τ̃ SÆC. IX. ANNO 869.
δικῶ ὑφέξῃ, αὐτὸς ὅμως ἀδὲν ἔλαττον
ἐξελεγχθήσῃ σφαλερῶς τῇ πράξει κε-
χρημένος· διὸ & κάλλιστα τὶς τ̃ ἀρχαί-
ων ἀπεθέατισε πρὸς ἡμαρτηκότα, Ἐκό-
λασα ἄν σε, εἰ μὴ ἐθυμούμην.

Cæca quædam paſſio furor eſt, nec diſcernere poteſt utile ab inutili. Irato nihil proderit admonitio: Poſtquam vero deferbuit ira, adhibeatur medicina per correctionem, ita ut comitate condiatur. Nam niſi melle illita pocula medicantia ægris exhibere paulo amariora non ſolent medici; ita nec inſipientium animæ redargutiones admittunt meraciores.

Τυφλόν ἐστι πάθος ὁ θυμὸς, καὶ κρί- υά.
νειν οὐκ ἔχων ἀπὸ τ̃ χείρονος τὸ κρεῖτ-
τον. διὸ εὐδεμία ἔνησις, παραίνεσις ὀρ-
γιζομένῳ. πεπαυμένῳ δ', τ̃ μὰ τ̃ ἐ-
λέγχων θεραπείαν προσενεκτέον κερά-
σαντι ἐπιεικείᾳ. ὅτε γὰρ τὰ δεμνότε-
ρα τ̃ φαρμάκων ἄνευ μέλιτος τοῖς κά-
μνουσι προσάγειν ἐγνώκασιν οἱ ἰατροί·
ὅτε τὰς ἀκράτους ἐλέγχους ἡ τ̃ ἀπαιδεύ-
των δέχεται ψυχή.

Quemadmodum celeritatem adhibere par eſt in remunerandis iis qui digni ſunt, ita tardum eſſe decet in delictorum pœnis infligendis. Gaudentem oportet bonos honorare, condolentem vero ſupplicio afficere obnoxios.

Ὥσπερ ἰσχὺν ἐν τ̃ ἀξίων εὐεργεσίαις υβ.
εἶναι προσῆκεν, ὅτω βραδὺν ἐν τ̃ τ̃ αἰ-
τίων τιμωρίαις, & χαίρειν μὲν τ̃ τιμῶν- *Leg. τι-
τας τὰς εὐεργεσίας, ἀνιᾶσθαι δ' κολάζον- μῶντα.
τας τὰς ἀναθυνάς.

Illi qui tibi fidem adhibet diffidere noli. Si enim credentibus infidi erimus, qualesnam aliis videbimur eſſe, aut cum quibusnam ſuaviter & ſine metu verſabimur?

Μηδενὶ μηδέποτε πιστεύσαντί σοι ἄπι- υγ.
στος ἐφθείης. ἂν γὰρ ἄπιστοι ὦμεθα
τοῖς πεπιστευκόσι, τίνες τοῖς ἄλλοις δό-
ξομεν; καὶ μετὰ τίνων δ' λοιπὸν ἀδεῶς καὶ
ἡδέως βιώσομεν;

Eſſe & opinione uſurpari non coincidunt. Quocirca apud quos opinionem ſui obtinere videris, exulare ibidem actionem reputa & eſſentiam realem abeſſe.

Ὄυκ ἐθέλει τὸ εἶναι μὴ δ' οἴεσθαι συν- υδ.
εἶναι. διὸ ὃ ἐν οἷς ἂν τιν' οἴησιν ὁρᾷς, τ̃
πρᾶξιν ὑστερόλογον νόμιζε, καὶ διαπεφυ-
γέναι τὸ εἶναι.

Turpe eſt illum qui viris imperat ſuccumbere mulieribus, & voluptatibus ſubditum inveniri. In illa fœmina tantummodo non delinquit aliquis, quam vitæ, ſecundum leges, adjutricem ſortitur. Cœlibatus quidem divina quædam res eſt, naturam ſuperans, majus quiddam virtute politica & recta legum obſervantia. Univiratus humanæ naturæ opus eſt, cum ad ſucceſſionem generis continuandam, tum ad ſocietatem civilis & humanæ vitæ, & converſationis recte inſtitutæ. Polygamia res turpiſſima & deteſtabilis, quæ belluarum convenit & impuritati & laſciviæ.

Αἰσχρόν ἐστιν ἀνδρῶν ἄρχοντα καὶ δε- υε.
σπόζοντα, γυναικῶν ἡττηθῆναι, καὶ
δῆλον ἡδονῶν ἐφθῆναι. ἓν δέ τις νέ-
μων βοηθὸν ἐκτήσατο βίᾳ, ταύτῃ συν-
οικῶν ἐχαμαρτάνε. Ἀγαμία μὲν θεῖ-
ον πρᾶγμα, καὶ ὑπερφυὲς, & μεῖζον
πολιτικῆς ἀρετῆς & εὐνομίας. μονογα-
μία δ', φύσεως ἀνθρωπίνης ἔργον, εἴς
τε γῆρας διαδοχὴν, καὶ εἰς κοινωνίαν ἡμέ-
ρου & φιλανθρώπου βίου, & πολιτείας
εὐνομουμένης. (f) πολυγαμία δ', ὑπέρ-
αισχρον καὶ μιαρὸν, & τ̃ τ̃ ἀλίγων ἀνο-
σίας καὶ ἀκαθαρσίας.

Alexander Macedo dominatum Aſiæ bello acquirens, Perſicas mulieres oculorum jacula dicebat eſſe: vir autem vere temperans & Divinorum mandatorum ſedulus obſervator non modo Perſicarum ſed & omnium omnino fœminarum intuitum, tanquam lætiferum animæ telum & nimis velox, fugiet & averſabitur. Vocis qui-

Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, Ἀσίας κύ- υς.
κλου δορατι γεγονὼς, τὰς Περσίδας ἔ-
λεγε βολίδας ὀμμάτων εἶναι· ὁ δ' σώ-
φρων ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ, & (g) θεσπεσι-
κῶν φύλαξ ἐντολῶν, ὁ τὰς Περσίδας
μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης γυναικὸς ὄψιν,
ὡς ἐξὺ ψυχῆς βέλος καὶ θανατηφό-
ρον, φεύξεται & ἀποσοβήσεται. Ἦχος
μὲν

(f) Πολυγαμία.] Retinui vocem, quia eſt ambigua. Sed hoc in loco putem, non ſignificare pluribus ſimul uxoribus uti, ut Jacob, David, Herodes, alii olim utebantur, ſed ad tertias quartasve nuptias progredi. Rem mali ominis & nominis in Eccleſia; ſed, proh pudor, ab iis uſurpatam, qui καθαρότητα affectant hodie.

(g) Θεσπεσικῶν ἐντολῶν,] Intelligit illud Domini de intuitu mulieris ad illam concupiſcendam, quod alibi in epiſtolis explicat. Ἐκ γὰρ τ̃ ἰδεῖν, γίνεται τὸ ἐρᾶν, *Ut vidi, ut perii! ut me malus abſtulit error!* hi cocculi dicuntur δαδοῦχοι ἔρωτος, *amoris lampadiferi.* Hinc illud Philemonis, Ὁρᾷς πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα ἐνέπεσαν. ὅτω γίνεται οὐκ τούτων ἔρως.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869

μῶ φωνῆς ἔπληξεν ἀκοὴν, ϗ δι' αὐτῆς συνετυπώθη τὸ πάθος τῇ ψυχῇ· κάλλος δὲ σωμάτων εἵλκυσεν ὀφθαλμὸν, ϗ δι' αὐτοῦ δέσμιον λαβὼν, κατεδουλώσατο τὸν αὐτοδέσποτον λογισμόν.

dem ſonus aures feriit, & per aures paſſio animæ inſculpitur: Attrahit oculum corporis pulchritudo, & per eum modum captivum vinculis conſtrictum tenens rationem, ſui prius juris & imperii, in ſervitutem ſimul redegit.

SÆC. IX. ANNO 869.

υζ'. Ὥσπερ ἀδύνατον ἐν θαλάσσῃ πλέοντα, ταραχῆς ϗ ζάλης ἀπείρατον διαμεῖναι, ἵνα ἀμήχανον τὸν κάλλει σωμάτων ἐπισκοποῦντα ϗ περιεργαζόμενον, τοῦ ἐκεῖθεν κυμάτων ϗ κινδύνων ἐκτὸς καθεσάναι. δι' ὃ τὰς ἀρχὰς ϗ τὰς αἰτίας ἐκτρέπεσθαι χρὴ τῶν παθημάτων. τοῦτο γὰρ ϗ συμφέρον, ϗ δύσκολον. Ἐπειδὰν γὰρ τοῖς λογισμοῖς τὸ κακὸν ἐνσκήψῃ, ϗ τὸ εἴδωλον αὐτοῖς τῆς ἐπιθυμίας ἐντυπώσῃ, δυσαπόβλητον γίνεται τὸ πάθος, ϗ χαλεπὸν ἀπαλλαγῆναι.

Quemadmodum impoſſibile eſt ut is qui mare navigat ſit ſine tempeſtate & turbato ſalo, ita fieri nequit ut is extra pericula & fluctus conſiſtat qui corporalem ſectatur paulo curioſius pulchritudinem. Oportet igitur initia paſſionum & cauſas declinare: quod & utilitatem afferet, neque ſane difficulter præſtabitur. Cum vero ſemel rationalem partem hoc malum invaſerit, ita ut imaginem deſideratæ rei eidem impreſſerit, difficulter hæc paſſio abjicitur, & vix eſt ut ab illa ſe expediat aliquis.

υή. Τινὲς τὰς ἐρωντας ἔφησαν ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὴν ψυχὴν τὸν ἰδίαν ἔχειν· εὐλογώτερον δ' οἶμαι λέγειν, αὐτοὺς ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὸν νοῦν τῇ ψυχῇ συναπολωλέναι.

Sunt qui amatores pronunciant, in alienis corporibus ſuas animas habere: conjunctius opinor cum ratione dicitur, eos in corporibus alienis & mentem & animam perdidiſſe.

υθ'. Μέθῃ ϗ τρυφῇ τῶν ἀρχόντων, ναυάγιον νόμιζε τῶν ἀρχομένων. Ὅταν γὰρ ὁ κυβερνήτης κραιπαλίζεται τῇ πλησμονῇ ϗ τῷ οἴνῳ, πῶς ἐκὶ μυρίοις κύμασι ϗ κλυδῶσιν ἑκάτοις ἡ κυβερνωμένη περισαρράξει πολιτεία, ϗ τῇ τοῦ κυβερνήτου συγκαταθήσεται ἀπωλείᾳ;

Ebrietatem principum atque luxum naufragium eſſe exiſtima ſubditorum. Quando enim vino atque crapula gubernator, tanquam mari, demergitur, neceſſe eſt ut Reſpublica ejus gubernationi credita, ſexcentis fluctibus & alluvionibus alliſa agitetur, imo & una cum gubernatore demerſo, pari quoque interitu male pereat.

ρ'. Μηδένα μηδέποτε ἀνθρώπων, μηδὲ τῶν τυχόντων, εἰς ἀπόγνωσιν συνελάσῃς. Ἰσχυρὸν γὰρ ϗ ἄμαχον ἀπόγνωσις ὅπλον. Καὶ πολλάκις ἀνάγκη στρατηγήσασα, πράξεων παραβόλων ἀνελπίστως μεταβολὰς ἐξειργάσατο, ϗ παρὰν ἢ γνώμῃ, μύθους νομιζομένας.

Neminem mortalium, ne quidem obſcuriſſimorum, ad deſperationem adigas. Eſt enim deſperatio robuſtum quoddam & inevitabile telum. Quin ſæpe accidit, ut progreſſa in aciem neceſſitas, rerum præter exſpectationem mutationes una induxerit inexſpectatas, quas loco fabularum habere volueris, antequam actu compleantur.

ρά. Ἄμεινον μὲν ἀνθρώπῳ μὴ ἁμαρτεῖν, μηδὲ τοῦ ὀρθῆς κρίσεως ἀποσφαλῆναι. συνετὸς δὲ, ϗ πεσόντα θᾶττον ἀναστῆναι, ϗ χρῆσθαι τῷ πταίσματι, πρὸς τὸ μὴ πάλιν πεσεῖν παραγέλμασι.

Optimum eſt, ut homo nec omnino aberraret, nec a ſani judicii norma excederet; ſed prudentis eſt, quantocius ut collapſus reſurgat, & lapſum ſic ſuum inſtituat ne deinceps labatur.

ρϐ'. Τὸ πρὸς τοὺς πόνους ἑκούσιον, τοῦ ἀκουσίων ἀφαιρεῖται. τὸ ἀφόρητον ϗ χαλεπόν· διὸ χρήσιμον ἡ ἐν τοῖς ἀκουσίοις τριβὴ ϗ μελέτη.

Voluntas in laboribus ſuſcipiendis promta, involuntariorum illud durum telum & intolerandum frangit. Optimum eſt igitur de voluntariis meditari, & in iiſdem inhærere.

ργ'. Ἀρχικῆς ἀρετῆς ϗ τελείας, μὴ μόνον τὸ παρρησιάζεσθαι, αἰσχύνεσθαι, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· ἀλλὰ ϗ ἑαυτὸν πρὸ τοῦ πλήθους.

Ad virtutem & perfectionem Principis ſpectat, tum turbam promiſcuam, tum imprimis ſeipſum pudore a peccatis abſtinere.

ρδ'. Ἡ διὰ λόγων ὕβρις τοῖς ἐλευθέροις, ϗ πολὺ παραλλάσσει τοῦ διὰ πληγῶν ϗ μαστίγων. χρὴ οὖν παραφυλάττεσθαι τὸ πρόπετες τὸ ἐν τούτοις. ϗ μέγα γὰρ δοκοῦν, μεγάλας φέρει ζημίας.

Contumelia verbis ingeſta apud homines liberos parum differt a plagis acceptis & verberibus. Cavendum eſt ergo ne proclivis feraris ad convitiandum, ſiquidem, id quod haud creditur magnum, magna damna procurat.

ρέ. Πολλοὺς ἔβλαψεν εὐτραπελία· ἀπὸ γὰρ γνώμης διεκπεσοῦσα παιζούσης, καιρία πληγὴ γέγονε τοῖς διαπαιχθεῖσι· ϗ βραχεῖα τέρψις τοῦ ἐπιτυχόντων, μεγά-

Multos urbanitas læſit: ab animo ſiquidem ludenti profecta, aliquando vulnus lethale illuſis infligit: quæ per admodum brevem oblectationem cuicunque obvio im-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

impensam, inimicitias etiam graves inter prudentes excitavit. Hanc ideo quisque prudens evitabit, princeps imprimis; cum res sit, quæ contemptum potius parit, quam gratiam vel acceptationem aliquam.

γάλας ἔτεκεν ἔχθρας τ̃ παιδαίων. ὧ παντὶ μὴ ἐμφρονι ὡσαφυλακτέον, ἄρχοντι ϑ̃ μάλιστα τ̃ ἄλλων· ὅτι καὶ χυδαῖον, & καταφρονεῖσθαι μᾶλλον, ἢ χαλεντίζεσθαι, ὡσασκευάζῃ.

Beneficiis subditos circumvallato, tanquam nervos imperii, & tua ipsius membra. Nam si illa discerpantur, periculum tibi interitus incumbet, & imperii ruinæ.

Εὐεργετῶν τὸ ὑπήκοον περιφράξῃ, ὡς τ̃ ἀρχῆς νεῦρα & οἰκεῖα μέλη. ἐκείνων γὰρ διασπασθέντων, κίνδυνος καὶ τῷ σῷ συγκαταλύεσθαι ἐξουσίαν. ρς'.

Seditiones, conspirationesque quas facile non licet exstinguere, conduceret per dissimulationem & prætensam ignorantiam oblivioni tradere, quam publico quasi triumpho propalare. Ita enim fieri solet, ut flamma magis ex eo accendatur, & pericula non levia creentur; quin & non nisi male mulctatus salutem sibi quis comparaverit. E contrario vero, moderatione sopitur malum, & præterquam quod sine periculo sit, misericordiæ, prudentiæ, utilitatisque rationem subit.

Τὰς *μελετωμένας στάσεις, ὅσαι μὴ σβέσαι ῥᾴον, ἄμεινον ἀγνοίας ὑποκρίσει δόξαι, & λήθῃ καλύψαι, ἢ θαμβοῦσαν ἐπεξιέναι. τὸ μὲν γὰρ εὖ ὅτε καὶ πλέον ἀνῆψε τ̃ φλόγα, καὶ χαλεπὰς ἤνεγκε κινδύνους, καὶ πολλὴ καὶ τὸν διασωθέντα περιέβαλε ζημία, τὸ ϑ̃, πραέως κοιμίζειν, καὶ μ̃ δ' ἀκινδύνως, τὸ φιλάνθρωπον καὶ σύνετον & ἀζήμιον περιέχει. ρς'. *l. μεμελετωμένας.

Principem oportet, cum statu secundo res ipsi succedant & in tuto sitæ esse videantur, non secus tamen quam in tempestate procurare, & salutis habendæ rationem gerere; conturbatis autem rebus, & in se collisis, omni consilio & cogitatione incumbere, ut in statum redigantur, & bene stabiliantur. Nam quæ ita comparata sunt, ut in partem utramlibet ferantur, ipsa experientia docente, desperari non debent. Sed interdum factum fuit, ut secura negligentia, quamvis tantilla, principatus magnos & excellentes pessundederit, quos ita deturbatos diligens cum recto consilio industria, in magnitudinem eximiam reductos, restauravit.

Δεῖ τὸν ἄρχοντα, φερομένων μὲν αὐτῷ καϑ' ἡδονὴν τ̃ πραγμάτων καὶ δυσυνεχῶτων, ὡς σαλευομένων ἀσφαλίζεσθαι καὶ ἐπιμελεῖσθαι. ἀνατρεπομένων ϑ̃, καὶ συρρηγνυμένων, ὡς ἂν ἐπαναχθείησαν & ἑδρασθεῖεν, βυλεύεσθαι καὶ φροντίζειν· ἑδέτερον γὰρ τ̃ ἐπὶ τἀναντία φερόντων ἡ πεῖρα δείκνυσιν ἀνέλπιστον. ἀλλὰ πολλάκις μικρὰ ῥᾳϑύμη μεγάλας ἐχὰς καὶ ὑποφεύγους κατλιέγκεν, καὶ πάλιν σπουδὴ σὺν εὐβουλίᾳ, εἰς μέγα δυνάμεως ὕψος τὰς κατενεχθέντας ἐπανήγαγεν. ρή.

Prudentes & moribus compositi viri rebus prosperis non inflantur, sed moderata quadam de se opinione felicitatis suæ mensuram exornant, qua & invidorum quique malevolentiam asperatam lenire solent. Quod si cespitaverint, fortiter illud ferunt, in argumentum virtutis suæ, id, quod contigit, trahentes, cujus potestate mentem sibi suam roborant, & desperationem omnem ab animo procul amoliuntur. Intelligunt enim esse res humanas omnes versatiles, instabiles, & minime firmas: levitatis porro & insipientiæ esse, imo & pusillanimitatis, rebus secundis attolli & inflari, adversis autem valde dejici, & mœrore turpiter macerari.

Οἱ ἔμφρονες καὶ εὐσταθεῖς τ̃ ἀνθρώπων, κατορθῶντες μὲν, & φυσιῶνται, ἀλλὰ μετρίῳ φρονήματι τ̃ εὐπραγίας κοσμοῦσι τὸν ὄγκον, καὶ τ̃ φθονούντων διαπεραίνουσι τὸ φλεγμαῖνον. περιπλαῖοντες ϑ̃, φέρουσι γενναίως, & τὸ συνεχθὲν, ἀρετῆς ὑπόθεσιν ποιούμενοι. τῷ κρατεῖ ταύτης δυναμοῦσι τ̃ γνώμην, καὶ τὸ ἀϑυμοῦν ἐξορίζουσι τ̃ διανοίας. Ἴσασι γὰρ τὸ ἐφ' ἑκάτερα τρεπτὸν, & ἄστατον, & ἀβέβαιον τ̃ ἀνθρωπίνων· ἀφροσύνης ϑ̃ & κυφότητος καὶ ἀπειροκαλίας, τότε ἐν τ̃ εὐπραγίαις ἐπαίρεσθαι καὶ τὸ ἐν τ̃ δυσπραγίαις σφόδρα καταπίπτειν καὶ ἐναχημονεῖν τῇ ἀϑυμίᾳ. ρϑ'.

Prudentibus convenit adversa prævidere, eademque per consilium sanum opportune semovere. Nec minus convenit, quæcunque acciderint, optime composita ferre, & in rem suam vertere.

Ἀνδρῶν μὲν συνετῶν προνοῆσαι τὰ δυσχερῆ, & ἀπώσασθαι δι' εὐβουλίας· οὐκ *ἐλατόνων ϑ̃, καὶ τὰ συμβεβηκότα καλῶς διαθέσθαι, καὶ οἰκονομῆσαι. ρί. *ἔλαττον.

Novi ego confertim incurrentes rerum

(b) Οἶδα πεφύξεις ἀϑρόον ἐπισάσας καὶ ριά.

(b) Confusa est hæc & hians, ut alias quoque oratio, per totam hanc sectionem. Hoc autem vult, se scire ubi πράξεις ἀϑρόον incubuere eos qui inexspectato terrefacti sunt, non tantum quibus incubuerant, sed & etiam spectatores, cùm quiete ferrent, excussisse onus. Illa porro, ἀλλὰ ϑ̃ τίνα τόν, vel corrupta sunt, vel certè σολοικὰ, ut ἕκας & πᾶς ἀνήρ. Mihi sine libris melioribus hæc sunt conclamata: sensum & εὐρυθμίαν extundat qui potest.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

καὶ τῷ ἀδοκήτῳ ξ συμβεβηκότ@ ἐκπλαγήτας, τύς τε θεαμήσις, καὶ ἡσύχως ἐνέγκοντας τὰ συνενεχθέντα, κ ἀδ' εἰς τὸ ἔπειτα μᾶλλον ἀναστάντας, ἀποσείσασθαι τὸ βάρ@· μάλισα ἢ τ ἐξ αὐτῶν ἀ συναυξομήνης βλάβης, ἀλλὰ κ τρόποις ἄλλοις πραοτέροις, ὑποχαλωμήνης. Ἰδὼν γὰρ ἰδον ἐνίας ἑτως οἰκηνομηθείσας, καὶ τῷ συνήθ, κατ' ὀλίγον, ἐπὶ πλέον συνεπικαφιζομήνας, εἰς τὸ ἀλυπώτατον ἀποκεκλιθείσας· ἄλλας ἢ τναντίον, καὶ τὰς πρὸς ἀμέλειαν καὶ ἀτολμίαν ζώνσας, κέντρα δίκλω, ὡς ἐξ ὕπνα, διεγηγερκήας. Τῷ γὰρ ἀβαλόγῳ καὶ ἐξαιφνιδίῳ τ πρσυχόντων, ἕκας@ ἀνηρεθισμήν@, πᾶς ἀνὴρ τοῖς πράγμασιν ἐγεγένη· κ ἀδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἀντέχειν ἐπιχεῖν * τῇ καινοτομίᾳ· ἄλλαι ἢ, κ αὗται τ ἀκ ἐξ ἔθυς, κ μικρὸν ὑπεισιδσαι, & τῷ ἠρεμεῖ & ἀταράχῳ συναλκλέπτσαι τὴν συναίθησιν τ καινοτομίας, παρεισέδυσάν τε ἀ σὺν πόνῳ, καὶ ἀδ', εἰ καινότερόν τι συνέβη, μνήμην ἔδωκαν, ἀδὲ τοῖς πεπειρασμένοις. τινὲς ἢ, τὸν ὅμοιον τρόπον ἐπιχειρήσασαι παρεισδύνειν, καὶ τῷ μὴ τυραννίδι μηδ' αὐτοδεσπότῳ κράτει, καὶ ἀκ ξ ἐμφανῶς, ὥσπερ ἐπισκήπτειν, δειλίαν κ γνωσθεῖσαι, θᾶτον ἀνετράπησαν ὑπὸ τ ἐπιτυχόντων. Τῷ γὰρ καθ' ἑαυτὰς δὴ λαβεστέρῳ, εἰς θρῆσος ἄχετον καὶ ῥᾴβολον τόλμαν ἐξοπλίσασαι, καὶ τὰς πρὸ τύτων δόξαντας ἐπιεικεστάτας, αὐτῇ συνεφθάρησαν τῇ ἐπιχειρήσ. Πῶς ἂν ἐσι τυχεῖν ξ σκοπῶ; τἀναντία γὰρ διὰ τ αὐτῶν ὀρᾶται συντετελεσμήα. ἄμεινον μὴ μηδ' ἀπάρχεσθαι τ τοιύτων· δειναὶ γὰρ αἱ καινότητες, κ χωρὶς ἑτέρας λυπηρᾶς, θορυβεῖν καὶ πλήτειν διανοίας, καὶ εἰς διαβολὴν καὶ ὕβριν ἐκκαλεῖσθαι τὸ πλῆθ@.

moles, inexpectato adventu, homines terrefactos & conſternatos reddere, etiam ſpectatores, & qui tranquillius aliquanto ferrent ea, adeo ut, nec adverſus futura ſtantes in procinctu, onus illud poſſint a ſe excutere; atque ita etiam cum damnum inde dimanans non adaugetur, verum potius remittatur, per mores alioqui modeſtiores. Vidi, inquam vidi, quaſdam res ita compoſitas, ut per conſuetam familiaritatem, paulatim progrediendo, alleviatæ, in omnis moleſtiæ carentiam evanuerint; alias vero interdum è contrario, eos etiam qui ita vivebant, ut auderent, curarent nihil, tanquam ſtimulis è ſomno punctos, excitaſſe. Quiſque enim inexſpectato & ſubitaneo rerum adventu excitatus, & quaſi prurigine impulſus ad agendum accedit, ita ut, ne quidem ad unius diei ſpatium potuerit reſiſtere novitas: cum ſint aliæ res, nec ipſæ aſſuetæ, quæ paulatim ſe ſubinferunt, & illapſæ quieto nec tumultuoſo ſenſum omnem innovationis effugiunt. quæ ſine labore illabuntur, nec novitatis alicujus acceſſoriæ vel memoriam relinquunt, ne quidem apud experientiam edoctos. Quædam vero cùm ad eundem modum ſubinferre ſe attentaverint, nec per tyrannicam quandam vel arrogatam poteſtatem, & vim manifeſtariam, impreſſionem fulminis in modum facere, tamen ſub prætextu timiditatis facillimè, etiam ab obviis, ſubvertuntur. Dum enim naturaliter ſibi inſitam timiditatem ad audaciam intolerabilem, & præter omnem exſpectationem exarmant, etiam eos qui multo moderati prius habebantur, ad primum inceptum perdiderunt. Adeo quæri poteſt qua ratione finem quis propoſitam aſſequatur, cum per eaſdem cauſas effectus progignuntur contrarii. Præſtitiſſet certè, ne quidem ab iſtis incepiſſe: ſunt enim novitates, non accedente aliunde moleſtia aliqua, ita quodammodo a ſe compoſitæ, ad mentem turbandam & de ſtatu ſuo movendam, ad vulgus hominum inducendum ad calumnias & convitia ingerenda.

* γρ. καινοτομίαν.

ριϚ'. Ἐπεὶ δ' ἔστ' ὅτε χρεία κατεπείγει, κ δεῖται πράξεως ὁ πρσεσηκὼς καινοτέρας, ἂν μὴ μέγα ὄφελ@ καὶ διφροσύνης ἐξ αὐτῆς τὸ κοινὸν διέσκη, ἀδὲν δεῖ σκέψεως καὶ μελέτης· ἂν δ' ἄλλως, καὶ λυπηρὰ εἴη, λόγῳ μὴ διελθεῖν, ὅπως ἂν ὡς ἄριστα διανυθείη, ῥᾴδιον οἶμαι. τὰ γὰρ κατά τινας ἰδικωτάτας ἐπαχθεῖσα πράσεις, ἀκ ἔνεσιν ἀκριβῶς κοινοτέρῳ λόγῳ, κ τ ἔργων πόρρωθεν, θηρᾶσαι. πλὴν ὅ γε καλῶς, ἐν τοῖς πρειρημήοις ἐγγεγυμνασμήν@, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα τ ἄνωθεν ῥοπὴν ἐπίκαιρον ἔχων, μεγάλην ἴσεται δύναμιν συνειλεγμήν@.

Cum interdum neceſſe ſit ut is, qui rebus adminiſtrandis præeſt, aliquid innovet, non eſt ſolicitius exquirendum, utrum inde aliquid vel utilitatis, vel jucunditatis communitati hominum acquiretur. Quod ſi permoleſtum id fuerit, non eſt opinor proclive rationem explicare, ut quam optime tranſigatur. Quæ enim ſpecialiores conſectantur rerum inſtantias, non poſſunt accuratè communi quodam ſermone explicari, nec indagari eo qui receſſerit longius ab operibus. Veruntamen qui cum laude verſatus eſt in antedictis, & divinum in rem præſentem auxilium præſto habet, magnam facultatem afferet ad illud peragendum.

ριγ'. Ὅπλων καὶ ἀνδρείας καὶ στρατηγίας

Armis, fortitudine, exercitu quovis

Digitized by Google

SÆC. XI. ANNO 869.

prævalentiorem & tutiorem ſubditorum benevolentiam arbitrare. Hæc ſi adfuerit, & agmen duxerit, illa erunt utilia: Iſta autem ſublata, præſtaret & illa quoque una tolli. Nam multo citius contra Principem inviſum, quam contra hoſtes movebuntur.

κρατιμότερον ἢ ἀσφαλέστερον νόμιζε τῷ εὔνοιαν τ' ἐχομένων. ταύτης μὲν γὰρ παρούσης ἢ τρατηγούσης, κἀκεῖνα χρήσιμα, ἢ μεγάλῳ ῥοπῷ πρὸς πάντα παρέχῃ. ἀνηρημένης δ' τ' δυνάμεως, ἄμεινον συναναιρῆσθαι κἀκεῖνα. θᾶττον γὰρ ἐπὶ τ' μισουμένῳ ἐχθρὸ, ἢ κατ' τ' πολεμίων ἐθελήσει ταῦτα κινεῖσθαι.

SÆC. IX. ANNO 869.

Plurifariam conſilium haſtis cedit, ſæpe numero etiam & rationis vis belli procinctus, exercituſque hoſtiles magnos eluſit: ſint ergo manus cum conſilio junctæ, duplex tropæum. Laborem ſpes roborat, & ſpem labores progignunt. Tu autem rite Deum veneratus, noli aliquid omittere quod agendum eſt; ita ſpem tibi metes & magnam & amplam.

Λόγῳ μὲν ἥλεγξαν δόρατα πολλάκις. ἡμβλυνε δ' πολλαχῦ ἢ λόγων ἰσχὺς, ἐξύβρισε πολέμου, ἢ μεγάλων ὁρμὴν διέλυσε τρατευμάτων. χεῖρες ἄρα μετὰ λόγου, διπλοῦν τρόπαιον. πόνος ἐλπίδος κυοῦσι, ἢ πόνοι τίκτουσιν ἐλπίδας. σὺ δ' ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, μηδενὸς ἀμέλει τ' πρακτέων, ἢ καλὰς καὶ μεγάλας ἐλπίδας θρέψεις.

μέ.

Subvenire cujuſlibet neceſſitatibus, animum regium decet & prudentem, ante alios, iis qui in calamitates inciderunt. Solent enim illi, ad cætera, æternam beneficii collati memoriam conſervare.

Ἐπικουρεῖν ἐν οἷς ἕκας@ ἔχει χρείαν, ἀρχικῆς ἐχέφρονος διανοίας μάλιτα δ' τοῖς ἐν συμφοραῖς θετικοῖσι. μετὰ γὰρ τ' ἄλλων, ἢ ἀείμνηστον συντηρεῖν εἰώθασε τ' εὐεργεσίαν.

μέ.

Subditorum felicitas ſummam Principis deprædicat cùm prudentiam, tum juſticiam.

Ἡ εὐδαιμονία τ' ὑπεξουσίων, ἄκραν ἀνακηρύττει σύνεσιν ἢ δικαιοσύνην τ' ἐξουσίας.

μζ.

Deo cauſam adſcribere æquum eſt eorum quæ proſpere geſſeris, ſeu in privata, ſive in publica vita. Fiet enim ita ut illum habeas libentiorem auxiliatorem, & ut Deo dilectus videaris: nec redarguere te quiſquam poſſit, vel levitatis vel ſuperbiæ; ſed & invidiæ quaſvis acies retuſas & anfractas reddes.

Περὶ ὧν ἂν εὐπραξῇς, εἴτε ἐν τῷ οἰκείῳ βίῳ, εἴτε ἐν τῷ κοινῷ τ' πολιτείας, τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι δικαίᾳ τ' αἰτίαν. οὕτω γὰρ μᾶλλόντε αὐτὸν ἐπίκουρον ἕξεις, ἢ θεοφιλὴς εἶναι δόξεις, ἢ κῶφον σεαυτὸν ἢ ἀλαζονικὸν οὐκ ἐλέγξεις, ἢ δ' φθόνῳ δείξεις θετικεθρασυμμένας τὰς ἀκίδας.

μζ.

Hæc è multis pauca, apud Te (ô Tu partus mei ſpiritualis verum & genuinum genema) amicitiæ & filiationis tanquam à Deo quædam ſymbola, & virtutis tabulas archetypas, depono, ut dum ad illas oculos converteris, & Te ad ipſas conformaveris & compoſueris, non difficulter intueri poſſis & animadvertere, qualesnam illæ ſunt actiones, quæ in animo tuo facient pulchritudinem efflorescere; quæque itidem eandem, veluti maculæ quædam & ſordes, in turpem & deformem effigiem ſolent alterare. Illas dum eluis, has dum inſcribis, imaginem Tute Temet verè vivam & eximiam converſationis ſecundum Deum ordinatæ exhibebis: quam & ego lubentiſſimè, & pii etiam omnes, cum & oculis velimus, tum etiam ſermone uſurpare. Ea propter manus in cœlum extendens, & meum erga Te amorem, labores ſuſceptos, Divinamque exinde reſultantem gloriam ſuppliciter Deo offerens, votis omnibus poſtulo, ut ſecundum ſpes de Te conceptas opere ipſo adimplens admonitiones noſtras, & fideliter eaſdem cuſtodias, ita ut per ſpecies ſingulas præclarorum operum illuſtris & excellens conſpiciare: Ut prudentia ſumma polleas, memoria valeas, fias ſuavis affatu, moribus ſuavior, congredientibus amabilis, magis adhuc autem comitibus & amicis: Ut de re præ-

Ταῦτά σοι ἐκ πολλῶν ὀλίγα (ὦ τ' ἐμῶν πνευματικῶν ὠδίνων ἀγλυὲς ἢ γνήσιον γέννημα) τ' θεὶ σὲ φιλίας ἢ υἱοθεσίας, οἱονεί τινα θεῖα συμβόλαια, ἢ ἀρετῆς ἀρχετύπους ἀνατίθημι πίνακας εἰς ἃς ἀφορῶν, ἢ πρὸς ἐκείνας σεαυτὸν ἁρμοτίζων ἢ διαμορφῶν, ἐ χαλεπῶς ἕξεις συνορᾶν, τίνες τε τ' πράξεων ἀνθεῖν τ' ἐν τῇ ψυχῇ ἐνεργαζόμενα ὡραιότητα, ἢ τίνες αὐτῷ, ὥσπερ σῆπες ἢ ῥυτίδες, εἰς αἰσχρὸν ὄψιν ἢ ἀσχήμονα μετασκευάζουσιν. ὧν τὰς μὲν ἀπαλείφων, τὰς δ' ἐγγραφόμενος, ἔμψυχον, ὡς ἀληθῶς, ἢ κάλλιστον θεοφιλῆς πολιτείας σαυτὸν ἐπιδείξεις ἄγαλμα, ἢ ἥδιστον ἐμοὶ, ἢ πᾶσιν ὁσίοις ἢ θέαμα, ἢ δίηγημα. Διὸ ἢ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸς ἐξαπλώσας, ἢ τῷ θεῖ σὲ σοφῷ ἢ τὸν πόνον, ἢ τῷ εἰς Θεὸν ἀναφερομένῳ δόξαν, ἀνθ' ἱκετηρίας αὐτῷ θετείνας, ἐπαδέχομαί σε, τ' ἐλπίδων ἢ παραινέσεων ἐργάτιν δόκιμον, ἢ πιστὸν φύλακα, γενέσθαι· ἢ εἴης μοι, διὰ παντὸς ἰδέας καλοεργημάτων ἐπίσημος, ἢ θεόβλεπτος· ἀκρος μὲν σύνεσιν μνήμῃ δ' ἀσφαλής· ἡδὺς ἐν λόγοις· τὰς τρόπους ἡδύτερος· ἐρασμιος ἐντυχεῖν· τοῖς ἀεὶ παροῦσιν ἐρασμιώτερος·

κρά-

SÆC. IX. ANNO 869.

κράτις· τὸ παρὸν κρῖναι, καὶ ἀλαγεῖν εἰς διάταξιν· ὀξὺς τὸ μέλλον ἰδεῖν· σεμνὸς φυλάξασθαι. ἑτοιμος μεγάλας αὐτεργῆσαι πράξεις· ἑτοιμότερος τὸ κατορθωθὲν διασώσασθαι. δεινὸς μὲν τὸ συμφέρον κρύπτειν, κρείττων δὲ λανθάνειν, δεινότερος δὲ φυγάσαι τὰς ἐπηρεάζουσας. φοβερὸς μὲν τοῖς πολεμίοις· πιθανὸς δὲ τοῖς ὑπηκόοις· ἀμφοῖν δὲ κοινὸς τὸ αἰδεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι. κρείττων ἡδονῶν· ἥττων σωφροσύνης· ὀργῆς κύριος· πραότητος φίλος· ταχὺς θεραπεῦσαι τὸ δίκαιον, ἀδέκαστος δυνηθῆναι· γνώμῃ δύσαθής. ἐπιστρέφεσι βέβαιος· γενναῖος ἐν φόβοις· ἄτολμος πρὸς πᾶσαν παρανομίαν· καὶ μηδεμίαν ῥᾳστώνῃ χαρτερίας καὶ καλῶν πόνων ἀνταλλαττόμενος. διεγερτέος πρόθυμος· κολάζειν ὀκνηρός· φιλίας ἐραστής· ἔχθρας πολέμιος· ἐλέους πηγή· οἰήσεως μείζων· ταπεινοφροσύνης ἐλαττούμενος· ἐπιεικείας πλήρης· πενίας ἐπαίτης· ἀλήθειαν τιμῶν. ψεύδει μὴ παρενδύμενος. ἀλαζονεύεται σὺν δόκιμοι, δοκίμων δὲ ὁ φυσιούμενος· γλώσσης αὐτοκράτωρ· ἀκοῆς φύλαξ· ὄψεως, καὶ τ' ἄλλης αἰσθήσεως, ἀδυσώπητος ἐπισάτης, καὶ μηδενὶ πάθει ἐνδιδοὺς, μηδὲ τοῖς ἐρεθισμοῖς κηλούμενος τῶν ὀρέξεων· καὶ σύμπασαν εἰπεῖν, εἴης μοι πάσης ἀρετῆς, καὶ εὐσεβείας, ὑπὸ τοῖς ὑπὸ σὲ μόνον ὑπογεγραμμὸς καὶ παράδειγμα, ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ σὲ παντὶ τῶν ἀνθρώπων γένει, καλὴ καὶ μεγάλη, καὶ καλὰ καὶ μεγάλα κατεργαζομένη, παρεμένεσις. δι' ἃ σοὶ μάλιστα, καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν ἀνέκφατος καὶ ἀΐδιος βασιλεία, εἰς κλῆρον ἀναφαίρετον, καὶ κατασκήνωσιν ἀπρόσδοχον, καὶ ὑπερφυῆ καὶ θείαν τρυφὴν, καὶ ἀπόλαυσιν μὴ λυομένην, παραχεθήσεται.

senti quæcunque prudenter valeas statuere, ordinare; & futurum acutè prospicere: cautus ad custodiendum, promtus & expeditus ad res magnas aggrediendum, easdemque consummatas possis & eodem statu conservare: Ut quod è re tua fuerit, studiosè occultes, nec latebris extrahare; sed speculatores & vim facturos discooperias: sis terribilis hostibus, subditis desiderabilis, apud utrosque habeas & venerationem & admirationem: voluptates vincas temperantia, iræ dominere. Sis amicus mansuetudinis, celer in justitia indaganda, impartiarius in distribuendo, constans sententia, promissis fidus, generoso animo in terroribus, meticulosus ad omne contra leges: noli socordiam vel remissionem animi aliquam præferre laboribus & patientiæ justis: sis ad benefaciendum promptus, tardus ad puniendum, amator amicitiæ, inimicitiarum hostis, misericordiæ fons: opinionem de Te magnam ne concipias, humilitate Te minorem judica, divitias contemne, pauperibus auxiliator, veritatem colito, fœdus cum mendacibus ferire noli: ne dejiciaris animo, si gloriam non assequaris; sin autem assequeris, noli elatior esse: linguam coerce, aures custodi, tactui & cæteris sensibus moderator assistas non dimovendus, passioni nulli te victum trade, nec prurigine orexium delinitus sis: & ut uno verbo complectar omnia, omnigenæ virtutis & pietatis Te exemplar exhibe & delineationem; neque tuis solum subditis, sed universo mortalium generi, qui vel post Te futuri sunt, ut rerum magnarum & præclarè gerendarum habeant Te egregium admonitorem. Ita autem Tibi regnum illud cœlorum in æternum & inexplicabile, in sortem hæreditatis haud auferendæ, in tabernaculum sine successore possidendum, in voluptatem & gaudium supra naturam, planeque divinum, nulla non æternitate perfruendum, concedetur.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

SEX DISSERTATIONES PHOTII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI.(a)

DISSERTATIO PRIMA

(b) *Quomodo dicatur esse Deus in omni re, & quomodo dissolvi possint dubitationes, quæ a quibusdam contra hoc objiciuntur.*

IN (c) multis quæ de Deo contemplamur, ne omnia dicam, non solum, qui mysteriis pietatis non fuerunt initiati, quamvis acie mentis & cognitione rerum corporearum hominibus sui ordinis præstitissent (d) quique nostram ignoraverunt vim contemplandi infirmiorem esse, quam ut intelligentia comprehendere illa possent, experientia comprobarunt, sed & quicunque propter studium pietatis & vitam puram profundiora cognoverunt, nec his quidem inventio rerum divinarum facilis esse solet, quid dico inventionem? (e) siquidem nec ipsa scrutatio purè eorum mentem afficit. (f) Hæc autem quæstio tanquam omnino magis recondita, & quæ mentem curiosorum excellit, studium, ut intel-

(a) GRæca hîc desunt, quía deerant ín paginís MS. ad me transmissis; attamen hic notas eruditissimi Viri hîc inserendas putavimus. BASN.

(b) *Quomodo Deus dicatur esse in omni re.* Græca habent: Πῶς λέγεται τὸ Θεῖον εἶναι ἐν τῷ πάντι. Quæ sic reddi debent: *Quomodo Deus dicatur esse in universo*, seu *in rerum universitate.* CAPERONNIER.

(c) *Multis quæ de Deo contemplamur.* Græca habent: πολλὰ τῶν περὶ Θεοῦ θεωρημάτων id est: *multa è speculis quæ Deum spectant dogmatibus.*

(d) *Quique nostram ignoraverunt vim.* Græca: ἀγνοήσαντες τούτου μέσον τὸν ἔξω ἢ κατ' ἡμᾶς λόγου θεωρητικὴν ἰσχὺν ἀδυνατίαν, *non solum eorum qui a religione nostra fuerunt alieni contemplandi vim esse infirmiorem.*

(e) *Siquidem nec ipsa scrutatio purè eorum mentem afficit.* ὅπερ γὰρ οὐδὲ αὐτὴ καθαρῶς τὴν τῶν λόγων αὐτοῖς ἐμποιεῖ διάθεσιν. id est: *siquidem nec ipsa scrutatio purè atque ut par esset, eorum mentem afficit.*

(f) *Hæc autem quæstio &c. postulat.* γλαφυρωτέραν δὲ ὡς ἐπίπαν καὶ αὐτὴν τῶν περιεργοτέρων διανοίας ὑπεροχὴν φιλοτιμουμένην ἐπιγινώσκειν. id est: *præstantior autem omnino hæc etiam & curiosorum mente superior vult agnosci.*

Digitized by Google

intelligatur, poſtulat, non igitur, quæ dicentur, ſic audire oportet, quaſi limatius rem comprehenderimus, & nihil amplius ad cognoſcendum de ea relictum à nobis ſit, ſed benevolè audire oportet, & amplecti (g) quantum humanis cogitationibus ea, quæ humanam notitiam ſuperant, aſſequi poſſumus. SÆC. IX. ANNO 869.

(h) In omni eſt Deus, (quod tibi in quæſtione nunc poſitum eſt) tanquam nihil eorum, quæ ſunt. Si enim eſſet unum ex iis, quæ ſunt, qui eſt omnium auctor & fabricator, unus vocaretur ex iis, quæ ab ipſo facta ſunt. (i) Hanc enim legem imponit communio cum iis, quæ ſunt, & eorum cognatio a Principe & Creatore profecta, ſi quis per vim nitatur, & quod variari non poteſt, mutuam habitudinem cum rebus habeat, & Creator cum creaturis. Deus eſt in omni re.

Igitur tanquam nihil eorum quæ ſunt, cum ſuis conjungitur, & demittit ſe Deus ad ſuas creaturas, ſed propria diſpoſitione & œconomia diſtincta, ſuam cum rebus habitudinem aptat. Sicut autem eſt Deus ſapiens ſimul & ſupra ſapientes, & fortis Deus & ſupra fortes, & ſupra Deos, & propriè ſubſtantia & ſupra ſubſtantiam, & ipſum per ſe bonum, & ſimiliter ſupra bonum; ſic (k) dicitur eſſe in omni, & ſupra omne. In ſola enim natura, quæ ſupra naturam eſt, & quæ dici non poteſt, & multorum nominum affirmantium ſignificationem habet conſentientem cum forma vocum negantium, vel privantium. (l) Ex quo fit, ut eſſe in omni, non neget eſſe ſupra omne, ſed potius confirmet, & non hoc ſolum, ſed nec eſſe ſupra omne, variationem admirabiliorem in Theologia recipit præter eam, quam tradit eſſe in omni.

(m) Quare qui dubitat, ſi Deus eſt in omni, non eſſe ſupra omne, ignorat is uſum ſacrarum vocum de divina natura; & (n) nihil altius neque divinius, quam conſuetudo rerum corporearum fert, de iis, quæ materia vacant, cogitat. Sed (o) quomodo eſt in omni? dictum enim eſt, nullo modo earum rerum quæ ſunt: ſed ſi oportet aliquid adhuc dicere quod ſit majoris contemplationis, (p) iis etiam, qui ſunt altiore mente præditi, & non ſolent formidare & fugere altitudinem dogmatum magis Theologicorum, eſt Deus actu & ſubſtantia in omni. Quomodo igitur eſt ſubſtantia ſicut intellexiſti actu? quia enim alia ſunt quandoque actu; Deus vero (ut qui aciem mentis acutam habet, intelligere poteſt) ſemper adeſt actu, non enim ex imperfecto ad perfectum procedit, (q) neque aliud quid eſt eſſe ipſum per ſe bonum, præterquam ipſum eſſe per ſe actum, liquet, in quibus eſt actu, in iis ipſis eſſe ſubſtantia, agit enim conſervationem & durationem eorum, quæ ſunt. (r) Suſtentat autem & continet naturam eorum, quæ ab ipſo creata ſunt. Deus eſt ſupra omnia.

Quo-

(g) *Quantum humanis cogitationibus ea quæ humanam notitiam ſuperant; aſſequi poſſumus.* ὡς οἷόν τι τὰ κρείττω τῆ ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς ἐπινοίας ἀνθρωπίνας παντελῶς καὶ σωφροσύνης μετόντων, id eſt: *quantum humanis cogitationibus ea quæ humanæ mentis captum ſuperant, aſſequi cum omni cautione ac ſollicitudine poſſumus.*

(h) *In omni eſt Deus.* ὁ τῷ παντὶ τὸ Θεῖόν ἐστι, id eſt: *in Univerſo ſeu in hac rerum Univerſitate Deus eſt.*

Si quis vero adhuc contendens, dicat hoc ipsum violentum gnomicæ voluntatis esse, tum multa quidem absurda sequentur, tum vero hoc, quod in promtu est, quod nesciens iste novam quandam speciem voluntatis, non tamen gnomicam, introducit: Erit enim hujusmodi voluntas violentia sine violentia, & aliquem velle, quod non vult; quod quidem cum finxit is, qui gnomicam voluntatem defendit, noluit sentire quid diceret. Idem dicendum est etiam in aliis, (p) quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomicam. Si vero secundum humanitatem non reperit locum in Christo voluntas gnomica & hypostatica, (q) frustra hæc cogitabitur in divina natura verbi, quia nec in Patre, nec in Spiritu sancto, ac proinde nec in Filio & Verbo. Sane quidem voluntatem gnomicam qualitate distinctam & proprietate discretam, nemo cum pia ratione, divinæ naturæ attribuere audebit.

Ἀντίθεσις. Εἰ ᾗ τις προσεπιφιλονεικῶν φαίη, ὡς αὐτὸ τὸ βίαιον θελήματ ἐστι γνωμικῆ,

Λύσις. πολλὰ μὲν τὰ ἄτοπα ἕξεται· πρόχειρον ᾗ ὅτι λελήθεν ἑαυτὸν κοινόν τι θελήματ εἰδ, ἀλλ' ἀ γνωμικὸν ἐπισάλων θέλημα. ἔσαι γὰρ αὐτῆ τὸ τοιῦτον θέλημα ἀβίαιον βίαιον, καὶ ἀθέλητον θέλημα. ὅπερ ἀναπλάττ ὁ ᾧ γνωμικῆ θελήματ προφάσεως λαβεῖν * σύνθεσιν οὐκ ἠθέλησεν. ὁ αὐτὸς ᾗ λόγ καὶ ἐπὶ τ ἄλλων ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. εἰδὲ κᾷ τὸ ἀνθρώπινον χῶραν οὐχ εὗρεν τὸ γνωμικὸν καὶ ὑποστατικὸν θέλημα ἐπὶ Χριστ. σχολὴ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τ θείας ᾧ λόγυ φαντάζεσθαι φύσεως, μάλισά γε ὅτι μηδὲ τῷ πατρὶ, μηδὲ τῷ παναγίῳ πνεύματι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τῷ υἱῷ καὶ λόγῳ διακεκριμένον τι ποιότητι, κ διαιρελλόμενον ἰδιότητι, ὅθεν οὐδεὶς εὐσεβῶν λογισμὸς περιάπτειν ἂν ἕξῃ τὸ γνωμικὸν θέλημα.

* l. συναίδησιν.

Ἀντίθεσις. Ἴσως δ' ἂν τισιν ἐπέλθοι λέγειν ὡς οὐδὲν ἐστιν ἀδύνατον ἀβίαιον βιαίου λέγειν καὶ ἀθέλητον θέλημα. † ἅτως ἂν εἴη ὁ μὴ ‡ συνηθημένος ἀδύνατον. εἰ ᾗ καθ'

Si quis vero adhuc contendens, dicat hoc ipsum violentum gnomicæ voluntatis esse, tum multa quidem absurda sequentur, tum vero hoc, quod in promtu est, quod nesciens iste novam quandam speciem voluntatis, non tamen gnomicam, introducit: Erit enim hujusmodi voluntas violentia sine violentia, & aliquem velle, quod non vult; quod quidem cum finxit is, qui gnomicam voluntatem defendit, noluit sentire quid diceret. Idem dicendum est etiam in aliis, (p) quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomicam. Si vero secundum humanitatem non reperit locum in Christo voluntas gnomica & hypostatica, (q) frustra hæc cogitabitur in divina natura verbi, quia nec in Patre, nec in Spiritu sancto, ac proinde nec in Filio & Verbo. Sane quidem voluntatem gnomicam qualitate distinctam & proprietate discretam, nemo cum pia ratione, divinæ naturæ attribuere audebit.

Fortassis autem alicui in mentem veniet, ut dicat, non esse impossibile dicere violentum absque violentia, & velle aliquem, quod non vult; iste autem fuerit is, qui ignorat impossibile. Si enim alia ratione est

† deesse hic aliquid videtur.

‡ rectius in cod. Colbert. συναιδόμενον.

(o) *Si voluntas gnomica est laboribus & miseriis se affligere, ... primum quidem &c. nugationem confirmet.* εἰ γνωμικὸν θέλημα τὸ πόνοις αὐτὸν καὶ ταλαιπωρίαις καπυτρύχειν .... πρῶτον μὲν ἐχ ἕξῃ τι τ καθ' ἕκαστα (ὥσπερ ὁ λόγ ὁ τὸ γνωμικὸν ἐπιδεικνὺς μὴ προσεῖναι θέλημα) ἀδιδείγματι πρὸς συγκατάθεσιν ἄγον ἀδιακωμίζειν· ἀλλ' εἰς κοινόν τι κ ἀποφατικὸν καταφύγων ὄνομα κ τό, τε τὸ ἰδικόν [malim ἰδικόν] τε κ ὑποστατικὸν ἀφορίζόμεν θέλημα, τὴν οἰκείαν ἐρεσχελίαν ἐπιζητήσει κατύνεσθαι. id est: *si voluntas gnomica est, laboribus & miseriis se ipsum affligere .... primum quidem non poterit [is qui a nobis dissentit] aliquid singulare proferre quod exemplo quopiam nos ad assentiendum cogat (sicut ratiocinatio vestra quæ gnomicam voluntatem non inesse Christo demonstrat) sed ad commune & ad negativum vocabulum confugiens, specialem vero & hypostaticam voluntatem se gregans, propriam confirmare nugacitatem conabitur.*

(p) *Quæcunque non possunt complecti voluntatem gnomicam.* ὅσα τὸ γνωμικὸν περιλαμβάνειν δύναται θέλημα. id est: *quæcunque possunt gnomicam voluntatem complecti*
Legebat Turrianus ἃ δύναται, sed præferenda Lectio cod. MS.

(q) *Frustra hæc cogitabitur. &c. attribuere audebit.* σχολὴ γ' ἂν εἴη τοῦτο ἐπὶ τ θείας ᾧ λόγυ φαντάζεσθαι φύσεως, μάλισά γε ὅτι μηδὲ τῷ Πατρὶ μηδὲ τῷ παναγίῳ πνεύματι κ διὰ τοῦτο μηδὲ τῷ υἱῷ κ λόγῳ διακεκριμένον τι ποιότητι καὶ διαιρελλόμενον ἰδιότητι ἃ μὴν οὐδεὶς εὐσεβῶν λογισμὸς περιάπτειν ἂν ἕξει τὸ γνωμικὸν θέλημα. id est: *multo minus hoc licet in divina verbi natura cogitare. Maxime quia neque Patri neque sancto Spiritui (proinde nec Filio & Verbo) gnomicam voluntatem qualitate discretam & proprietate distinctam attribuere poterit ulla pia ratiocinatio.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

est violentum, & alia non violentum, & similiter alia ratione vult hoc, alia vero non vult: quomodo hoc erit absurdum? Etenim, ut alia omittam, Martyres cum patiebantur acerbissima supplicia, quatenus dolebant, & violentiam illam intolerabilem sustinebant, violentè premebantur; quatenus vero tormenta declinare poterant, & in errore cultus idolorum conniventes, non pati ea; illud quod tantam violentiam alioqui inferebat, non violentum efficiebatur. Eodem exemplo discernitur illud, velle aliquem, quod non vult.

Hæc est explicatio & enodatio verborum pugnantium, quæ rationem, quæ efficit, (r) non esse in Christo voluntatem gnomicam, non potest commovere, immo potius contrarium concludit: siquidem esse ex alia quidem parte violentum, ex alia vero non violentum, & similiter alia ratione velle, alia non velle, nemo hactenus voluntati gnomicæ affinxit monstrose. (s) Atqui non an aliquid non est unquam dictum, oportet considerare eum, qui scit integrè & incorrupte philosophari, (t) sed an, quod natura est, tanquam non sit, negligatur. Simul etiam an non perspicere naturam, quam ratione contemplamur, & cum appellatione rei, tanquam sit, pugnet, non est dictum; sed minime, qui scrutatur essentiam, mentitur.

(u) Igitur dicere oportet, quare aliquid est, & num cur aliquid a multis tacetur, & fraudatur ejus essentia? multa enim priusquam perfectiori discussioni seu notioni subjiciantur, simpliciter dicuntur; & nomen omnibus manifestum tribuitur. Explicata vero & subtiliter excussa, complicationem quandam præ se ferunt, & requirunt appellationem notioni convenientem; & ut statim de voluntate dicamus, naturalis voluntas hominis, quam omnes concedunt, si accurate inquiratur, reperietur habere differentias, quæ & diversi-

ἕτερον μὲν βίαιον, καθ' ἕτερον δὲ ἀβιάστον· καὶ καθ' ἕτερον μὲν ἀθέλητον, καθ' ἕτερον δὲ θέλημα. πῶς ἂν εἴη παρείσδυσιν ἔχον τὸ ἄτοπον; καὶ γὰρ ἵνα νῦν παρῶ τὰ ἄλλα, ὁ τῶν μαρτύρων χορὸς ὑπὲρ δυσεβείας πάσχων τὰ ἀνήκεστα, καθὸ μὲν ἠλγύνετο, καὶ τὸ ἀκαρτέρητον ἐκείνῳ βίαν ὑφίστατο, τῷ βιαίῳ ἂν εἴη συνεχωρεῖτο. καθὸ δὲ ἐξὸν τὰς βασάνους ἐκκλίνειν πρὸς τὸ εἰδωλικὸν ὑπονδύσαντα πλάνῳ, οὐκ ἠνέχετο, ἀβίαστόν τε αὐτὸ ἐποιεῖτο τὸ τοσαύτῳ βίαν ἐπαγόμενον. ἐκ δὴ τοῦ αὐτοῦ καὶ τὸ ἀθέλητον διακρίνεται θέλημα.

Ἡ ὅτῳ ὁ λόγῳ ἀνάπτυξις μὲν ἐστι ῥημάτων μαχομένων καὶ σαφήνεια, ἐμοὶ τὸ καθασκεύάζεσθαι ἀπόδειξιν, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Χριστῷ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα, παρασαλεῦσαι ἰσχύει, ἢ * τοσαύτης ἐναντίον περαίνει, καὶ γὰρ τὸ † κῇ τι βίαιον, κῇ τι δὲ ἀβίαστον, καὶ τὸ † κῇ τι μὲν ἀθέλητον, κῇ τι δὲ θέλημα. ἀδαμῶς μέχρι νῦν τῷ γνωμικῷ φεύγειν ἐτεροῦσθαι θελήματι. ἢ οὐκ ‡ εἰμὶ εἴρηται τὸν καθαρῶς εἰδῶτα καὶ ἀδεκάστως φιλοσοφεῖν, περισκέπτειν. ἀλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι ὡς μὴ ὂν παρεώρασται, καὶ ἅμα τῷ μὴ συνορᾶν τὴν φυσίν τῷ λόγῳ θεωρουμένῳ, καὶ πρὸς τὴν κλῆσιν διαμάχεται. οὐκ εἴρηται, ἀλλ' ἐχὶ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐρευνώμενον ψεύδει.

Οὐκ ἂν εἰρῆσθαι, διότι τῶν ὄντων ἐστίν, ἀλλὰ μὴ διότι τοῖς πολλοῖς σιγᾶται, καὶ τὴν ὕπαρξιν παραγράφεται. πολλὰ γὰρ πρὸ τῆς μὲν ἀκριβεστέρας ὑποβληθῆ ἐρεύνῃ ἁπλῶς τε λέγεται, καὶ τὸ ὄνομα πᾶσι δῆλον παρέχεται. ἀναπτισσόμενα δὲ καὶ λεπτολογούμενα συμπλοκήν τινα περιβάλλεται. καὶ κλῆσιν ἐπιζητεῖ καταλληλον τῇ νοήματι. αὐτίκα τὸ φυσικὸν ἀνθρώπινον καὶ ὁμολογούμενον θέλημα πολυπραγμονούμενον, διαφορᾶς ἂν ὀφθείη περιεχόμενον αἱ καὶ τὴν ἑτερότητα

συν-

* cod. Colb. τῇ ταύτης.

† idem καὶ τῷ βαίῳ.

‡ leg. εἰ μὴ,

(r) *Hæc est explicatio . . . quæ rationem . . . non esse in Christo voluntatem gnomicam, non potest commovere, imo potius contrarium concludit.* Ἡ [malim ἢ] ὅτῳ ὁ λόγῳ ἀνάπτυξις μὲν ἐστι . . . ἐμοὶ τὴν ἀπόδειξιν, ὡς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Χριστῷ γνωμικὸν ἀνθρώπινον θέλημα παρασαλεῦσαι ἰσχύει; ἢ τοσαύτης [lege τὸ ταύτης] ἐναντίον περαίνει. id est: *num hæc est explicatio quidem . . . quæ demonstrationem . . . non esse in Christo gnomicam voluntatem humanam, non potest evertere? an potius contrarium concludit?*

Turrianus non expresserat particulas ἢ *num?* μὲν *quidem*, ἐμοὶ μὲν *non tamen*, ἢ *an potius?* attamen id fieri debebat, ut distingueret Lector adversarium Photii, illa ipsi objicientem, a Photio, cujus responsum incipit p. 456. l.

(s) *Atqui non an aliquid non est unquam dictum.* ἢ οὐκ, εἰμὶ (lege εἰ μὴ) εἴρηται. id est: *An vero non, utrum aliquid nunquam dictum fuerit . . .?*

In eundem lapidem quo superius impegerat Turr. omittens ἢ.

(t) *Sed an quod natura est, tanquam non sit &c. scrutatur essentiam, mentitur.* ἀλλ' εἰ τὸ πεφυκὸς εἶναι, ὡς μὴ ὂν παρεώρασται καὶ ἅμα τῷ μὴ συνορᾶν τὴν φύσιν τῷ λόγῳ θεωρουμένῳ καὶ πρὸς τὴν κλῆσιν διαμάχεται, οὐκ εἴρηται· ἀλλ' ἐχὶ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐρευνώμενον ψεύδει. id est: *sed an quod ex natura sua existit, quasi non sit, neglectum fuerit neque nominum sermone tritum fuerit statim atque ipsius naturam, quæ ratione considerari debet, non vidit quispiam & ejusdem appellationi repugnavit: quamvis illud, si quis ejus naturam studiose scrutetur, existentiam non mentiatur.*

(u) *Igitur dicere oportet, quare aliquid est, & num cur aliquid a multis tacetur & fraudatur ejus essentia.* Οὐκ ἂν εἰρῆσθαι (δεῖ) διὰ τί ὄντων ἐστίν, ἀλλὰ μὴ, διὰ τοῖς πολλοῖς σιγᾶται), καὶ τὴν ὕπαρξιν παραγράφεται. (malim παραγράφεσθαι.) id est: *illud igitur quia ens reale est, hominum sermone debet usurpari: non autem, quia vulgo tacetur, propria existentia defraudari.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

συνιςῶσι. καὶ τὸ κοινὸν εἶδος εἰς ἑτέρας † καινότητας ἀ διατέμνουσιν, οἷον θέλε τις φαγεῖν ἢ πεῖν· ἀλλ' ὁ μὲν μᾶλλον ὁ δὲ ἧττον † τοιαύτῃ ἔφεσιν διὰ βίαν κέκτηται. καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τὸ φυσικὸν ἀ μερίζει καὶ συγκλῇ πρὸς εἰδικώτερον θέλημα. διότι μηδὲ πέφυκε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον εἴδους τινὸς ἢ κοινότητος σύμφυτον ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

† κοινότητας.

Ἐρεῖ δή τις ὀρθῇ * διακοπτόμενος κρίσει, ὡς τοῦτο δὴ τὸ φυσικὸν θέλημα, καθὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμοτίμως διαβαίνῃ, εἰς ὑποδεδηκότα † εἴη ἀ τέμνεται. καθὸ δὲ τὰς ἀπὸ ἧττον μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέχεται παραλλαγὰς. ἀναλογίαν τινὰ σώζῃ πρὸς τὰ διαιρέμενα καὶ τὴν διαίρεσιν εἰς εἴδους προβολὴν οὐκ ἐπιδέχεται. ἰδὲν δὴ κωλύσει καὶ τὸ φυσικὸν ἁπλῶς ὁμολογεῖν ἀνθρώπου θέλημα, καὶ τοῦτο πολυπραγμονούμενον ἢ διαφορὰς ὥσπερ αὐτὸ διασελλόμενον ποικιλωτέρα διανοίᾳ καὶ ποικιλωτέροις ὀνόμασιν ὑποβάλλεσθαι. τὸ αὐτὸ δὲ ἐπ' ἄλλων μυρίων προβλημάτων δίρησῃ τις θεωρέμενον.

* l. διακοπτόμενος.

† εἴδη.

Ἀλλὰ τὰ πορρωτέρω λέγω, ἑνὸν ἐγγυτέρῳ τὸν λόγον πιςώσασθαι παραδείγματι. Παῦλος ξυρᾶται καὶ ἁγνίζεται, καὶ περιτέμνει Τιμόθεον. ἆρα καθαρῶς καὶ ἀμιγῶς θέλων καὶ μηδὲν ἐφισάμενος τῶν ‡ ἀθελήτων ‡ ἐπιπλεκόμενοι τῷ θελήματι. καὶ πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ ξύρεμα καὶ σκύβαλα καὶ τὸ περιτέμνεσθαι τῷ ξυρᾷ καταργεῖσθαι κήρυγμα. οὐκ ἂν ἀκούσια ταῦτα καὶ ἀθέλητα λέγοι· οὐδεὶς ἀντιφθέγξοιτο καὶ τρόπου οἰκονομίας τῷ ἀπρεπεῖ μάλισα καὶ ἀθελήτῳ σηλιζόμενος τε καὶ ἐπιπλεκόμενος τῷ θελήματι. ἆρ' ἄν τις ἡμῖν φθονήσῃ τῶν ὀνομάτων, ἐρῶν τὰ τῷ συμπλοκὴν πράγματα προσφυῶν καὶ καταλλήλων ῥημάτων δεόμενα. τί δαὶ ἄτοπον, μᾶλλον ἢ πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ὀνομάζειν ἐπείπερ ὑπάρχον ὁρᾶται ἀθέλητον θέλημα, καὶ βία ὑποδυομένη τὸ ἑκούσιον. καὶ τοῖς σημαίνουσιν ἀπαγγέλλειν ταῦτα γνώριμά τε ποιεῖν καὶ τοῖς ῥήμασιν. ἀναθεωρεῖν τοίνυν προσῆκεν οὐχ ὅτι μὴ προχειράσοι καθέσηκε τὰ ὀνόματα· ἀλλ' εἰ ἐπιζητεῖ τὰ πραγμάτων ἡ φύσις διὰ τῶν προσφυῶν ὀνομάτων σημαίνεσθαι.

‡ An ἐπιπλεκόμενοι?

tatem conſtituunt, (x) & communem ſpeciem in alias communitates dividunt, v. g. vult comedere & bibere; ſed hic magis, ille minus ejuſmodi deſiderium habet, dum in vita eſt, & magis & minus naturalem voluntatem non partitur, & contrahit ad magis particularem, quia magis & minus non poteſt natura variationem naturalem ſpeciei vel communitatis efficere.

SÆC. IX. ANNO 869.

Dicet ergo aliquis recto judicio rem perpendens, hanc voluntatem naturalem quatenus ad omnes homines æqualiter manat, & pertinet, non dividi in ſpecies ſubjectas; quatenus vero variationes ex eo, quod magis aut minus ineſt, recipit, ſervare proportionem quandam ad diviſa pertinentem, & diviſionem ad producendam ſpeciem non ſuſcipere. Nihil igitur prohibuit confiteri ſimpliciter naturalem voluntatem hominis, & hanc accurate excuſſam, & differentiis veluti diſtinctam, variæ notioni & variis nominibus ſubjicere; idem etiam in infinitis aliis quæſtionibus reperiemus ſpectari.

Sed quid opus eſt commemorare longinqua, cum prope habeamus, unde quod dicimus, confirmemus? Paulus tondetur, & purificatur, ac circumcidit Timotheum. Nunquid pure & impermixte volens, & (y) nihil eorum, quæ volebat, cum voluntate implicatum ſuſtinens? & (z) quomodo quæ legis ſunt detrimentum reputat, & ſtercora? & circumcidi, evacuari Chriſti prædicationem? Nullus igitur contradicet, quin hæc eſſent a voluntate ejus aliena, eratque modus Oeconomiæ, id eſt, gubernationis, in voluntate maxime aliena & invita fulcitus & implicatus. Num igitur aliquis invidebat nobis nomina, ſi videat res implicatas verbis aptis, & congruentibus indigere? Quid autem abſurdi eſt, quin potius quomodo non neceſſarium eſt nominare? (ſiquidem cernitur eſſe & voluntas invita, & voluntarium per vim ſubiens) & hæc verbis ſignificantibus enunciare ac patefacere? Reputare igitur oportebat, non quod nomina non fuerunt tibi in promptu, ſed an natura rerum requirat, ut aptis & idoneis verbis ſignificentur.

Sed

(x) *Et communem ſpeciem dividunt.* καὶ τὸ κοινὸν εἶδος . . . ἀ διατέμνουσι. id eſt: *& communem ſpeciem non dividunt.*

Particula ἀ deerat in codice MS. Turriani, attamen eſt neceſſaria, quippe legitur inferius ἀ μερίζει . . . μηδὲ πέφυκεν . . . ἐξαλλαγὴν ἀπεργάζεσθαι.

(y) *Nihil eorum quæ volebat.* μηδὲν τῶν ἀθελήτων. id eſt: *nihil eorum quæ nolebat.*

(z) *Quomodo quæ legis ſunt, detrimentum reputat, & circumcidi, evacuari Chriſti prædicationem?* πῶς ζημίαν ἡγεῖται τὰ τοῦ νόμου καὶ τὸ περιτέμνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖσθαι κήρυγμα. id eſt: *quomodo quæ legis ſunt, detrimentum reputat, & circumciſione ſeu per circumciſionem evacuari Chriſti prædicationem?*

Turtianus reddendo τῷ περιτέμνεσθαι per *circumcidi*, inſeruerat Verſioni Latinæ Græciſmum, qui non intelligi potuit ab iis qui latine tantum ſapiunt, nec poſſunt ſupplere articulum τῷ, quem Interpres omiſerat.

(a) *In voluntate maxime aliena.* τῷ ἀπρεπεῖ μάλισα θελήματι. id eſt: *voluntate maxime indecen ſi.*

(b) *Num igitur aliquis invidebat nobis nomina?* ἆρ' ἄν τις ἡμῖν φθονήσῃ τῶν ὀνομάτων. id eſt: *num igitur aliquis invidebit nobis nomina.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

(c) Sed hæc quidem rursus dicet aliquis in contrariam partem ad evertendum rationem, quæ efficit, qui contrariam partem defendit, non oportere dicere in Christo voluntatem gnomicam. (d) At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ, nec ut inventa silentio deleretur & celaretur; neque propter rarum usum nominum substantia rerum dilaberetur. Nemo igitur quidquam horum neque proposuit, nec criminatus est, (e) sed quod gnomica voluntas purè, & sine ulla aliena implicatione in quæstione posita est, hoc quidem tanquam ne omnino quidem dictum esset, nec cognitum, præterivit, & despexit, commiscens autem voluntarium cum invito, & violentum cum non violento, (f) & hoc multiplici verbo notionem simplicis rei imponens, existimat se latere auditores, qui vitam facit contradictionem. Alioquin neque penitus gnomicam voluntatem sanctis viris demimus, absit. Homines enim cum essent, & nondum sarcinam carunculæ deposuissent, sæpenumero humanis voluntatibus gnomicis utebantur, Sed illud dicimus, (g) si in illis sæpe, carni adhuc & sanguini alligatis gnomica voluntas contrahebatur in angustum, quis non refugiat sentire, aut dicere fuisse in Christo voluntatem gnomicam? (h) continua autem refutatio argumenti & rationis, qua recta opinio confirmatur, non solum non reddit infirmiorem rationem conclusionis de veritate, sed contra potius inexpugnabilem esse demonstrat. Excogitare enim contra eam omnes λαβὰς, id est, captiones, & omnes eas facile ab ea dissolvi, & (i) extra omnem calumniam stare, quo-

Ἀλλὰ ταῦτα μὴν εἰς τἀναντίον πάλιν ἐρεῖ τις ἀποτρέπων τὴν ἀπόδειξιν δι' ἧς γνωμικὸν ἐπὶ Χριστοῦ μὴ δεῖν λέγεσθαι κατεσκεύαζετο θέλημα, ὁ τῆς ἀντικειμένης τοῖς σάρκῳ μέρος. ἀλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν, ἀνυποφέροις ἂν ἡ ἀλήθεια, ὥστε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος. ὥστε ἀρρεθεῖσαν σιωπῇ ταύτην ἀφανίζειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων πανικὴν χρῆσιν τοῖς τῶν πραγμάτων διδασκεδάζειν ὑπόστασιν. ἔμφυτον οὐδεὶς τούτων οὐδὲν ὥστε προέθετο ὥστε ἠτιάσατο. ἀλλ' ὅτι τὸ γνωμικὸν θέλημα καθαρῶς καὶ χωρὶς τινος ἐπιπλοκῆς ἀλλοτρίας προτεθὲν εἰς ζήτησιν, τοῦτο μὲν ὥσπερ μηδὲ ῥηθὲν ὅλως μηδὲ νοηθὲν παρέδραμέν τε καὶ παρεβλέψατο, συμφωνήσας ἢ τὸ ἑκούσιόν τε καὶ τὸ βεβιασμένον καὶ ἀβίαστον, καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι τὴν ἁπλῆ προθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὁ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιούμενος. ἄλλως τε ἢ οὐδὲ καθόλου προσιέμεθα τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τὸ γνωμικὸν θέλημα, μήτι γ' ψιλόν. ἄνθρωποι γὰρ ὄντες, καὶ μήπω τὸ σαρκίον τὸ φορτίον ἀποθέμενοι καὶ ἀνθρωπίνοις πολλάκις γνωμικοῖς ἐχρῶντο θελήμασιν. ἀλλ' ἐκεῖνο φαμὲν, ὡς εἰ ἐν ἐκείνοις πολλάκις ἔτι σαρκὶ συνδεδεμένοις καὶ αἵματι, τὸ γνωμικὸν συνετέλλετο θέλημα. * ἐπιλελυπῇ τε παρεῖναι μὴ κωλυόμενον. τίς ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο φρονεῖν ἢ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ γνωμικὸν ὑπάρχειν θέλημα; ὃ μὴν οὐδὲ ἡ συνεχὴς ἀντιλογία τοῦ κατασκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος † ἀνωτέραν τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεσθαι. ἀλλὰ τἀναντίον καὶ ἀναντίῤῥητον ἐπιδείκνυσιν. τὸ γὰρ πάσας μὲν λαβὰς κατ' αὐτῆς ἐπινοεῖν, πάσας δὲ ἐκείνην ῥαδίως διαλύειν. καὶ πάσης ἐκτὸς διαβολῆς καὶ ἐπηρείας ἑστάναι, πῶς

* lego ἐπιλελιμπ.

† An ἀντιτύπως?

(c) *Sed hæc quidem rursus &c. voluntatem gnomicam.*
Hic erat transpositio, quæ sic potest reformari:
Sed hæc quidem rursus in contrarium dicet, is qui contrariam partem defendit, ad evertendam demonstrationem quæ astruebat, gnomicam in Christo voluntatem dici non oportere.

(d) *At nullus requisivit (objicit veritas) nec ut indagaretur natura rei propositæ.* ἀλλ' οὐδεὶς ἀπήτησεν, ἀνυποφέροις ἂν ἡ ἀλήθεια, ὥστε διερευνᾶσθαι τὴν φύσιν τοῦ προτεθέντος πράγματος· id est: *at nullus requisivit (ait veritas ad solvendam adversarii objectionem) ut non indagaretur natura rei propositæ.*

(e) *Sed quod gnomica voluntas purè ... in quæstione posita est.*
Sensus & series argumenti postulant ut legatur:
Sed quod, postquam gnomica voluntas purè ... in quæstione posita est.

(f) *Et hoc multiplici verbo &c. contradictionem.* καὶ τούτῳ τῷ πολυπλόκῳ νοήματι [al. ῥήματι] τὴν ἁπλῆ προθέμενος διάνοιαν, οἴεται τοὺς ἀκροατὰς λανθάνειν ὁ τὴν ἀντιλογίαν βίον ποιούμενος. id est: *& hoc valde implexo mentis conceptu* (al. *vocabulo*) *simplicis rei notionem involvens latere se auditores existimat is qui ex proponendis objectionibus seu contradictionibus victum quæritat.*

(g) *Si in illis ... gnomica voluntas contrahebatur in angustum, quis non refugiat sentire ....?* εἰ ἐν οἷς τὸ γνωμικὸν συνετέλλετο θέλημα ἐπιλελοίπει [erat in meo MSto. ἐπιλελύπει sed male] τὸ παρεῖναι μὴ κωλυόμενον, τίς ἂν οὐκ ἐγκαλύψαιτο. ... id est: *si in illis ... gnomica voluntas contrahebatur in angustum: & tamen supererat, quoniam adesse non prohibebatur, quis non erubesceret sentire &c.*
Erat omissio in latina versione Turriani.

(h) *Continuo autem refutatio argumenti & rationis. &c. de veritate.* ἡ μὴν οὐδὲ συνεχὴς ἀντιλογία καὶ καταισκευάζοντος τὴν ὀρθὴν δόξαν ἐπιχειρήματος ἀνωτέραν [lego ἀντετύπως] τὴν πρὸς τὴν ἀληθείας ἀπόδειξιν ἀπεργάζεσθαι. id est: *neque tamen continua contradictio facta ei argumento quod rectam opinionem astruit, infirmiorem reddit propositam de veritate demonstrationem.*

(i) *Extra omnem calumniam stare.* πάσης ἐκτὸς διαβολῆς καὶ ἐπηρείας ἑστάναι. id est: *extra omnem calumniam & oppugnationem seu labefactationem stare.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον αὐτῆς τὸ κράτος ἀναλαλύπτεται; καίτοι γε εἰ καὶ τὸ ἐπιχείρημα τοῦτο ἀντιλογίαν ῥᾴδιον ἂν ἐδέχετο διαλύεσθαι. ἀλλ' ὅτῳ ὁ ἐναντίῳ λόγῳ ἐρώννυτο. τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπὶ τοσοῦτον ἐμφανεστάτην παρέχεται τὴν ἀλήθειαν. ὡς μηδὲ ἐπιχειρῆσαι ὅλως πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέψαι τὸν πάσας τόλμας ἕτοιμον ὄντα τολμᾶν. εἰ καὶ τὴν αἰσχύνην διὰ πασῶν ἀποφέρεται· οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες λόγοι τὸ ἧττον ἠνέγκαντο, τὴν νίκην κηρύττουσιν ἄμαχον. οἷς δὲ καὶ αὐτῶν τῷ συμπλακῆναι τεθήπασι. τὸ κράτος τῶν λεχθέντων ἀδιαμφίβολον ἐμαρτύρησαν.

Ἄλλως τε δὲ, εἰ ἄριστος μὲν λόγος ἡ τῆς ἀληθείας ἐπὶ τοσοῦτον ἡ αὐγὴ ἀπαστράπτει, ὡς μηδ' ἀντιβλέψαι πρὸς αὐτὸν τὴν ἔριν· μηδὲ τὸ ἀρχὴν προσβαλεῖν ἐπισκιάζειν αὐτῆς τὴν φιλονεικίας τὸ λαμπρότητα· κράτιστος δὲ πάλιν λόγων, ὃς ἁπάσας τὰς τῶν ἀντιπάλων λαβὰς διαφυγὼν καὶ πάντας ἀγῶνας τὴν νίκην ἀναδησάμενος εἰς τέλος καταβληθέντων τῶν ἀνταγωνιστῶν· ὁ ἄμφω συλλαβὼν ἐν ἑαυτῷ, καὶ μὲν τὸ ἄμαχον κράτος, καὶ δὲ τὸ ἀναφαίρετον διαιτῶν, καὶ τὴν ἐξηρημένην καὶ ἀπαραμίλλητον ἀρετὴν ἑκατέρᾳ μὲν ἔχων ἐλλαμπρύνεσθαι· πῶς οὐκ ἂν ὁ λόγος ὅτος, οἷος ὁ παρὼν τελεωτάτην τε καὶ ἀνυπέρβλητον τὴν τῆς ἀληθείας ἰσχὺν ἐπιδείκνυσιν; ἀλλὰ γὰρ διὰ τοῦτο ταῦτα τε καὶ τὰς ἀντιλογίας προήνεγκεν ἡ τῆς ὑποθέσεως ἔρευνα, ἵνα σαφῶς ἐπιγνῶς ὡς εἰ καὶ συντόμως, πλὴν δ' παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκεν.

modo non omnibus invictum robur ejus patefacit? (*k*) tum etsi quamvis hoc argumentum non facile rationem contradicentis dissolveret; nec sic tamen adversarii disputatio valeret; (*l*) reliqua enim hujus argumenti & rationis, usque adeo perspicuam, & dilucidam exhibent veritatem, ut neque qui præsto sit ad audendum omnia, contra eam aspicere nitatur, quamvis in omnibus pudorem amandet procul, (*m*) & quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, istis vires non dubias strenuè testati sunt.

Jam vero si optimus quidem sermo est, cujus veritas tanto splendore fulget, ut nec ex adverso in eum intueri ipsa contentio possit; neque contentiosus intentet fulgori ejus inumbrationem; fortissimus vero rursus sermo est, qui omnes tendiculas adversariorum, quas excogitaverunt, effugit, & in omni certamine victoriam adeptus, postremo pugnantem prosternit; sermo qui utrumque horum in se complexus est, illius quidem victoriam sine pugna, hujus vero præmium strenui bellatoris, quod nunquam eripi possit, ac virtutem excellentem, & extra certamen positam; quomodo ut ratio postulat hic sermo, qualis est hic præsens, non absolutissimam & invictam veritatis firmitudinem ostendit? Verum ea de causa hæc, & quæ in hac re contra dicuntur, attulimus, & scrutati sumus, (*n*) ut perspicue & breviter cognoscas; imo nec otiose naturam rerum in lucem deprompsimus.

Ὁ μὲν οὖν παρὼν λόγος ὁ τῆς πολὺ

Hæc igitur nunc hactenus breviter, ac con-

(*k*) *Tum etsi quamvis &c.* καίτοι γε, εἰ καὶ. id est: *atqui tamen, quamvis. &c.* Fortè *Turrianus* scripserat *tametsi.*

(*l*) *Reliqua enim hujus argumenti & rationis.* τὰ γὰρ λοιπὰ τῶν ἐπιχειρημάτων. id est: *reliqua enim argumenta.*

(*m*) *Et quidem quos sermones facti a contradicendo deterruerunt, sine pugna illos quidem victos prædicant; quibus autem admirationem moverunt, commissa pugna, illis vires non dubias strenuè testati sunt.* οἷς μὲν γὰρ οἱ προσενεχθέντες λόγοι τὸ ἧττον ἠνέγκαντο, τὴν νίκην κηρύττουσιν ἄμαχον. οἷς δὲ καὶ αὐτῶν (lego αὐτῷ) τῷ συμπλακῆναι τεθήπασι, τὸ κράτος τῶν λεχθέντων ἀδιαμφίβολον ἐμαρτύρησαν. id est: *Nam quatenus quidem adversariorum nostrorum ratiocinationes commissa quasi pugna inferiores discesserunt, nostram victoriam prædicant esse hujusmodi, ut redintegrando prælio locum non relinquat: quatenus autem in ipso veluti conflictu obstupuerunt, strenuitatis nostræ robur non esse dubium testatæ sunt.*

Turrianus credidit hos ablativos, οἷς μὲν, . . . οἷς δὲ, significare personas: sed debemus subintelligere πράγμασιν, & sic reddere:

quatenus / qua parte / quoniam / eò quod } quidem, *vel*, quatenus / qua parte / quoniam } verò,

(*n*) *Ut perspicue & breviter cognoscas; imo nec otiosè naturam rerum in lucem deprompsimus.* ἵνα σαφῶς ἐπιγνῶς ὡς, εἰ καὶ συντόμως, πλὴν δ' παρέργως τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν εἰς φῶς προβαλλομένη προήνεγκεν. id est: *ut perspicuè cognoscere nos, etsi breviter, at certè non perfunctoriè in hacce quæstione perscrutanda naturam rerum in lucem deprompsisse.*

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

concise ita tractavimus, ut non multo minus in exercitationem, quam in cognitionem naturæ rerum aspiceremus. Si quis vero vel ex sanctis Scripturis, vel ex sanctis Patribus aliquid magis dolatum, & gratius, ac magis ad veritatem accomodatum didicerit, & nobis detexerit, (o) cito videbit nos è numero & ordine discipulorum factos, habere eos magistros.

ἔλαττον τῆς συγγυμνασίας στοχαζόμενος, ἢ τῆς ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἐπιγνώσεως, ἐπιτόμως οὕτως ταῦτα διελήλυθεν. εἰ δέ τις ἀπὸ τῶν ἱερῶν λογίων, ἢ τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων γλαφυρωτεύραν τινὰ θεωρίαν μᾶλλον καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀνηγμένην μαθὼν ἀποκαλύψειεν, θᾶττον ἂν ἡμᾶς ὄψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους νομίζεσθαι.

SÆC. IX. ANNO 869.

(o) *Cito videbit nos è numero & ordine discipulorum factos, habere eos Magistros.* θᾶττον ἂν ἡμᾶς ὄψαιτο τὴν τῶν μαθητῶν καταλαμβάνοντας τάξιν ἀντὶ τοῦ ζητεῖν διδασκάλους νομίζεσθαι. id est: *citò videbit nos è numero & ordine discipulorum potius fieri, quam quærere ut in Magistrorum loco graduque habeamur.*

FINIS.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIUNCULA STEWARTII DE SCRIPTIONE PHOTIANA,

Et quanti ponderis sint ARGUMENTA,

Quæ adfert pro sua sententia stabilienda.

Diversis actibus voluntatis dividunt quidam Græci voluntatem, in voluntatem naturalem, seu essentialem; & in voluntatem gnomicam. divisione Latinis, ut opinor, inusitata, & inaudita. Naturalem vocant, quæ homini convenit præcise ratione naturæ specificæ: & quæ in omnibus hominibus eadem est, sicut & ipsa species humana eadem est præcisè spectata, & ab omnibus conditionibus individuantibus abstracta. *Naturalis voluntas hominis est*, inquit ex S.S. Basilio, & Cyrillo, Anastasius Sinaita, contra Severianos, *amare vitam, & quæ necessario ad vitam pertinent. Omnis enim homo, hoc ipso, quod talis est, naturaliter amat vitam.* Gnomica voluntas vocatur hypostatica, personalis, electiva. *Gnomicas voluntates*, inquit idem Anastasius, loco citato, *varias habet nostra natura. Alius enim vult privatus esse, alius ædificare, alius agriculturam exercere, alius navigare, alius aliud agere, prout sunt variæ, peculiares, & quasi individuales gnomæ, sive sententiæ, seu decreta.*

S. Maximus in suis definitionibus ita definit: Voluntas gnomica *est voluntarius rationis impetus, & motus in utramque partem rationis.* Qua definitione describit naturam ejus actus, qui dicitur electio, vel potius illum, qui ex parte rationis in discussione, & examine rerum ipsam electionem antecedit. Idem tamen in epistola ad Marinum, negat *gnomen*, seu *sententiam* esse ipsam electionem, sed dicit electionem potius esse effectum gnomæ, seu sententiæ. Et hoc maximè convenit cum illis, quæ traduntur 1. 2. q. 13. a. 1. ubi docetur, nos tunc eligere, cum animadversis variis mediis, ad finem judicio rationis concludimus unum præ aliis esse amplectendum, atque adeo voluntate illud complectimur.

Quæritur autem, uter potius actus formaliter sit electio? Prior ne ille rationis, quem S. Maximus ad Marinum videtur vocare gnomen; an ille posterior voluntatis, quo unum medium præ aliis amplectimur. Et communiter respondetur, in hoc posteriore actu formaliter & essentialiter consistere electionem: quamvis etiam illum alterum actum rationis præsupponat, & connotet. Ita fermè gnomen explicat quoque Photius, ut vidimus.

De eadem voluntate gnomica ita S. Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa cap. 14. *Sciendum est, non idem esse, velle, & πῶς θελεῖν*, hoc est, *cum modo, seu modaliter velle. Nam velle naturæ est, sicut & videre. Omnibus enim hominibus inest. At vero, hoc vel illo modo velle, non est naturæ, sed nostræ gnomæ, seu sententiæ: Sicut etiam, hoc, vel illo*

Sæc. XI. Anno 869.

illo modo videre, puta benè, aut malè. Non enim omnes homines eodem modo volunt. Neque eodem modo vident, quod etiam in actionibus apparet. Nam hoc, vel illo modo velle, videre, operari, est affectio, & modificatio usus actualis volendi, videndi, & operandi, in solo utente existens, eumque ab aliis separans. Simpliciter igitur aliquid velle, nimirum abstrahendo ab omni modo, est voluntas, vel potentia volendi: quæ nil est aliud, quam rationalis appetitio, & voluntas naturalis. At vero, hoc vel illo modo velle, est voluntas gnomica, & objectum hujus voluntatis est volitum gnomicum. Et ut res exemplo declaretur; Voluntas comedendi simpliciter, est voluntas naturalis in singulis ratione speciali existens. At voluntas comedendi aliquid hac vel illa qualitate affectum, ut dulce, acerbum, multum, parum, dicitur voluntas gnomica, seu ποιὰ, seu πῶς, id est, voluntas affecta aliqua qualitate, aut conditione; & non est naturæ, ut dicunt Græci, sed personæ. Et quia personæ variæ sunt, ideo & hæc voluntas est varia.

Sic explicata voluntate gnomica, quæstio est, utrum voluntas gnomica fuerit in Christo? Et Photius quidem supra disertè negat. Idem videntur negare Damascenus, & Maximus supra. Argumenta multa affert Photius, ut vidimus. Præcipua tantum hic repetam, & clarius proponam.

Primum. Voluntas gnomica, est voluntas personæ humanæ & creatæ. In Christo non fuit persona humana & creata; Ergo. Major patet: quia velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, non potest esse naturæ, quia illa est eadem in omnibus: & consequenter idem vult. Ergo voluntas gnomica est personæ: quæ, cum multiplicetur, non est mirum, quod etiam actus volendi multiplicetur, ita ut alius hoc velit, alius illud.

Secundum argumentum. Electio non est in Christo, ergo nec voluntas gnomica. Antecedens patet: quia electio est eorum, quæ in utramque partem movent, hoc est, ad bona & ad mala, ut inquit Photius ex S. Maximo. Probatur consequentia. Quia voluntas gnomica & elective est una & eadem.

Tertium argumentum. Si in Christo esset voluntas gnomica, tunc differret a voluntatibus gnomicis, quæ in unoquoque homine spectantur. Differret etiam a voluntate Spiritus sancti, & Patris. Sed quænam est ista voluntas, quæ nec est humana gnomica, nec omnino dicitur voluntas? Nec dici potest, istam voluntatem gnomicam in Christo, esse compositam partim ex divina, partim ex humana voluntate: quia, ut ait Photius, ne cogitari quidem potest compositio voluntatis, sicut possumus intelligere hypostasin compositam ex natura humana & divina.

Quartum argumentum. Si detur in Christo voluntas gnomica, faciet compositionem cum voluntate naturali Christi. Hoc dici non potest: quia si voluntas Christi esset composita, etiam natura ejus composita esset. Sed hoc dici non potest. Una enim est natura humana in Christo simplex: & inter humanam Christi, & divinam naturam, non datur ulla compositio in natura.

Quintum argumentum. Si voluntas gnomica nascitur ex consilio & judicio, seu ex determinatione rationis ad unum, vel plura media ex aliis eligenda, sequitur, eam in Christo non habere locum; sed nascitur inde: Ergo. Probatur sequela: quia ignorantia non habet locum in Christo, nec dubitatio. Haberet autem, si esset in illo voluntas gnomica, in qua, per consilium & determinationem rationis, est transitus ab ignorantia ad cognitionem, & ab incerto ad certum, & mutatio non amantis ad amorem.

Sextum argumentum. Homines utentes voluntate gnomica, repugnant Deo: ergo non est in Christo.

Septimum argumentum. Voluntas gnomica est propensa ad utramque actionem, honestam scilicet, ac pravam; ergo.

Propter hæc argumenta, Photius, & alii, ne gnomicam quidem divinam voluntatem statuunt in Christo. Nam, si talis est in Christo, illa aut eadem est cum voluntate divina naturali, aut diversa. Si eadem, habemus ergo intentum, non esse scilicet, aliam divinam voluntatem, præter illam naturalem, tribusque personis communem. Si vero divina voluntas gnomica in Christo est alia a naturali divina voluntate; tunc erit diversa, quæ est in Patre, & Spiritu sancto. Sed hoc est absurdum, quia omnium personarum divinarum est eadem voluntas. Gnomica autem, non est eadem, sed diversa in diversis hypostasibus. Quare isti autores nec in Trinitate gnomicam voluntatem ponunt, maxime propter argumentum 5. 6. & 7. In Trinitate enim licet sint tres personæ, est tamen simpliciter unum & idem velle, ac nolle.

Observationes Stewartii.

Hæc tamen, & alia, quæ Photius disputat, non videntur concludere. Cujus argumenta ut solvantur, fatendum est, in Christo non fuisse voluntatem, vel actum voluntatis, quæ fuerit actus, vel potentia personæ creatæ. Clarum enim est, in Christo personam creatam non fuisse. Interim tamen negari non potest, in Christo fuisse voluntatem individualiter distinctam a voluntate individuali cujuscunque alterius homi-

Digitized by Google

minis, abstrahendo ab hypostatica personalitate. Sicut etiam abstrahendo ab eadem, in Christo est individualis natura humana, distincta ab omni alia, & sub illa in communi comprehensa, tanquam quoddam illius individuum: cujus individualis naturæ est, individuales & singulares actiones producere, tam intellectus, quam voluntatis, quæ in individuo distinguuntur ab actionibus aliarum naturarum individualium. Quamvis natura individualis producat istas actiones in aliis quidem hominibus, ut naturæ individuales subsistunt in personalitate creata. In Christo vero ut natura ejus humana subsistit in divino supposito: quod tamen suppositum per se non influit in actionem illam individualis voluntatis: quamvis nec merè per accidens, & concomitanter sese habet suppositum ad actionem illam voluntatis individualis: sed est conditio prærequisita ad agendum ex parte agentis: quatenus nullum agens naturale agere potest naturaliter loquendo, nisi existat in supposito. De quo latius Suarez Disp. 30. in Metaph. sect. 7. Sæc. IX. Anno 869.

Jam vero, sicut Petrus, verbi gratia, per voluntatem suam individualem existentem in supposito creato, tendere potest tam in dulce, quam in amarum, tam in magnum, quam in parvum, & in cætera objecta conditionibus aliquibus affecta; ita potest etiam dulce, & amarum, &c. appetere per suam individualem voluntatem Paulus, &c. Si ergo quivis homo singularis quatenus habet singularem naturam, hoc potest, abstrahendo a personalitate, tanquam a principio influente in actionem illam voluntatis; quamvis non abstrahendo a personalitate, ut est conditio agendi naturaliter requisita: absurdum videtur dicere, id Christum non potuisse, & quoties aliquid voluit, aut appetivit, id tantum voluisse communi ratione boni, & in objectum tetendisse præcisis omnibus qualitatibus, & conditionibus particularibus.

Quod si quis sententiam Græcorum accuratius consideret, plane videntur hanc voluntatem gnomicam distinxisse realiter a potentia illa, quam vocant ipsi naturalem, quæque oritur ex ipsa natura specifica. Videntur etiam existimasse, hanc voluntatem gnomicam, & actus ejus effective esse ab ipsa persona. Quod si ita esset, tunc clarum esset, in Christo non posse poni voluntatem gnomicam creatam, cùm in ipso non fuerit persona creata, ex qua hujusmodi voluntas humana gnomica flueret.

Sed hæc fundamenta sunt falsa. Quia omnis actus voluntatis, qualiscunque sit, effective est ab illa potentia volendi quæ fluit ex intrinsecis principiis humanæ naturæ. Et suppositum hîc nil aliud facit, quam quod est conditio, sine qua naturaliter loquendo, voluntas nullum actum possit elicere; sicut naturaliter non potest existere extra suppositum. Si tamen extra esset per divinam potentiam, posset etiam extra operari, nec requireret hanc conditionem suppositi, ut docet etiam Suarez loco citato.

Ad primum argumentum Photii, negatur major. Quia voluntas gnomica est naturæ, non personæ, nisi quatenus persona est conditio, sine qua voluntas naturaliter actum non eliceret. Ad probationem dico: Licet in singulis hominibus sit eadem voluntas secundum speciem, multiplicatur tamen individualiter in singulis. Et, licet voluntas in communi abstrahat a tanto, vel tanto, &c. & ab aliis conditionibus particularibus objectorum: non repugnat tamen illi velle tantum, vel tantum, &c. immo hoc ei est naturale, eo ipso, quod omnia ista continentur intra latitudinem sui objecti, quod est bonum: sicut etiam potentia intelligendi non tantum potest tendere in verum in communi, sed etiam in hoc vel illud verum particulare, hoc vel illo veri modo affectum. Quare etiam voluntati humanæ, ut voluntas est, convenit, ut possit velle bonum, & omnes differentias boni: item, ut possit fugere malum, & omnes differentias mali. Nam quod postea actualiter iste vel iste non versatur, circa appetitionem hujus vel illius in individuo, cum tali vel tali modo, per accidens est; posset, si vellet, quantum est præcise ex ipsa voluntate, quæ ita est comparata, ut homo per illam possit tendere in quodcunque particulare bonum, sub quocunque modo, qui sit intra latitudinem objecti voluntatis in communi.

Ex quibus apparet etiam in Christo hanc voluntatem posse poni, non tantum in actu, quasi primo, sed etiam in secundo. Neque enim ullam imperfectionem includit velle tantum vel tantum, dulce vel amarum, &c. Et cum voluntas hæc gnomica, non sit a persona, tanquam a principio emanationis, aut effectivo, nil refert, num existat in hypostasi humana & creata, ut sit in aliis hominibus: an vero in hypostasi increata, & divina, ut contingit in Christo; cum hypostasis sit voluntati tantum conditio sine qua non agendi.

Ad secundum argumentum Photii negatur antecedens. Nam electionem esse in Christo patet ex illo Isaiæ 7. *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Nec est de ratione electionis, ut possit etiam malum eligere. Satis est, ut habeat indifferentiam respectu bonorum. Et in Christo est liberum arbitrium, ut postea videbimus: ergo etiam electio.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

Ad tertium argumentum respondetur, Voluntatem humanam gnomicam Christi individualem differre a voluntatibus gnomicis singulorum hominum, & differre etiam realiter a voluntate Patris, & Spiritus sancti, sive spectetur ut est potentia, sive ut est actus.

Quartum argumentum nil valet. Nam voluntas gnomica est actus, non potentia. Et si est potentia, est eadem potentia secundum entitatem cum voluntate naturali, & specifica; & sic nulla est compositio voluntatum: sed sunt tantum diversæ rationes, fundatæ in eadem entitate voluntatis. Et consequenter, nec erit compositio naturarum. Et, si argumentum valeret, probaret etiam in singulis hominibus esse compositam voluntatem, & consequenter compositam naturam ex duabus naturis perfectis, & integris: naturam enim ex imperfectis naturis componi nil est absurdi.

Ad quintum negatur, de ratione consilii esse ignorantiam, vel dubitationem. Licet enim in nobis id ita accidat, eò quod non habeamus cognitionem omnium rerum, sicut Christus habebat: Consilium tamen per se, non includit ignorantiam & dubitationem. Quod certum est, si consilium accipiatur pro ipso judicio, seu sententia, qua per rationem concluditur, quid sit agendum. Quo pacto consilium etiam in Deo poni potest. Si vero consilium accipiatur pro inquisitione de eo, quod est agendum: sic quidem in nobis procedit consilium ex ignorantia & dubitatione: In Christo tamen tantum connotabat progressum ab uno ad alterum, absque ignorantia vel dubio. Nec hoc magis est absurdum, quam quod Christus discurrendo per intellectum, procedebat a præmissis notis, ad conclusionem notam: Licet discursus dicatur esse a noto ad ignotum: sed hoc per accidens, ut patet etiam in viro docto, cum syllogismos facit de conclusione sibi non ignota. Ergo, sicut Christus fuit *discursivus* sine dubitatione; ita fuit etiam *consiliativus* sine ignorantia, &c. Nisi quis secundum sententiam, quæ negat Christum habere scientiam acquisitam a primo instanti incarnationis, dicere velit, ratione scientiæ practicæ acquisitæ, eum habuisse consilium secundo modo sumptum de eo, quod nesciebat, non simpliciter, sed per scientiam acquisitam. Etsi dubitatio etiam hîc removeri debet. Neque enim in Christo ullus fuit actus intellectualis dubitativus.

Esse autem in Christo consilium, videtur etiam planum fieri ex eo, quod ab Isaia appellatur *magni consilii Angelus*. Ubi nomen *consilii* non tantum impropriè, pro gnome, seu sententia, sed etiam pro ipsa inquisitione agendorum accipi potest.

Ad sextum argumentum Photii respondetur. Nil aliud probari, quam voluntatem gnomicam non fuisse in Christo cum peccabilitate: quæ non est perfectio, sed imperfectio.

Ad septimum respondetur eodem modo. Non enim est de ratione voluntatis gnomicæ, ut possit tendere in bonum & in malum: sicut neque est de ratione liberi arbitrii, ut patet in Deo, &c.

Ad id, quod Photius addit de voluntate divina gnomica, respondetur: Voluntatem divinam Christi gnomicam, entitate esse unam eandemque cum voluntate Patris, & Spiritus sancti. Sicut etiam una & eadem est, quoad actum. Si enim voluntas gnomica hominum non distinguitur a voluntate naturali secundum entitatem, multò minus distinguetur in divinis. Et quamvis in hominibus, quoad actum, differat voluntas gnomica, non modò, quatenus individualis actus unius non est individualis actus alterius: sed etiam, quatenus unus vult, alter non vult, ut quatenus iste vult dulce, alter amarum, & sic sibi mutuò ob varias sententias repugnant: tamen in divinis hoc non fit; sed actus voluntatis unius personæ, est simpliciter etiam actus alterius secundum entitatem. Nec una persona vult hoc, alia illud, propter ejusdem numero naturæ, & consequenter voluntatis communicationem: sed numerica hæc distinctio actuum, & repugnantia circa objecta, non est simpliciter de ratione voluntatis gnomicæ, ad cujus rationem hoc tantum pertinet, ut sit alicujus individui, & proficiscatur ex gnome, seu sententia decretoque rationis circa agibile, & ut versetur circa objectum voluntatis conditione, vel qualitate aliqua affectum, ut est tantum vel tantum, dulce vel amarum. Et quod in divinis non sit repugnantia voluntatis, nec quoad actum, nec quoad volitum formale, vel materiale, id fit propter identitatem ejusdem naturæ. Et si in humanis, verbi gratia, tres personæ communicarent, & supposita rent eandem naturam, non esset etiam ulla diversitas in voluntate; & tamen optime possemus ibi constituere voluntatem gnomicam, eo modo, quo voluntas ista hactenus explicata est.

Hæc de argumentis Photii, qui opinionis suæ tenax, gnomicam voluntatem a Christo mordicus removebat. Quocirca plures reperit, qui se opponerent; ut apparet ex Epilogo opusculi, & ex Græcis quoque scholiis, quæ adjecta erant ad marginem Græci Exemplaris, quo Turrianus ad versionem suam usus est: nam a Codice Bavarico aberant.

Digitized by Google

THEODORI HAGIOPOLITANI DISPUTATIONES TRES.

I. De Nomine Dei.

II. De Deo & Deitate.

III. Disputatio cum Nestoriano.

Interprete

FRANCISCO TURRIANO,

Societatis Jesu.

a Canisio primum ex MS. editae.

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

OBSERVATIO
JAC. BASNAGII
circa Ætatem, Sedem, Episcopatum & Opera
THEODORI
ABUCARÆ.

I. De Episcopatu Abucaræ.

DE tempore quo vixit, & de Sede Episcopali quam tenuit *Abucara*, lis est inter eruditissimos. Sunt qui censent illum fuisse Præsulem Urbis *Charran* in Mesopotamia celeberrimæ Patriarcharum temporibus & domicilio. Favet huic conjecturæ, quod Linguam Arabicam callens adversus Saracenos Arabicè scripserit; vix autem fingi potest, adversus extraneos longe dissitos tela sua vibrasse: Nobis vero, qui nunquam ad mystica confugimus, præsertim in Historicis, observare licebit per transennam, omnia nobis videri mystica, prout fert stylus Orientalis. *Theodorus* est *Donum Dei*; *Abucarus* est *Pater Cariæ*, quia natus erat in ea Provincia, quam Halicarnassus reddidit celeberrimam. *Hagiopolitanus* dictus est Antistes; attamen nunquam obtinuit binas sedes Patriarchales, Antiochiæ & Hierosolymæ, quæ hoc nomen tulerunt. Ideo ignorantes Sedem Hagiopolitanam *Abucaræ* in Caria, confitemur in eam propendere sententiam, Hominem pro temporibus illis eruditissimum & summo fidei zelo flagrantem, qui scripserit adversus Hæreticos omnes tunc temporis Ecclesiam Dei vastantes, & ipsos Agarenicos, fuisse veneratum apud populos Cariæ, tanquam *Patrem* fidei, ob Scripta quæ ediderat; & Hagiopolitanum, ob puritatem morum, tanquam ad Sancta Sanctorum jam esset promotus. Si quis certiora protrudat, conjecturam incertissimam sumus dejeraturi.

II. Tempus quo vixit.

II. De tempore quo vixit, major agitatur controversia. Plurimi illum sæculo assignant octavo; ea potissimum ratione, quod in opusculis, quæ Bibliothecæ Patrum editores inseruerunt, hoc adjicientes fragmentum

ex

Digitized by Google

ex confutationibus Beati *Theodori* Episcopi Charran vel Carum, cognomento *Abucara* διὰ φωνῆς Ιωάννου δαμασκιῆ contra Sarracenos. Sic censebat *Turrianus*, quem sequitur *Cotelerius*. Tria notabimus: 1. Editoribus Bibliothecæ Patrum non satis accurate notum fuisse Scriptorem quem hîc edimus, utpote qui distinguant *Theodorum Abucarum*, qui debuit esse Episcopus Charræ in Mesopotamia, a *Theodoro Hagiopolitano*: qui fuerunt iidem, si Scriptoribus antiquis fides adhibeatur. 2. Græca non reperiri in Codicibus Bavaricis, unde desunt in Bibliotheca Patrum. 3. Inde concludimus esse fragmentum, quod Theodoro tribui non debet. Et revera invictissimum subjicitur argumentum ex ipso titulo, in quo se *Beati* titulo cohonestat *Theodorus*, qui tamen non nisi post mortem debuit venerationis causa tribui. Non igitur illa ex ore *Damasceni* pauciſſima & leviſſima recepit *Theodorus*, nec discipulus *Damasceni* potuit esse, qui tempore 8. Synodi vixit adhuc. Gretserus, uti sententiam *Turriani* cum sua conciliaret, & propositam difficultatem tolleret, dixit obiisse Damascenum circa ann. 787. & *Theodorum* adolescentem ipsum audivisse; sed *Damascenus*, qui floruit circa annum 740., vix ad annum 787. potuit dies producere: attamen si produxisset, Abucara ipsius auditor non potuit octavo sæculo supersesse, nisi illi etiam octaginta annos & ultra tribuantur. *Procidimus*, inquit Theodorus Cariæ Metropolita, *Sanctæ huic universali Synodo pœnitentiam agetentes, veniam tum a Synodo, tum ab Ignatio, tum ab Imperatoribus expetentes.* Obtinuit ab *Ignatio*, a Concilio & ab ipsis Imperatoribus eam quam postulabat veniam; sed *Adrianus* Pontifex, hujus nominis primus, illum noluit in pristinum restituere statum, eò quod anathemati in Nicolaum subscripserat. Et si quis ea de re dubius hæreat, ipsius Adriani epistolam, ad calcem octavi Concilii subjectam, legere possit.

Sæc. IX. Anno 869. T. XI. p. 410.

Allatii prolegomena apud P. le Quien. edit. Dam. T. I. Conc. VIII. Act. II. p. 999.

Et revera peccaverat *Theodorus*, quippe qui ordinatus ab Ignatio, ut patet ex epistolis Ignatii ad Adrianum, deinde eo depositio in partes *Photii* transivit, ab eoque ad Sedem Laodicenam fuit translatus, ut Nicetas scribit. * *Nicolai*, tunc temporis Pontificis Romani, damnationi subscripsit, deinde ad Imperatorem *Ludovicum* II. missus a *Photio*, ut cum *Zacharia* Chalcedonensi Metropolitæ operam navaret, ad expellendum e sede Romana *Nicolaum*. Sed *Basilius* occupata Regia tum *Zachariam*, tum *Abucaram* revocavit; denique Concilium octavum, de quo superius, convocavit.

III. Theodori peccata.

* Nicetas, Ign. vita Conc. t. 8. p. 122.

IV. Ejus opera recensuit vir doctissimus *Fabricius*, & plura habet observatione dignissima. Aliqua ediderat *Genebrardus*, quibus plurima adjunxit *Gretserus* ex Cod. MS. Bavaricis, & quæ reperias in Bibliotheca Patrum. Deinde ex Schedis Turriani tres hausit Dissertationes Canisius; quas post eum edimus.

Opera. T. IX. T. XI.

Varia sunt ejusdem *Abucaræ* opuscula MS., quæ *Lambecius* indicavit ex Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi. 1. Dialogus, quo demonstratur Deum esse, ad Emesenum aliquem, qui postulabat sibi demonstrari Deum esse, argumentis e ratione elicitis: αἰτησάμενον ἀποδειξιν ἀποδοθῆναι ἀπὸ λογισμῶ ὅτι ἔστι Θεὸς.

2. Dialogismus, sive ejusdem interrogatio, quare dicimus quod humanitas Christi: Διὰ τί λέγομεν ὅτι ἡ ἀνθρωπότης τῦ Χριστῦ.

Lambec. Bibl. Vind. t. V. p. 78.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869. 3. Opuſculum de Peccati Adami propagatione in univerſum genus humanum, & de expiatione univerſi generis humani per Chriſtum.

4. De luctatione Chriſti cum Diabolo; cujus principium: ὁ Χριστὸς Θεὸς ὢν καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας. *Chriſtus Deus exiſtens, & contra Diabolum pugnans.*

Lut. Par. 1685. Denique opuſculum de Unione & Incarnatione, quod edidit vir ab ineunte juventa doctiſſimus, D. Arnoldus Norimbergenſis ex Codice Bodleiano; ſed cùm a longo tempore diſtracta ſit editio, & fugiant hæc opuſcula, quæ poſt modum deſiderantur, non modo in Bibliothecis, ſed & in auctionibus locupletiſſimis, hic inſerendum Græce & Latine putavimus.

Digitized by Google

THEODORI HAGIOPOLITANI

DISPUTATIO I.

De Nomine Dei.[a]

NOmen Dei a quadam operatione dictum est, non tamen significat operationem, sed naturam operantem. Si enim nomen, Deus, significat operationem, omne autem nomen cujus habet significationem, illius est nomen, igitur nomen Deus nomen operationis est. Quare quod nominatur Deus, operatio Dei est, operatio igitur Dei est Deus; & Deus est operatio sua. Idem igitur est Deus & operatio Dei.

Si quis vero contentiose dicat, posse hoc poni, & concedi, sciatis, multa absurda inde sequi.

Primum, ad idem dici; Quæ enim sunt eadem, ad idem dicuntur. [b] At [c] operatio Dei, Dei operatio dicitur; Deus vero non dicitur esse Deus Dei.

Præterea, operatio operantis operatio est; Deus autem non est Deus operantis.

Rursus, si idem ipsum est, Deus & operatio Dei, dicentur ambo de eisdem, at Deus de patre dicitur, & filio, & spiritu sancto; operatio vero non sic. Pater enim Deus est, similiter & filius, & spiritus sanctus; pater autem non est operatio, vel filius, & spiritus sanctus, sed operantes.

Quod vero maximum est, non dicere Deum esse ante suam operationem, sed simul. Quæ enim sunt eadem, necesse est confiteri simul esse. Si igitur Deus est æternus, & operatio ejus æterna est, ex quo fit, ut effectus operationis æternus sit. Est autem effectus operationis mundus, ut positum est. Atqui dicere hoc, non solum non licet, sed impium est. ἀποτέλεσμα

Ad hæc omnia, quæ proprie & maxime de individuis subjectis dicuntur, aut natura sunt, aut pars naturæ. Deus autem proprie & maxime dicitur de tribus personis. Deus igitur aut natura est, aut pars naturæ. Sed quia pars non potest in Deo dici, relinquitur ut sit natura Deus igitur est natura; & nomen, Deus, naturam significat. Sicut enim nomen homo, a [d] quadam operatione dictum est, non tamen significat operationem, sed naturam & substantiam, similiter anima, & angelus, & fere omnia nomina substantiarum ab operatione, aut affectione sive passione dicta sunt, non tamen operationem, aut affectionem, sive passionem significant. Sic intelligendum est in nomine Dei, & non oportet sequi per errorem Etymologias, & leges Grammaticæ, neglecta regula veritatis, qua multi profitentur uti, pauci vero utuntur. Sed de his hactenus. κατὰ ὑποτεταγμένων ὑποστάσεων.

(a) In Codice Bavarico hic est titulus: *Theodori Philosophi Episcopi Carium Abucaræ de nominibus Dei.* & legitur illa Disputatio Græce & Lat. in Bibl. Pat. t. XI, p. 421. BASN.

(b) In Græcis hæc adduntur omissa vel non lecta a Turriano εἴγε τὸν αὐτὸν ὅρον δέχεται. *& eandem habet significationem.* B.

(c) Male in Græco ἄλλη, quid enim sibi vellet alia operatio Dei, Dei &c. legendum ut fecit Turrianus, ἀλλὰ, at. B.

(d) Hæc verba desunt in Græco Codice Bavarico, addendum λεγόμενον ἐνεργείας οὐκ ἔστι. GRETSERUS.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869.

EJUSDEM

THEODORI HAGIOPOLITANI

DISPUTATIO II.

De Deo & Deitate.

HÆreticus. Utrum tibi videtur, idem esse, Deus, & deitas? An aliud?

Orthodoxus. Idem.

Hæreticus. Nonne, quæ eadem sunt, de eodem dicuntur?

Orthodoxus. Non est necesse.

Hæreticus. Si eadem sunt, quomodo non de eodem prædicantur? Si vero non prædicantur, quomodo non sunt diversa, quæ eadem sunt, quod quidem fieri non potest?

Orthodoxus. Non satis est, ut prædicentur eadem de eodem, esse tantum eadem, sed oportet in eo convenire, ut similiter dicantur, & intelligantur. Quia igitur Deus, & deitas, sensu nostro idem sunt, modus autem, significandi scilicet, diversus est. Non enim similiter intelligitur Deus & deitas; siquidem Deum intelligentes, & dicentes, naturam tanquam in hypostase intelligimus, & dicimus. Deitatem vero cum dicimus, ipsam naturam tanquam nudam, & sine personis, ratione tantum consideratam intelligimus & dicimus. Idcirco Deum prædicamus de hypostase, tanquam in hypostase consideratum; deitatem vero nequaquam (non enim dicimus, pater est deitas, sed Deus) tanquam per se, & solam sine personis consideratam. Advertendum autem est, quod deitas non est sine tribus personis. Considerata vero per se & sola, sine personis consideratur. Siquidem consideratio non prohibet existentiam. Quia enim deitas secundum se considerata, natura sine proprietatibus intelligitur, liquet sine hypostasibus considerari, si enim consideratur per se sine hypostasibus, liquet considerari sine proprietatibus, quod quidem non erat positum.

Deinde, quod non potest intelligi sine alio, necesse est ad aliquid esse, & non substantiam: deitas autem non est ad aliquid, sed est substantia supra substantiam, quare potest considerari per se solam, & non cum alio. Rursus, sicut homo non est sine loco, consideratus vero per se, & definitus, sine loco consideratur & definitur. Item anima hominis viventis non est sine corpore, considerata vero per se, sine corpore consideratur: Sic deitas sine personis non est, considerata vero per se, sine his consideratur.

Hæreticus. Aliud ne est substantia, & aliud hypostasis?

Orthodoxus. Aliud & aliud, non tanquam res alia & alia: sed tanquam aliud significet hypostasis, & aliud substantia. Sicut granum frumenti dicitur, & est semen & fructus, non tanquam res alia & alia. Aliud vero significat semen, & aliud fructus, quoniam semen quidem semen est futuræ agriculturæ; fructus vero præteritæ agriculturæ fructus est.

Hæreticus. Quid significat substantia? Et quid hypostasis?

Orthodoxus. Substantia significat quid commune, & si quid est proprium substantiæ, hoc commune est hypostaseon, quæ sunt subter substantiam. Hypostasis autem proprietatem habet, quæ non est communis hypostaseon ejusdem substantiæ, & numerum recipit.

Hæreticus. Substantiane non habet proprietatem?

Orthodoxus. Neque proprietatem habet, quæ non sit communis hypostaseon substantiæ: neque numerum plurium recipit; omnino etiam proprietatem habet; & quod habet proprietatem, numerum recipit. Ipsa enim proprietas numerum introducit.

Hære-

Digitized by Google

Hæreticus. Non intelligo quod ais, dic clarius.

Orthodoxus. Dicisne patris ſubſtantiam immortalem, & incorruptibilem, & inviſibilem, & creatricem, & Deum?

Hæreticus. Maxime.

Orthodoxus. Dicis ſimiliter de filio?

Hæreticus. Etiam.

Orthodoxus. Sicut dicis ſubſtantiam patris immortalem, & reliqua; ſicne etiam dicis patrem ipſam ſubſtantiam?

Hæreticus. Ita eſt.

Orthodoxus. Filium vero dicis patrem?

Hæreticus. Minime.

Orthodoxus. Non eſt igitur pater proprium ſubſtantiæ, ſed ipſius hypoſtaſis.

Hæreticus. Quomodo?

Orthodoxus. Quia propria ſubſtantiæ ſimiliter ſunt communia patris, & filii, & Spiritus ſancti. (a) [Pater autem non eſt commune, non eſt igitur pater ſubſtantiæ, ſed hypoſtaſeos.] Si igitur alia eſt proprietas hypoſtaſis, & alia proprietas ſubſtantiæ, non eſt idem ſignificatum ſubſtantia & hypoſtaſis.

(a) Hæc verba parentheſi indicata deſunt in Græcis.

Hæreticus. Nonne eſt proprium patris ingenitum, & filii genitum, & Spiritus ſancti procedens? Quare non dicimus tres ſubſtantias?

Orthodoxus. Quia neceſſe eſt dare proprietatem numero. Proprietas autem diverſitas eſt. Diverſitas autem ſubſtantiæ diverſum ſubſtantia facit. Quod autem diverſum eſt ſubſtantia, non eſt ſimiliter immortale, ſimiliter incorruptibile (b) [& ſanctum, & immutabile,] & reliqua. Una igitur ſubſtantia eſt patris, & filii, & Spiritus ſancti. Cum vero dicimus tres hypoſtaſes, dicimus quod verum eſt, differentiam proprietatum eſſe in hypoſtaſe.

(b) Hæc duo verba deſunt in Græcis a Turriano addita.

Hæreticus. Si una eſt deitas, una eſt hypoſtaſis.

Orthodoxus. Si ſcires donum Dei, cognoſceres, quod deitas ſignificat eſſe commune hypoſtaſeon. Hypoſtaſis vero ſignificat τὸ τὶ εἶναι, id eſt, eſſe hoc aliquid; ſicut humanitas ſignificat eſſe commune, hypoſtaſis vero eſſe hoc aliquid. Non enim omnis hypoſtaſis eſt deitas, nec omnis hypoſtaſis eſt humanitas. Si autem non omnis hypoſtaſis eſt humanitas, nec omnis hypoſtaſis eſt deitas, igitur non ſignificant idem hypoſtaſis, & deitas, & humanitas.

Hæreticus. Humanitas οὐχ ὑφέστηκεν?

Orthodoxus. Maxime, ſcilicet conſiderata in individuis.

Hæreticus. Igitur hypoſtaſis eſt?

Orthodoxus. Dixi, in individuis conſiderata.

Hæreticus. Quid eſt individuum? Et quid eſt humanitas?

Orthodoxus. Individuum eſt unaquæque hypoſtaſis noſtra. Humanitas vero communitas ſubſtantiæ.

Hæreticus. Et quæ eſt differentia communitatis & hypoſtaſis?

Orthodoxus. Quod tua hypoſtaſis non eſt omnium hominum; humanitas vero communis eſt omnium hominum.

Hæreticus. Hypoſtaſis patris non eſt deitas?

Orthodoxus. Maxime. Verum deitas, eſſe, ſive eſſentiam ſignificat, hypoſtaſis vero hoc aliquid eſſe, ſive hanc eſſentiam.

Hæreticus. Et hypoſtaſis filii non eſt deitas?

Orthodoxus. Eſt.

Hæreticus. Duæ igitur ſunt deitates?

Orthodoxus. Nequaquam. Non enim alia & alia deitas eſt.

Hæreticus. Alia & alia hypoſtaſis eſt.

Orthodoxus. At non idem ſignificant, ut dixi, deitas, & hypoſtaſis. Sicut enim non ſunt duæ humanitates Petri & Pauli, ſic non ſunt duæ deitates patris & filii. (c)

τὸ εἶναι. τὸ τὶ εἶναι.

(c) Quædam addunturin Græcis, ſed meræ ſunt repetitiones eorum quæ dicta ſuperius.

Hæreticus. Non eſt igitur hypoſtaſis patris deitas?

Orthodoxus. Hypoſtaſis quidem patris deitas eſt. Hypoſtaſis item filii deitas etiam eſt, non tamen quia ſunt duæ hypoſtaſes, idcirco ſunt duæ deitates.

Hæreticus. Quomodo non?

Orthodoxus. Quia non eſt differentia immortalitatis. Immortalitas enim ab immortalitate non differt.

Hæreticus. Si verè eſt alia & alia hypoſtaſis, quomodo non eſt alia & alia immortalitas?

Orthodoxus. Nos enim aliam & aliam hypoſtaſim habemus, non autem aliam & aliam humanitatem. Et hypoſtaſis Petri homo eſt, & hypoſtaſis Pauli homo eſt; & duæ ſunt hypoſtaſes, & non duæ humanitates. Et aliam & aliam hypoſtaſim habemus, non tamen aliam & aliam immortalitatem, quam per unum ba-

Digitized by Google

SÆC. IX. ANNO 869.

ptiſma accepimus. Alia enim & alia immortalitas; aliud & aliud baptiſma; alia & alia fides: & non eſt unus Dominus, una fides, unum baptiſma.

Hæreticus. At noſtra hypoſtaſis alia eſt præter immortalitatem, & præter baptiſmum. Igitur hypoſtaſis Dei alia eſt præter immortalitatem;

Orthodoxus. Nequaquam, immo ipſa hypoſtaſis immortalitas eſt; & non ſolum immortalitas, ſed incorruptibilitas, & juſtitia. Et non eſt hæc Deus compoſitione, ſed ſic dictus ſecundum diverſas notiones. Immortalitas quidem, quia caret fine. Incorruptibilitas, quia non poteſt diſſolvi. Juſtitia, propter æqualitatem. Sanctificatio, quia ſervat a peccato. Redemptio, quia vitam noſtram ſervat a corruptione. Dominatio, quia in omnibus dominatur, & in omnia habet imperium. Virtus, quia nihil ei reſiſtit. Hæc omnia in hypoſtaſi etiam filii ſimiliter ut in patre, & non participatè conſiderantur. Et idcirco duas hypoſtaſes dicimus patris & filii, unam verò deitatem, virtutem, & quæcunque hujusmodi ſunt.

Hæreticus. Quomodo dictum eſt de Spiritu ſancto, non loquetur a ſemet ipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, ſiquidem ejus naturæ eſt?

Orthodoxus. Hoc eſt, quod declarat, ipſum non eſſe mendacem, & ejuſdem naturæ eſſe.

Hæreticus. Quomodo?

Orthodoxus. Quia omne creatum, ſi eſt particeps rationis, quando vult, a ſeipſo loquitur, quia habet propriam voluntatem, cui imponit ſilentium, ut voluntatem Dei dicat. Spiritus autem ſanctus non ſic, ſed tanquam ſpiritus Dei, voluntatem Dei habet. Et hoc eſt, quod ait: Non loquetur a ſemet ipſo. Siquidem de ſe etiam dixit filius: A me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, loquor. (a)

(a) Plura ſunt in Græcis, quæ non viderat Turrianus, vel lubenter omiſerat, quia ſunt pauci momenti. BASN.

FINIS.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM

THEODORI HAGIOPOLITANI

III. Disputatio cum Nestoriano.

ORthodoxus. En, adest certamen disputationis. Unde igitur incipienda nobis est disputatio? Ab eane arte, quæ ad scientiam comparandam pertinet? An potius primum ab eo, quod ex aliis quæstionibus maxime necessarium est? Sed quodnam hoc est? Ea scilicet accurate indagare, quæ de fide dubitantur.

Hæreticus. Incipiendum profecto est a dogmatibus fidei.

Orthodoxus. Filius Dei ex muliere natus, quid ex ea accepit, naturam, an hypostasim?

Hæreticus. Naturam.

Orthodoxus. Deinde, cum proprietatibus, an sine proprietatibus?

Hæreticus. Solam naturam accepit sine proprietatibus.

Orthodoxus. Relinquitur igitur, ut sine colore, & figura, & mixtione elementorum, & sine magnitudine? Quamobrem, neque agnoscebatur, neque videbatur, neque tenebatur. Neque crescebat, ut ex puero fieret vir. Quid igitur? Confiteris interitum coloris, & figuræ & aliorum, quæ exposita sunt, in Christo?

Hæreticus. Minime.

Orthodoxus. Confiteris igitur fuisse hæc in eo?

Hæreticus. Confiteor.

Orthodoxus. Quid? An non sunt hæc proprietates?

Hæreticus. Cur non?

Orthodoxus. Habuit igitur Christus naturam nostram cum proprietatibus. Natura autem cum proprietatibus hypostasis est. An non videtur tibi?

Hæreticus. Maxime.

Orthodoxus. Hypostasim ergo assumpsit, & non solam naturam, ut prius posuisti?

Hæreticus. Sic est.

Orthodoxus. At hoc fieri non potest.

Hæreticus. Et unde hoc docere potes?

Orthodoxus. Quia vel unitæ sunt hypostases; vel remanserunt separatæ; & tunc Christus erit duo, & non unus. Quare si colis Christum qui sit duo, colis etiam patrem, & Spiritum ejus, ergo cultor quatuor videris esse. Si autem unitæ sunt in unam hypostasim compositam, erit hypostasis composita, neque merè & purè divina, neque humana, sed intermedia. Si autem Christus hypostasis composita est, Christus igitur opinione tua neque hypostasis divina est, neque humana; sed media inter Deum & homines. At fugienda est impietas. Quomodo enim solvis nobis argumentum?

Hæreticus. Non sum idoneus ad solvendum. Quare in gratiam nostram, doce, quid assumserit Christus, naturam ne, an hypostasim?

Orthodoxus. Naturam.

Hæreticus. Cum proprietatibus, an sine his?

Orthodoxus. Cum proprietatibus.

Hæreticus. Hypostasim igitur assumpsit?

Ortho-

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869.

Orthodoxus. Minime.

Hæreticus. Et unde hoc constat?

Orthodoxus. Ego tibi explicabo? Est enim aliquid, quod dicitur hypostasis; & est aliquid, quod dicitur hypostaticum, & commune utrique est componi ex natura & proprietatibus. Differunt tamen, quia hypostasis non est pars alicujus; hypostaticum vero pars est. Verbi gratia, Petrus non est pars alicujus, quare hypostasis est. Corpus autem Petri pars est, quare hypostaticum, & non hypostasis est corpus Petri, quamvis natura est cum proprietatibus. Sed non satis est compositam esse naturam cum proprietatibus ad generationem hypostasis, sed oportet, concurrere ad hoc, & non esse partem. Quia igitur pars Christi est assumptum corpus animatum, idcirco non est hypostasis, sed hypostaticum. Et sicut non connumeratur cum Petro corpus ejus, ut sint duo, alterum enim cum altero συνεξαριθμεται, sic neque cum filio Dei incarnato connumeratur corpus animatum assumptum, ut sint duo. Atque hæc quidem videntur mihi satis esse ad solutionem dubitationis.

Aliud principium. (a)

Hæreticus. Utrum videtur tibi esse Christus, Deus, an homo?

Orthodoxus. Utraque seorsum, & utrumque simul.

Hæreticus. Quomodo?

Orthodoxus. Etenim Deus est separatim, similiter & homo: & simul Deus & homo.

Hæreticus. Deinde, est hæc secundum naturam, an alio modo? Gratia scilicet, vel exercitatione quapiam, & progressu?

Orthodoxus. Natura.

Hæreticus. Unius igitur naturæ est Deus & homo?

Orthodoxus. Erras. Non enim secundum eandem naturam, sed secundum aliam est homo; & secundum aliam Deus.

Hæreticus. Igitur quia aliud est Deus, & aliud homo, secundum autem naturam est hæc Christus, Christus igitur alius est a seipso?

Orthodoxus. Minime, sed aliud natura dixi. Hoc enim oportet concludere ex iis, quæ concessa sunt.

Hæreticus. (b) Quod dicis, obscure dixisti. Sed explana.

Orthodoxus. Christus & Deus & homo est. Deus autem, & homo aliud natura, Christus igitur aliud natura. Te ipsum igitur decepisti. Non enim si aliud natura, continuo alius a se ipso Christus. Non est Christus natura, sed habet naturam.

Hæreticus. Sint ista sic. Quid igitur tibi videtur, nonne Christus homo, homo autem aliud a Deo?

Orthodoxus. Maxime.

Hæreticus. Christus igitur aliud a Deo?

Orthodoxus. Adhibe distinctionem, secundum humanam naturam aliud a Deo. Secundum divinam naturam non aliud.

Hæreticus. Deus igitur & non Deus; quæ quidem contradictio est.

Orthodoxus. At non est hæc contradictio. Non enim secundum idem est Deus & non Deus, ut sit contradictio. Sicut enim homo est sub sensum cadens, & non sub sensum cadens, secundum aliud & aliud. Secundum enim corpus sub sensum cadit; secundum vero animam non cadit. Et non est hæc contradictio secundum regulam veram. Sic Christus Deus & non Deus, secundum aliud & aliud; & non est hæc contradictio. Secundum enim divinitatem Deus, secundum vero humanitatem non Deus. Ac de his hactenus.

(a) Titulus est: *Alia Dissertatio ejusdem cum Jacobita.*

(b) Sic Græca: ἀλλὰ λέγεις ἀσαφῆς ὕμνα. ἀλλὰ σαφήνισον.

F I N I S.

Digitized by Google

THEODORI ABUCARÆ TRACTATUS DE UNIONE ET INCARNATIONE.

Ex MS. Bodleiano Oxonienſi.

Digitized by Google

Sæc. IX. Anno 869.

THEODORUS ABUCARA,

DE UNIONE ET INCARNATIONE.

DE UNIONE ET INcarnatione: quodque Perſona ſive ſubſiſtentia fuerit incarnata; divina autem natura humanæ unita, in Perſona Dei Λόγυ.

ΠΕΡΙ ἙΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ σαρκώσεως· καὶ ὅτι ἡ μὲν ὑπόσασις ἐσαρκώθη, ἡ δὲ Φύσις τῆς Θεότητος ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ Φύσει ἐν ὑποσάσει τῦ Θεῦ λόγυ.

Authore Abucara:

Τῦ Ἀβουκάρᾳ.

INcarnatio eſt aſſumere humanitatem, atque hæc aſſumptio humanitatis eum ſiſtit jam hominem, qui humanitatem aſſumpſit: iſthæc vero res conſiſtit in eo, ut ille, qui humanitatem aſſumpſit, atque homo factus eſt, præterea quod homo prædicetur de eo, qui humanitatem in ſe ſuſcepit, ferat quoque hominis nomen & definitionem, perinde ac quilibet aliorum hominum: qui prædicatur homo, naturæ eſt terminus, naturaque prædicatur de ſubſiſtentia, nequaquam autem natura de natura. Igitur, ſi largiamur iſtud, pari modo ſe habet ſubſiſtentia, ſive perſona, quæ humanitatem aſſumpſit, aut Filius æternus. Hic enim

Ἡμῶ σάρκωσίς ἐσιν ἐνανθρώπησις, καὶ ἡ ἐνανθρώπησίς ἐσι τὸ τὸν ἐνανθρωπήσανζα ἄνθρωπον ἀπεργάσασθαι· τὸ ᾧ ποιήσανζα τὸν ἐνανθρωπήσανζα ἄνθρωπον, ἐστὶ τῷ κατηγορεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ᾧ ἐνανθρωπήσαντος, καὶ δέχεσθαι τὸν ἐνανθρωπήσανζα τό, τε ᾧ ἀνθρώπυ ὄνομα καὶ τὸν ὁρισμὸν, ὥσπερ τ ἀνθρώπων ἕκας. ὁ ᾧ ἄνθρωπος ὁ κατηγορύμῳ Φύσεως ὑπάρχ ὄνομα, καὶ ἡ Φύσις ἐσὶν ἡ κατηγορυμένη τ ὑποσάσεως, οὐχὶ ᾧ Φύσις χ Φύσεως. Εἰ τῦτο τοίνυν ὁμολογῦμῳ, ὡσαύτως ἔχει δηλονότι ἡ ὑπόσασις ἡ ἐνανθρωπύσασα, ἢ ὁ ἀϊδιος υἱός· ὁ γὰρ ἀϊδιος υἱὸς, Θεὸς τέλειος

SÆC. IX. ANNO 869.

τέλειος ὑπάρχων, γέγονεν ἄνθρωπος τροπῆς ἀπάσης ἐκτὸς, καὶ ἔστιν ἐν ἑαυτῷ θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος, καὶ κατηγορεῖται αὐτοῦ τὸ θεὸς ὄνομα, καθὼς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος. καὶ τὸ ἄνθρωπος πάλιν καθὼς ἑκάστου τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς υἱὸς καὶ σεσαρκωμένος· ἡ γὰρ θεία φύσις διὰ τοῦτο σεσαρκῶσθαι οὐ λέγεται, ἐπειδὴ οὐκ ἐνδέχεται κατηγορεῖσθαι αὐτῆς τὸν ἀνθρωπον, εἴτ' ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσιν, ὡς ἔφθημεν, εἰρηκότες, ὅτι φύσεως φύσις οὐ κατηγορῆται παντελῶς, οὐδὲ καθ' οἱονδήποτε τρόπον. Γέγονεν οὖν, ὡς ἐν ὑποδείγματι φάναι, ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ, καθάπερ τις χειμάρρους, δύο τινὰς ποταμοὺς δεχόμενος, καὶ λέγεται δεκτικὸς τῶν δύο ποταμῶν εἶναι ὁ χειμάρρους, ἑκατέρου ποταμοῦ μὴ ἐπιδεχομένου τὸν ἕτερον· τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ὁ ἀϊδίος υἱὸς δέχεται τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομά τε καὶ τὸν ὅρον, τοῦ Θεοῦ μηδαμῶς ἐπιδεχομένου τὸ ὄνομα ἢ τὸν ὅρον τοῦ ἀνθρώπου, μηδ' αὖ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα ἢ τὸν ὅρον τοῦ Θεοῦ ἐπιδεχομένου. Ἀλλ' ἡ ὑπόστασις τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ ἐπιδέχεται τὰς δύο φύσεων, θεότητός τε φημὶ καὶ ἀνθρωπότητος ἀνελλιπῶς τό τε ὄνομα καὶ τὸν ὅρον. ὡς, εἰ καὶ λέγεται ὁ ἄνθρωπος τεθεῶσθαι, οὐχ ὡς τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα ἢ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Θεοῦ ἐπιδεξαμένου λέγεται τεθεῶσθαι. εἰ γὰρ οὕτως ἔχοι, ὁμοούσιος ἂν ὑπῆρχε τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, καθὼς ὁ ἀϊδίος υἱὸς σαρκωθεὶς γέγονεν ἡμῖν ὁμοούσιος. Καὶ τοῦτο δὲ πλάσαι ῥᾴδιον τὸ λέγειν ὅτι ὁμοούσιος τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι ὁ ἄνθρωπος. ἄλλως τε, εἰ οὕτως ἔχοι, αὐτὸς ἂν ὁ ἄνθρωπος ὑπῆρχεν ἡ ὑπόστασις, καὶ οὕτω ἡ θεία φύσις ἀνυπόστατος αὐτῷ καὶ κενουμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ οὕτω ὁ ἄνθρωπος ὁ κινῶν τὴν θεότητα. Ἰσέον δὲ τοῦτο, ὡς οὐκ ἔστι τὰ θείας ἀπολύτως καταγορεύσαν φύσεως, ὃ μὴ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπίσης κατηγορεῖται. οἷον, φέρε εἰπεῖν, ζωὴ, καὶ φῶς, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀναλλοίωτος, καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατηγορεῖται. εἰ οὖν ἡ σάρκωσις τῆς θείας φύσεως κατηγορεῖτο, καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατηγορεῖτο, καθὼς καὶ τὰ προειρημένα. ἀλλὰ τοῦτο πάσης ἀτοπίας ἀνάμεσον, καὶ μόνον φαντάζόμενον καὶ ψιλὴν ἐπίνοιαν, μὴ ὅτι καὶ λεγόμενον, τουτέστι, τὸ λέγειν σεσαρκῶσθαι τὸν πατέρα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ δέ τις φαίη, ὅτι πάντα τὰ κατηγορούμενα ἀπολύτως ἢ κυρίως τῆς ὑποστάσεως, ἀναφέρεται καὶ δεύτερον λόγον καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν. καὶ ἐπειδὴ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ, ὑποστάσεως οὔσης οὐκ τῆς πανσέπτου τριάδος, καταγορεῖται ἡ σάρκωσις, ἀναφερέσθω ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν καὶ δεύτερον λόγον. ἴσως οὕτω τοιοῦτος, ὅτι τὰ ἀναφερόμενα καὶ δεύτερον λόγον ἀπὸ τῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὴν φύσιν, ταῦτα πολὺ πρότερον ἐν τῇ φύσει

perfectus existens DEUS, homo factus est sine ulla mutatione, inque eo ipso est perfectus DEUS & perfectus homo, Deique nomen de illo prædicatur, quemadmodum prædicatur de Patre & Spiritu sancto: ita etiam hominis nomen de ipso effertur, ut solemus efferre de quocunque tandem hominum. Idem est Filius, atque idem ille incarnatus; ideo tamen non dicimus divinam naturam assumpsisse carnem, quandoquidem non licet de ipsa homo ut prædicetur, quocunque denique respectu. Sic itaque comparatum est cum Persona æterni Filii, ut exemplo rem ostendamus, quasi cum amne torrenti, qui flumina duo accipit, diciturque torrens cepisse illa duo flumina, neutro fluminum flumen absorbente. Ad hunc modum æternus Filius Dei nomen portat & definitionem, Deo nequaquam in se recipiente nomen vel definitionem hominis, uti nec homo capit aut nomen aut definitionem Dei: verum, persona æterni Filii, duarum naturarum, divinæ inquam, & humanæ, perfecte planeque recipit nomen & definitionem; itaque, licet dicamus, quod homo DEUS sit factus, non dicimus factum esse Deum, quasi homo nomen & definitionem Dei susceperit. Si enim ita foret, ejusdem substantiæ esset cum Patre & Spiritu sancto, non secus atque æternus Filius, qui caro factus est, ejusdem cum nobis est substantiæ. Atqui, ne commode quidem potest fingi, hominem habere eandem substantiam, quam habent Pater & Spiritus sanctus: cæteroquin hoc pacto ipse homo esset persona, ac divina natura ei inesset pro subsistentia, & exhausta ab ipso; moveret homo deitatem. Animadvertendum etiam istud est, quod nihil absolute prædicetur de divina natura, quod non æqualiter efferatur de Patre, Filio, & Spiritu sancto: exempli causa, vita, lux, sine principio, immutabilis, hisque similia, de Patre, Filio, & Spiritu sancto prædicantur. Si jam de divina natura prædicaretur incarnatio, de Patre quoque & Spiritu sancto, æque ac illa, quæ modo adduximus, prædicarentur. Verum, istud quidem est perabsurdum, & tenuis mortalium species aliqua mentis & cæci pectoris, nunquam ex ore proferenda: hoc est, nemo dixerit, Patrem & Spiritum sanctum fuisse incarnatos. Ubi vero inquiat nonnemo, quod omnia absolute & primario de persona prædicata, referantur secundario etiam ad naturam. Sic postquam de æterno Filio, qui persona est SS. Trinitatis, prædicetur incarnatio, proxime quoque referendam esse incarnationem de persona ad naturam. Talis homo intelligat, quod ea, quæ inferuntur secundario a persona ad naturam, multo ante in natura extiterunt

Digitized by Google

SÆC. XI. ANNO 869.

potentia, deinde persona actu est consecuta: hinc, quæ prius potentia fuerunt in natura, inque persona actu deprehensa, recte a persona ad naturam inferuntur. Haud dissimiliter, cum divisio specierum in genere sit potentia, in speciebus vero jam actu ipso, ratione fit, ut a speciebus ad genus inferatur. Quo modo, cum τὸ rationale sit in animali potentia, in homine vero actu; dicimus animal rationale secundario, quod homo sit rationalis. Ad hæc, quemadmodum differentiæ proprie characteristicæ, quæ cujusque hominum sunt personæ, potentia quidem cernuntur in homine, in Socrate vero & Platone fuerunt actu; tunc quoque a persona sive individuo, aut, a Socrate ad hominem referuntur. Sic Socratem dicimus habere nasum aduncum, aut calvum esse; secundario autem, propter Socratem, ipsum hominem esse nasi adunci aut calvum perhibemus, prout ab homine enunciavimus accepisse illam nasi aduncitatem, vel illam calvitiem. Verum tamen omnium horum, quæcunque Dei λόγε personæ ab humana massa, propter unionem personalem, accesserunt, nihil unquam quicquam, neque potentia, neque actu, in non-creata, non-corporea, non-patibili erat divina natura. Hujus rei gratia æternum sane Filium dicimus carnem assumpsisse, crucifixum & mortuum esse; minime vero, naturam divinam, quamvis talia personæ ejus obtigerint. Quod si seipsum aliquis arguat, se a nobis dicta tardius assequi, atque objici; at non facile cujuscunque tandem capere mentem, quare divina natura, cum in persona Filii fuerit immota & non-separata, non passa fuerit, cum ista pateretur; cum aliquid in persona corrumpatur, idem tamen etiam non dicatur evenisse in natura, quæ nihil differat a persona æterni Filii. Nos dubium explicaturi, confestim illi remedium adhibebimus, rem demonstraturi per familiaria, quæque ante oculos manusque cernimus quotidie. Abunde nosti, quisquis es, homines omnes ex anima immateriali, & corpore materiali componi: v. g. Socratem, aut Platonem; &, quemadmodum illi inest anima Socratis, si separetur ab eo, Socratem manere impossibile est. Dicunt nihilominus Socratem crescere, ex parvo fieri magnum, secari, uri; anima ipsa nihil ejusmodi sufferente, ut nemini obscurum est, neque absconditum. Hac ratione igitur de æterno Filio prædicatur, quod proficiat, quod corpore incrementum capiat, &, si quid aliud humanum est; ut nihil rerum talium adhæreat divinæ naturæ, veluti ne naturæ quidem Socratis. Quin potius ita de immortali natura minime etiam prædicabuntur, quæcunque carnaliter de æterno Filio, propter assumptionem carnis, prædicantur. Sicut,

δυνάμ. ὑπῆρχεν, * ἐξ ἧς ἡ ὑπόστασις ἐνεργείας κεκληρονόμηκεν· ὅθεν ὁ λόγος ἀπὸ τ ὑποστάσεως ἐπὶ τ φύσιν ἀναφέρεται, ἅτε πρότερον μὲν δυνάμ. ἐν τῇ φύσ. ἐνέργεια ἢ ἐν τῇ ὑποστάσ. διερμηνεύμενα· ὥσπερ, ἡ διαίρεσις τ εἰδῶν δυνάμ. ἦσα ἐν τῷ γέν. ἐν ᾗ τοῖς εἴδεσιν ἐνέργεια, ὁ λόγος ἀπὸ τ εἰδῶν ἐπὶ δεύτερον λόγον ἐπὶ τὸ γέν. ἀναφέρεται. οἷον, τὸ λογικὸν ἐστιν ἐν τῷ ζώῳ δυνάμ. ἐν ᾗ τῷ ἀνθρώπῳ † ἐνεργείας· † f. ὑπογείῳ

λέγεται τὸ ζῷον λογικὸν ἐπὶ δεύτερον λόγον, διὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον εἶναι λογικόν. Καθάπερ αἱ ἰδίως διαφοραὶ χαρακτηριστικαὶ τ ἑκάστ τ ἀνθρώπων ὑποστάσεως ἦσαι, δυνάμει μὲν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ θεωρῆνται, ἐν ᾗ τῷ Σωκράτει καὶ Πλάτωνι ἐνεργείᾳ πεφύκασι· καντεῦθεν ἀπὸ τ ὑποστάσεως ἐπὶ τ φύσιν, ἢ ἀπὸ τ Σωκράτ. ἐπὶ τ ἄνθρωπον ἀναφέρονται. οἷον, τὸν Σωκράτη γρυπὸν εἶναί φαμεν, ἢ φαλακρὸν, ἐπὶ δεύτερον ἢ λόγον καὶ τὸν ἄνθρωπον γρυπὸν ὡσαύτως ἢ ὑπάρχειν, ἢ φαλακρὸν λέγομεν, διὰ τὸν Σωκράτην· ὥσπερ οὐκ ἂν ἀνθρώπ. κεκληρονομηκέναι τ γρυπότητα καὶ τ φαλακρότητα. Τῶν τοίνυν ἐπὶ τ θεὸν λόγ. ὑποστάσιν ἀπὸ τ ἀνθρωπείᾳ φυσικαί, διὰ τ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεδραμηκότων, οὐδὲν παντάπασι θᾶττον δυνάμ. ἢ ἐνεργείᾳ ἐν τῇ ἀκτίστῳ καὶ ἀσωμάτῳ καὶ ἀπαθεῖ θείᾳ φύσ. ἐστί. τοῦτο ἢ εἵνεκεν ὁ μὲν ἀΐδιος σεσαρκῶσθαί τε καὶ ἐσταυρῶσθαι καὶ τεθνάναι λέγεται. ἡ δὲ θεία φύσις οὐδαμῶς, εἰ καὶ ὑπόστασις αὐτῆς καθέστηκεν ἦσα. εἰ δέ τις ἑαυτὸν ‡ αἰτιᾷ τὸ βραδὺ εἰς καταννόησιν εἶναι τ εἰρημένων, καὶ τὸν ἑκάστ νῶν λέγοι μὴ ἀδεχέσθαι, ὅπερ, ἡ θεία φύσις ἦσα ἐν τῇ ὑποστάσ. τ ᾗ ἀμεταβλήτος τε καὶ ἀχώρητος, ἀ συμπάσχων αὐτῇ παθόσῃ καὶ ὑπογινομένῳ τινὸς ἐν τῇ ὑποστάσ, ἀλέγεται τοῦτο καὶ ἐν τῇ φύσ γεγονέναι, τῇ μὴ διϊσταμένῃ τ ὑποστάσεως τ ἀϊδίᾳ ᾗ· ἡμεῖς τὸ ἄπορον ἐπιλύσαντες, ταχίστην αὐτῷ τ θεραπείαν ἐπάξομεν, ἐκ τ συντρόφων καὶ τ ἐν χερσὶν ὁρωμένων τινὶ ὑποδείξαντες ποιούμενοι. οἶδα πάντως ὅτι, ὡς ἕκας τ ἀνθρώπων ἐκ ψυχῆς αὔλου καὶ σώματος ὑλικῆς σύγκειται, Σωκράτης φέρε εἰπεῖν ἢ Πλάτων, καὶ ὡς ἔνεστιν αὐτῷ ἡ ψυχὴ τ Σωκράτους, ἀπ' αὐτῆς χωρισθεῖσα τὸν Σωκράτη μένειν ἀδύνατον. λέγεται ἢ Σωκράτης αὐξάνεσθαί τε * ἐκ μικρᾶς μέγας γίγνεσθαι, τέμνεσθαι, ἢ καίεσθαι, τ αὐτῆς ψυχῆς μηδὲν τούτων ὑφισαμένης, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. τοῦτον ἂν τὸν τρόπον † κατηγορεῖ τὰ ἀϊδίᾳ ᾗ τὸ προσπαθεῖν σαρκὶ καὶ αὐξάνεσθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ἀνθρώπειον, μηδενὸς τούτων τῇ θείᾳ φύσ προσαπτομένου, ὥσπερ οὐδὲ τῆς Σωκράτους· πολλῷ μᾶλλον ἔτως οὐδὲ τ ἀκηράτ φύσεως κατηγορηθήσεται τὰ ὅσα σαρκικῶς τῆς ἀϊδίᾳ ᾗ διὰ τ προσλῆψίν ἐσι κατηγορούμενα. ὥσπερ ἢ

SÆC. IX. ANNO 869.

‡ αἰτιᾶτ.

* l. τι καὶ.

† l. κατηγορεῖται.

SÆC. IX. ANNO 869.

ἢ λεγόντων ἡμῶν τέμνεσθαι Σωκράτη, οὐκ αὐτὸν δὲ Σωκράτους ψυχὴν, ἀλλὰ τὸ σῶμα τέτμησθαι νομίζομεν· ἔτως φασκόντων ἡμῶν τὸν ἀΐδιον υἱὸν τετρῶσθαι τῇ λόγχῃ, οὐκ εἰς θεϊκὴν αὐτοῦ, τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀνόλεθρον, κεχωρηκέναι τὸ τρῶσιν, ἀλλ' εἰς τὴν αὐτοῦ σάρκα, τὴν δυναμένην τιτρώσκεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι νοεῖται. Καὶ ἄλλοθέν σοι παρέξομεν τὴν ἀπορίας ἀπόλυσιν· ὁ ἡμέτερος νοῦς αὐτὸς ὢν, ὁ διὰ τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν τὰ ὁρώντων ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ἄλλην ὅρασιν ἰδιάζουσαν ἔχει, οὐδὲ τὴν δι' ὀφθαλμῶν διαφθαρεῖσαν, ἣν καὶ θεωρίαν καλοῦμεν. εἰ οὖν συμβαίη πεπηρῶσθαι τὴν τοῦ σώματος ὀπτικὴν δύναμιν, οὐ φαμὲν τὸν νοῦν μὴ βλέπειν, σωζομένης αὐτῷ ἀπαθοῦς τὸν * ἀβλαβῆ τὴν φυσικὴν νοερὰν βλεπτικὴν διοπτασίας. ἔτως δὴ καὶ ὁ ἀΐδιος υἱὸς λέγεται πεπονθέναι τῇ σαρκὶ, τὴν θείας αὐτοῦ φύσεως ἀπαθῆ διαφυλάττουσης. ἀλλὰ τί † δὴ ἐπὶ τούτοις ἄγεσθαι, ὅπως γε ἐν σώματι καὶ πηλικότητι καὶ παχύτητι τοῦτο θεωρεῖται. ἴσμεν γὰρ ἅπαντες, ὡς ὁ νοῦς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρᾷ καὶ διὰ τῶν ὠτων ἀκούει· ἀνίδρυται δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ ἥ τε ὁρατικὴ καὶ ἀκουστικὴ αἴσθησις, ἑκατέρα θατέρᾳ τὴν ἑτέραν ὑπάρχουσα, μεθ' ὧν καὶ ὁ νοῦς αὐλίζεται. τούτων δὲ ἀλλήλοις ἐν ἑνὶ συνημμένων καὶ διαιτωμένων τῷ ὑποκειμένῳ, συμβαίνει πολλάκις, τὴν σωματικὴν ὅρασιν ἢ τὴν ἀκοὴν, ἢ τὸν νοῦν αὐτὸν βλαβῆναι. καὶ ἢ δὲ ἑνὸς βλάβη οὐ λυμαίνεται τὰ λειπόμενα, τὴν αὐτῶν φυσικῆς δυνάμεως ἀβλαβῆ τηρουμένης. μὴ τοίνυν καὶ πληκτέον ἄγαν, εἰ δὲ σώματος τὸ ἀϊδίου υἱὸς πάσχοντος, οὐδὲν ἧττον ἡ ἀδιάφθορος αὐτοῦ διετέλεσε φύσις ἀπαθής τε καὶ ἀπήμαντος, ἡ πάσης οὐσίας ὑπερηρμένη, καὶ πάντων δεσπόζουσα καὶ παθῶν παντελῶς ἀνεπίδεκτος· παρὴ, θαρραλέον τὸν θεοφαίσταλον ἀπόστολον, οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα· τετέχομαι δέ σοι καὶ ἕτερον ὑπόδειγμα, δι' οὗ καταμηνύσεσθαι δυνήσῃ, πῶς * ἡ πάθος ἢ φθορὰ συμβῇ τινι ὑποστάσῃ, ἐπὶ τὴν φύσιν οὐ διαβαίνῃ, κἂν λάχῃ μὴ ἐχούσῃ ὑπόστασιν, εἰ μὴ μίαν φύσιν. ἀπὸ χρυσοῦ τυχὸν, ὦ φιλότης, ἢ χαλκοῦ μορφωσάμενος ἀνδριάντα καὶ κατασκευάσας, εἰ πάλιν αὐτὸν ἀναχωνεύσῃς, τὸ μηδὲν, ἀνδρεικέλου ἀπόλλυσι μόρφωμα· ὁ μὲν χρυσὸς ἢ ὁ χαλκὸς, ὅσις τῷ ἀνδριάντι φύσις ὑπῆρχεν, ἀβλαβής τε μένει καὶ ἄφθορος. † ἀλλά μοι λίαν τοῖς ὑποδείγμασι πρόσεχε, νυνεχῶς καὶ φυλάττου, μὴ πᾶσαν τὴν ἐξ αὐτῶν ἀνατέλλουσάν σοι ‡ οἰκεῖα μετάγειν ἐπὶ τὰ θεῖα δόγματα, ἀλλὰ παχήματά τινα καὶ ἐμφάσεις, * ὁρμαζούσας εἰς θεωρίαν, ἧς εἵνεκεν προσλαμβάνομεν μόνον ἀναλόγως. πᾶν † ἀπεπεμφάνον καὶ ἀπρεπὲς ἀποπεμπόμενος ὡς ἀποτάτω φρενὶν ὁσεβέσι καὶ σαθεραῖς, διακρίνων ἀεὶ τὸ ὁμοίᾳ τὸ ἀνόμοιον, οἷά τις λιχμήτωρ ἀκριβέστατος

* ἀβλαβῆς.

† δεῖ.

‡ ἰδίαν.

* l. ἁρμαζούσας.

† ἀπεπεμπόμενον.

quando verba facimus de Socrate saucio, non animam, sed corpus ejus plagam sustinuisse arbitramur: ita quoque, dum æternum Filium lancea perforatum fuisse dicimus, non ad naturam ejus divinam, incorruptibilem, interitui non obnoxiam, penetrasse vulnus; sed in carnem, quæ lacerari, quæ vulnera suscipere potuit, persuademur. Novo argumento controversiam solvimus: Mens nostra una est eademque, ac per hos quidem oculos visibilia recipit; habet tamen aliam adhuc visionem sibi propriam, (præter illam, quæ fit per membra oculorum) quamque theoriam appellamus. Si contingat, lædi corporis videndi facultatem, neutiquam concludimus non videre mentem, dum ipsi salva est & integra naturalis ac intellectualis videndi facultas. In hunc modum æternus Filius fertur passus esse secundum carnem, divina ejus natura non patiente. Verum, quid hic vel dictu vel factu opus est, ubi vel in corpore, qualitate & crassitie istud deprehenditur. An est quisquam qui ignoret, quod mens videt oculis, auribusque audit; insidet autem cerebro videndi & audiendi facultas, alterutra subsistente sine altera, quibuscum etiam ipsa mens commoratur. Hæc cum ita conjungantur & cohabitent in eodem subjecto, sæpe evenire solet, ut visioni exteriori, vel auditui, vel ipsi denique menti aliquid incommodi accidat; attamen unius nocumentum non lædit reliqua, dum illarum naturalis potentiæ status manet incolumis. Post hoc usque adeo mirum non est, si corpore æterni Filii patiente, nihilominus natura ejus non-dissoluta passione caruit, perstititque illæsa, quæ super res omnes longissime elata undique dominatur, nec passiones ullo modo sustinet, in qua, juxta principem Apostolorum, non est alteratio, neque mutationis quidem adumbratio. Aliud tibi proferam exemplum, per quod, tanquam in speculo, videas, quo pacto, si vel passio vel corruptio acciderint alicui subsistentiæ, ad naturam non pertingant, quantumvis nullam aliam habuerit subsistentiam, nisi unicam suam naturam. Fac, mi dilecte, ex auro vel ære formaveris statuam atque elaboraveris, si deinde rursus conflasti, viri imago, quæ nihil est, perit; aurum autem sive æs, quod statuæ præbuit naturam, salvum manet & integrum. De reliquo cave secteris nimium exempla, atque prudenter animadverte, non omnem, quæ inde tibi oriatur, ideam deducere ad divina dogmata, sed rudes esse adumbrationes quasdam & quasi ductus aliquos, solius theoriæ caussa, propter quam tradita recipimus, sed analogice tantum. Quin imo perlonge submove ab hominibus piis, & qui sibi probe constant, quodcunque alienum & discrepans videatur. Discerne semper simile a dissimili, ad exemplum ventilatoris maxime

SÆC. IX. ANNO 869.

induſtrii, qui ſeparat a frumento, quicquid vel paleæ ſpeciem refert. Duarum naturarum, divinitatis, inquam, & humanitatis unio, in perſona unigeniti æterni Filii ſic facta eſſe dicitur, ut nulla foret nec mutatio, nec mixtura, nec confuſio; eſſet ſine principio ut Pater, & coæternus Filius; neque, ſi proprietatem ejus ſpectes, alla de ipſo prædicaretur natura, quam divina paterna, non-creata, non-circumſcripta. Propter miſericordiæ vero magnitudinem, & humanitatem nulla verborum copia exprimendam, per dies ultimos, ut ſalutem nobis largiretur, deſcendit ex cœlo, unde Deitate ſua omnia implente nunquam abfuit, homo factus eſt per Spiritum ſanctum & immaculatam ſemperque virginem Mariam, tenuit perfectam, & cui nihil deeſt, humanam eſſentiam, quæ de ipſo prædicatur perinde ac natura divina. Quoniam ergo in eo convenerunt duæ naturæ, & ſimul de eo prædicantur, cum omnibus ipſarum proprietatibus naturalibus, dicuntur utræque ſibi invicem in eo uniri, immutabiliter tamen, inconfuſe & inalterabiliter: juxta unam enim eandemque perſonam æterni filii unitæ ſunt hæ duæ naturæ. Hinc idem ille æternus Filius ſecundum divinam naturam numeratur cum patre & Spiritu ſancto, & nobiſcum etiam numeratur juxta humanam noſtram, propterea vel poſt naturam humanam aſſumptam, & inexplicabilem duarum ejus naturarum concurrentium non mixtam neque confuſam unionem, idem eſt unus SS. Trinitatis, atque etiam idem unus eſt hominum, non aliud aliudque, qui nos ſervavit, & in priſtinam evocavit libertatem, qui per ſalutares dolores ſuos, per mortem vivificantem, per trium dierum ſepulturam, per reſurrectionem a mortuis, nos reddidit immortales & incorruptibiles, cui gloria, honor & poteſtas, cum Patre ejus ſine principio, & ſanctiſſimo Spiritu, in ſæcula ſæculorum. Amen.

τῆ σίτῳ τὸ ἀχυρῶδες ἐκλικμώμῳ. ἡ μὲν τοι τῶν δύο φύσεων ἕνωσις, τῆ θεότητός τε καὶ ἀνθρωποτήτος, ἅτως ἐν τῇ ὑποστάσει τῇ μονογενοῦς τοῦ ἰδίου υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι γεγονέναι, δίχα τροπῆς καὶ φυρμοῦ καὶ συγχύσεως· ὡς μὲν ὁ συνάναρχος τῷ πατρὶ καὶ συναΐδιος υἱός, μὴ ἔχων ἐν τῇ ἰδιότητι αὐτοῦ φύσιν ἑτέραν καλουμένην αὐτοῦ παρὰ τὴν θείαν πατρικὴν, τὴν ἄκτιστόν τε καὶ ἀπερίγραπτον, διὰ δὲ πλῆθος ἐλέους καὶ φιλανθρωπίαν ἄφατον, δι' ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν καταληλυθὼς ἐκ παρθένου, ὅθεν ἐκ ἀπέστη τῇ πάντα πληρούσῃ θεότητι, καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς παναμώμου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἔχων ἐν αὐτῷ τελείαν καὶ ἀνελλιπῆ τὴν κτίσιν καὶ παθητὴν καὶ ἀνθρώπειον οὐσίαν, καλουμένην αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἡ θεία φύσις. ἐπεὶ οὖν ἐν αὐτῷ συνῆλθον αἱ δύο φύσεις, καὶ ὁμοῦ καθ' αὐτοῦ καλοῦνται, μήτε πάντων τῶν φυσικῶν αὐτῶν ἰδιωμάτων, διὰ τοῦτο λέγονται ἀμφὼ ἐν ἀλλήλαις ἐν αὐτῷ ἡνῶσθαι, ἀτρέπτως τε καὶ ἀσυγχύτως καὶ ἀναλλοιώτως· καὶ μίαν γὰρ καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ὑποστασιν ἠνώθησαν αἱ δύο φύσεις. ὅθεν καὶ ὁ αὐτὸς ἰδίου υἱὸς κεχρηματίκεν ἀριθμούμενος καὶ τὴν θείαν φύσιν μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ μεθ' ἡμῶν καὶ τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπείαν φύσιν ὁ αὐτὸς ἀριθμούμενος, καὶ καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἄφραστον τοῦ ἑαυτοῦ συνδεδεμένων δύο φύσεων ἄφυρτόν τε καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν, εἰς ἐστὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο, δι' οὗ σεσώσμεθα, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐκληθημεν μακαριότητα, διὰ τῶν σωτηρίων αὐτοῦ παθημάτων, τοῦ τε ζωοποιοῦ θανάτου καὶ τῆς τριημέρου αὐτοῦ ταφῆς, καὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἀθανατισθέντες, καὶ ἀφθαρτισθέντες, ᾧ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

SÆC. IX. ANNO 869.

*ἰξ.

FINIS.

Digitized by Google